This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT.

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUISQUIS NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT. EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES, SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD BESSARIONEM

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXVIII.

S. ATHANASIUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 189, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE*, 127.

1887

BR
60
.M38
v. 28

Clichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, viâ dictâ Bac-d'Asnières. 31.5.87.

SÆCULUM IV

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, ETC., NECNON AD COMMELINIANAS LECTIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA : NOVA INTERPRETATIONE, PRÆFATIONIBUS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA : NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, ONOMASTICO, ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA, OPERA ET STUDIO MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI E CONGREGATIONE S. MAURI,

NOVISSIMIS NUNC CURIS EMENDATIORA, ET QUARTO VOLUMINE AUCTA;

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS QUARTUS.

PHILADELPHIA
LIBRARY OF THE

PARISIIS
APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,
IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 189, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE*, 127

1887

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXVIII CONTINENTUR

S. ATHANASIUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.

DUBIA.

De Incarnatione Dei Verbi. col. 25
Testimonia ex Scriptura sacra. 29
Epistola catholica. 81
Refutatio hypocrisis Meletii et Eusebii Samosatensis. 85
De Incarnatione Dei Verbi. 89
De æterna Filii et Spiritus sancti cum Deo exsistentia, et contra Sabellianos. 95
Quod unus sit Christus. 121
De Sabbatis et circumcisione. 133
Homilia de semente. 143
In illud : *Profecti in pagum*, etc. 169
In passionem et crucem Domini. 185
De virginitate. 251
Synopsis Scripturæ sacræ. 283

SPURIA.

Disputatio contra Arium in concilio Nicæno. 437
Sermo contra omnes hæreses. 501
Historia Melchisedec. 525
Epistola ad Jovianum imp. 531
Liber de Definitionibus. 533
Doctrina ad Antiochum. 553
Ad Antiochum de pœnis inferni. 589
Quæstiones ad Antiochum. 597
Quæstiones in Evangelia. 699
Fragmentum de imaginibus. 709
Quæstiones in Scripturam. 711
Quæstiones aliæ. 773
Historia imaginis Berytensis. 797
Aliud ejusdem Historiæ exemplar. 805
Aliud ejusdem exemplar Latine. 813
Aliud exemplar Latine. 819
Sermo contra Latinos. 823
Myntagma doctrinæ. 831
Eonasticæ vitæ institutio. 845
Epistola 1 ad Castorem. 849
Hpistola 2 ad Castorem. 871
Somilia in Nativitatem Præcursoris. 905
Sermo in Annuntiationem Deiparæ. 913
Sermo in descriptionem sanctæ Mariæ. 939
Sermo in Nativitatem Christi. 959
Sermo in occursum Domini. 973
Sermo in cæcum a nativitate. 1001
Homilia in illud Matthæi : *Ite in castellum*, etc. 1023
Homilia in illud : *Eunte autem illo*, etc. 1033
Homilia in sanctam quintam feriam. 1047
Sermo in Parasceven. 1053
Homilia in SS. Patres et Prophetas. 1061
Sermo in sanctum Pascha. 1073
Sermo in sanctum Pascha et recens illuminatos. 1081
Sermo in Assumptionem Domini. 1091
Sermo in sanctum Andream. 1101
Sermo alius. 1107
Dialogus I De Trinitate. 1115
Dialogus II De Trinitate. 1157
Dialogus III De Trinitate. 1201
Dialogus IV De Trinitate. 1249
Dialogus V De Trinitate. 1255
Sermones XX contra diversas hæreses. 1289
Syntagma ad quemdam politicum. 1395
Sermo iis qui sæculo renuntiarunt. 1409
Doctrina ad monachos. 1421
De templo Athenarum. 1427
De corpore et anima. 1431
De S. Trinitate. 1439
Disputatio cum Ario coram Probo judice, lib. II. 1439
Pontificum Romanorum et Athanasii epistolæ 1441
Vita S. Synclelicæ. 1485
Exhortatio ad monachos. 1557
Exhortatio ad Sponsam Christi. 1557
Epistola Athanasii ad episcopum Persarum. 1561
Epistola Dionysii Alexandrini ad Paulum Samosatensem. 1562
Symbolum *Quicunque* cum Græca versione. 1581
Secunda formula Interpretationis Græcæ Symboli *Quicunque*. 1585
Tertia formula Græce. 1585
Quarta formula Græce et Latine. 1587
Binæ formulæ Gallico idiomate perantiquo. 1591
Commentarius in Symbolum *Quicunque*. 1595
De Trinitate opusculum. 1603
De Paschate opusculum. 1605
Addenda ex codicibus Nanianis. 1637
Ordo editionum. 1643

PRÆFATIO.

Innato prolis amore factum plerumque, ut mediocris facultatis homines ac rusticani in divitum principumque domos filios submitterent : et facile sibi eorum jacturam ferendam putabant, dum ad pinguiorem illi fortunam ceu ex transverso et invita natura accederent. Idipsum dolo consimili ab innumeris pene, nec ingenio minus quam ætate disparibus, admissum deprehendimus, qui cum nec fama valerent, nec suapte opera nomen sibi parere posse confiderent, mutuato Athanasii nomine, aliquam sperabant scriptis suis adjici dignitatem. Hinc evenit, ut tot tantaque opera Athanasium ementiantur. Neque tamen hæc una fuit tam immanis accessionis causa : nam multa quoque, olim ἀδέσποτα, cum in librariorum manus incidissent, pari ipsorum temeritate, eidem ascripta fuere. Hujusmodi ausus, quanti quanti fuerint, ferendi fortasse erant, si viri solum ingenio atque arte scribendi prædíti suos fetus Athanasio commodassent : at contra accidit ut plerumque imperitorum hominum et insulsorum nugis male auctus sit tam peritus artifex. Hinc germana næniis intermista fœdataque in prius editis conspicimus. Hinc inepta illa et ἀπροσδιόνυσα, prodeunt, *Liber De definitionibus*, *Historia imaginis Berytensis;* quin illam memoramus *Melchisedeci historiam*, γέλοιον sane, ni fortasse malis fastidium quam risum illa moveri? Nec audiendus ille nuperus, qui non diu hoc opus Athanasio asserere nitebatur. An Melchisedecum hujusmodi depingat Athanasius ; qui post exactum in saltibus septennii otium sponte loricatus prodit, pelle instar testudinis occallente, vulturinis unguibus, corpore pilis ita horrente, ut ursum diceres? Nimirum, ut ait Tullius (*a*), *Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio : itaque quod vim hujus mali Græci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. Ut enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies.* Addiderim ne apud Latinos quidem vocem hujusmodi nugis dignam reperiri.

His tamen, quantavis φλυαρίᾳ conspergantur, id conficitur; ut cum Athanasio plura quam aliis Patribus spuria ascripta fuerint, palam videatur ille majore quam cæteros eruditionis et doctrinæ fama fuisse et quidem apud peritos juxta atque imperitos; quando inter multa quæ nauci et nihili sunt, non spernenda alia comparent, neque talia de quibus sit Athanasio erubescendum. Erubescendum iis erat potius, qui fictam submisere prolem : nam æque illiberale est sua aliis se dignioribus ascribere, atque labore alieno parta in se transmovere. Sed erunt fortasse qui litem moveant: Quid igitur, aient, illo quæ tute luce indigna arbitrare, non exegisti? quid tam multa ejus generis hactenus ignota e tenebris eruisti? Verum præsto est quod respondeatur : ut nostrum fuit dubia et spuria a germanis secernere, haud ita licuit nobis ea resecare. Inter spuria recensemus, quia eo videntur certis de causis ablegata oportere : erunt fortassis quibus alia sit opinio, qui facultatem judicii ea de re ferendi præreptam sibi fuisse indigne ferrent. Ad hæc, quamplurimis eruditione præclaris hominibus obtemperamus, qui quæ nomen Athanasii præferunt, omnia volunt publici esse juris, aiuntque nulla eorum carere suo fructu. Quamobrem si quibus horum lectio displiceat, ea uullo dispendio missa faciant, nec invideant iis quibus lustrare omnia et in singulis judicium exercere animus est.

A quibus autem isthæc tam multa sint elaborata, quis tam lynceus quis perspicere queat? Unum scimus, jam fere a tempore usque Athanasii cœpisse nonullos sua Athanasii nomine insignire : sequentibus exinde ætatibus fraudem ceu fluxu quodam ubique pervagatam esse, et postremo ad Latinos ex Græcia dimanasse. Hisce omnibus mirum in modum, sed damno suo uti diximus, auctus est sanctus Doctor. Panca tamen sunt, quæ auctorum nomina in quibusdam codicibus præferant, ut cuique videre est in hujusce tomi decursu. Ætatem vero singulorum quantum in nobis situm fuit assignavimus. Ad ea quæ in prius editis exstant, permulta nos ex tenebris eruta, ut mox dicebamus, adjecimus : supellectilem sane variam, pretio atque utilitate disparem.

Quoniam autem non æque conspicuis notis omnium νοθεία deprehenditur : sed quædam eorum non tam evidentia signa in utramvis partem referunt : alia vero vel ipso cultu atque conspectu peregrina sese profitentur, binas in classes hunc tomum distribuere visum fuit. In priore, Athanasii nomine dubia omnia edi curavimus. Et quidem id ultro fatemur, quod cuique monita nostra legenti subodorari licebit; videlicet nos, etsi inter incerta isthæc reponamus, plerumque tamen magis propendere in partem negandi : maluisseque adhuc sub judice litem esse, quam in periculum venire levius proferendi νοθείας judicii, Athanasioque suas forte lucubrationes abjudicandi. In posteriore ea collocamus quæ aperte spuria sunt, non aliquo servato ordine, sed ea quæ in prius editis primas tenebant ut fors obtulit, priora ferme reposuimus : alia ut argumenti ratio ferebat una conjunximus. Nec tamen certa regula fuit : et quia serius nonnulla accedebant, priorem in

(*a*) *De oratore* l. II.

vacuum locum casu magis quam consilio conjecta sunt : et consilione opus in rebus inconsulta multorum temeritate consarcinatis? Homiliæ tamen omnes una cohærent, servato rerum quæ aguntur ordine.

His autem notis, his tesseris dubia et aliena a germanis internoscimus : primo ex frequenti Athanasii operum tractatione, ceu gustus quidem legenti inhæret, cujus ope haud facile sit ipsi fucum facere ; cum maxime arduum sit quantumvis perito nativam Athanasii elegantiam ementiri. Et quidem multa occurrunt, quæ si vel primoribus quidem labris attingas, statim respuat ut peregrina et ab Athanasii illa ἐνεργείᾳ abhorrentia. Hujusmodi sunt *Disputatio contra Arium*, in synodo Nicæna, *Sermo contra omces hæreses*, *Historia Melchisedeci*, *Liber De definitionibus*, et alii ejusdem farinæ libelli. Etiamsi vero in melioris notæ opuscula incidamus, dum in genere polemico versentur, in quo cernimus pene totam Athanasii ætatem esse contritam, haud magno labore a fraudulenti scriptoris artificio nos explicemus : cum vix ulla ars illum tot annorum usum, illam sponte fluentem eloquentiam consequi possit. Cum autem alio genere scribendi exarata sunt, quo vel nulla vel paucissima ediderit Athanasius, tum laboris et consilii res est. Investiganda scilicet doctrina, verba singula inspicienda, sententiæ ponderandæ, num alienæ ab ætate, ab auctore, ab Ecclesiæ usu. Difficile sane nihil ejusmodi deprehendi in spuriis. Si notæ quædam hujusmodi occurrant, et tale opus ab antiquo nemine laudetur, jam augetur suspicio. Neque tamen illico ferenda adversum sententia, nisi alia ex mox enarrandis nota compareat. Nam sunt alia gravissima signa quibus lis solvatur. Cum hæreses scilicet subsequentium ætatum impugnantur, etiam tacito hæreticorum nomine : namque si nomen adest, nec conjectura subest aliqua fuisse amanuensium temeritate adjectum, nulla mora fertur νοθείας judicium. Si in manuscriptis inscriptio ita variet, ut in aliis Athanasii, in aliis alterius scriptoris nomen compareat : signum videtur manifestum, esse totum Athanasio abjudicandum : nam si primitus Athanasii nomen tulisset inscriptio, ne cogitasset quidem amanuensis alterius nomen substituere ; cum tanta sit celebratissimi doctoris auctoritas, ut stultum esset ab alio majorem mutuari. Et sane nullum vidimusex genuinis Athanasii, alterius præferre nomen in codicibus. Evidentissimum suppositionis argumentum est, cum Patres Athanasio suppares aut omnino inferiores laudantur : nam tum vel ex ignorantia scriptoris prodit anachronismus, vel inconsulto amanuensium ausu Athanasii nomen præfixum operi fuit. His ususus sum tesseris ; quæ tamen nunc leviter perstringo, quia fusius suis locis. Undenam singula prodeant, videsis in mox sequenti recensione codicum mss. et editorum.

Præter ea autem quæ hic extant cusa, alia permulta sunt, quæ cum proxime præteritis sæculis fraudi opportunioribus impune Athanasium ementita fuissent, instaurato demum litterarum usu, ex Athanasianis ejecta sunt. Inter hæc annumerantur Commentaria Theophylacti *in Epistolas Pauli*, in prioribus Galliæ editis cusa ad frontem operum S. Athanasii, quæ deinde Vulgarii, sive Bulgarii, aut potius Teophylacti Bulgarorum episcopi esse deprehensa sunt, et jam ejusdem nomine Græce et Latine circumferuntur. Non defuere item, qui libros Hilarii *De Trinitate* Athanasio ascripserint, quorum sententia ne confutatione quidem eget : et probe opus illud Hilario assertum fuit in postrema ejus operum editione a nostris adornata. Dialogus quoque Joannis Damasceni *contra Manichæos* in Regio codice num. 2502 ascribi a nonnullis Athanasio dicicitur : sed γνήσιος Damasceni fetus est, ut pluribus commonstrabit vir cruditus P. Lequien, ordinis Prædicatorum, in ea quam parat Damasceni operum editione. Vere tamen Athanasius Manichæos, quorum ingens isua tempestate numerus, scriptis est adortus : at ejusmodi scripta cum innumeris aliis injuria temporum extincta sunt. Et plane demiror Græculorum oscitantiam, qui dum spuria sexcenties exscriberent, germana ita neglexerunt, ut incuria perierint. Ut conjectare porro licet, non dialogi more Manichæos Athanasius est aggressus : nam ejus ævo hoc scribendi genus minus erat frequentatum. In codicibus Anglicanis homiliæ *in Christi ortum*, quæ inter Chrysostomi opera comparent, Athanasii item nomen præferunt. Earum meminimus in monito ad homiliam *De ortu Christi*, p. 350 (*a*). Quod autem attinet ad orationes illas dialecticas Athanasii in Nicæna synodo præsente Constantino Magno habitas, memoratas a Felckmanno, quas narrat M. Crusius Constantinopoli apud illustrissimum principem Jacobum Marmoretam eo tempore repertas fuisse, vix putarim diversas a *Disputatione contra Arium*, quæ in spuriis agmen agit : permulti namque ejus codices in variis bibliothecis exstant. In *Vitis sanctorum Siculorum*, ab Octavio Cajetano, Syracusano, Societatis Jesu, Panormi editis anno 1657, p. 24, exstat nomine Athanasii archiepiscopi Alexandrini *Vita S. Philippi Agyrienis*, vulgo *Agyrionis*, ex monte Agyrione in Sicilia. Is, ut vulgo narrant, a B. Petro apostolo in Siciliam missus fuit, obiitque anno Christi 90, die 12 Maii. Verum in hujusmodi cómmento refutando operam ludere otiosi hominis esset. Christiani Copti, seu Ægyptii, hymnum *Gloria in excelsis*, Coptice translatum tribuunt Athanasio. Sed cum nec a Græcis, nec a Latinis tanto doctori ascriptus unquam fuisse memoretur, verisimile est Coptos ipsos, stupendæ gentem ignorantiæ, quos penes plurimum auctoritate valet Athanasius, id operis inconsulte ipsi tribuisse. Ad hæc Leontius Byzantinus libro *Adversus fraudes Apollinaristarum* ait, solemne fuisse Apollinarii discipulis libros magistri sui Julio modo, mox Gregorio Thaumaturgo, modo Athanasio ascribere. Sed hujusmodi libri falso inscripti ad nos usque minime pervenerut. Nec modo Apollinarii, sed etiam Eutychis et Dioscori ; en verba Leontii : « Quidam ex hæresi Apollinarii vel Eutychis vel

(*a*) Hic et infra paginas intellige editionis Venetæ quas typis grandioribus expressimus. EDIT.

« Dioscori, cum vellent suam hæresim confirmare, quasdam orationes Apollinarii Gregorio Thaumaturgo aut Athanasio aut Julio inscripserunt, ut simpliciores fallerent, quod quidem perfecerunt. Auctoritate enim hujusmodi personarum fide digna, multos Ecclesiæ catholicæ capere potuerunt. Et apud multos ex recte credentibus reperire poteris librum Apollinarii, cui titulus Ἡ κατὰ μέρος πίστις, *Fides particularis*, inscriptum Gregorio, et quasdam ejus epistolas inscriptas Julio : et alias ejus *De Incarnatione* orationes vel expositiones Athanasio inscriptas : cujusmodi est quæ inscripta est *Expositio*, consentiens cum Expositione trecentorum decem et octo : neque solum has, sed alias hujusmodi. Fiet autem ibi hoc manifestum, et cuivis veritatis studioso ex iis quæ in medium afferemus tum ipsius Apollinarii, tum discipulorum ejus, *etc.* » Et vero qui in spuriis agmen agit libellus *De Incarnatione*, in suspicionem venit, quod ex officina Eutychianorum Athanasii nomine prodierit.

Quanquam porro crebris admonitionibus in hujusce tomi decursu quid de quolibet opusculo ferret animus commemoravimus, quia plerumque carptim tetigimus singula ; jam quod δευτέραις φροντίσι exploratum fuit adnotemus. De libello in fronte operum posito, cui titulus, *De incarnatione*, in Monito ibidem pluribus actum. *Testimonia* vero *Scripturæ sacræ* quod spectat, vidi eruditos et emunctæ naris homines qui Athanasio posse ascribi æstimarent. Et sane aliqua est hujusce libri affinitas cum epistola prima ad Serapionem et cum libro *De incarnatione*, p. 695 tomi primi (*a*). Ibi enim, ut in hoc opusculo, locis ex Veteri ac Novo Testamento mutuatis Trinitas et trium personarum æqualitas commonstratur. Verum infirma ratio : tale quippe scribendi genus est, ut quisquis rem aggrediatur, cum alio simile opus agenti stylo conveniat. Alioquin vero non sat sibi constat scriptor iste ; sed postquam de Trinitate ad usque articulum 36 verba fecit, illico rem disparatam ingreditur ; Judæos scilicet, filios tenebrarum, exagitat. Articulus autem 49 de blasphemia in Christum, Athanasii esse nequit : nam acerbe satis istic carpitur Origenes : qui a sancto præsule semper cum honore laudatus ac vindicatus fuit. A quæstione 50 ad finem usque diversi res argumenti aguntur : unde forte suspicio nascatur totum opus esse centonem.

Epistola Catholica (*b*). Diximus ambigere nos an Athanasii sit, necne, ob quasdam abjectas ibi suspicandi causas : et inter alias, quia in titulo voce συνεπίσκοποι utitur quisquis ejus auctor est, cum contra soleat Athanasius episcopos συλλειτουργούς vocare ; et si quando vox συνεπίσκοποι tomo primo occurrit, non in Athanasianis vulgo, sed in epistolis alienis, ab eo in medium adductis reperitur. Vocem σύμβολον, quæ ibidem comparet, diximus non usu venire in germanis Athanasii. Verum secundum istam editam admonitionem allatum nobis Roma symbolum fuit, ita, nempe σύμβολον nuncupatum, si tamen hujusmodi nomen non amanuensium fuerit. Nimirum conjecturæ sunt suapte sponte leves, quæ sejunctim positæ non rem conficiant ; at cum multæ una coeunt, argumenti loco esse possint. Sane multa alia hic peregrinum olent : ipsissima scilicet vox, *Catholica*, quæ miror si vel ab Athanasio, vel ab æqualibus uspiam in epistolarum inscriptionibus usurpatur, nisi cum de septem epistolis apostolorum quæ Catholicæ vocantur, est sermo. Illud item θεϊκὸν πνεῦμα non est, ni fallor, Athanasio in usu, qui vulgo aut θεῖον aut ἅγιον Πνεῦμα dicit. Ad hæc, brevior est epistola quam pro rei dignitate, nec solet ille res tanti ponderis, ita carptim agere. In *Refutationem hypocrisis Meletii*, et in subsequentes libros *De incarnatione*, contra Sabellianos, atque in illum alium cui titulus : *Unum esse Christum* quæ ibidem præmonuimus satis sunto.

Sermo de Sabbatis et circumcisione minores forte quam cætera præfert suspicionis notas, et præter styli discrepantiam, remissioris videlicet, quam sit Athanasianus, vix aliud deprehendo quod in ἀπυρίαν conjiciat. Secus homilia *De semente*, contra quam in dies crescunt suspiciones : in multas sane istic voces offendimus Athanasio minime familiares, verbi causa καταπορεύς, ἐμβαθύνομαι, σπόρος εὐθυτενής, et similia non pauca. Aberrat quoque subinde a scopo scriptor iste, et sese subito intercipit ; dimissaque re quam tractat, disparatam ingreditur, a qua perinde discedit, ac si huc illuc impulsus oberraret. In eam vero quæ hanc excipit homiliam, quæ præmisimus, etsi paucissima, satis sunto. Homiliam *De passione et cruce Domini* (*c*) etsi abjudicandam Athanasio arbitramur, in codicibus tamen perantiquis ejus fragmenta Athanasii nomine afferuntur : unde propalam fit a multis retro sæculis Athanasii nomen præferre.

Sermonis *De virginitate* oratio tota effluit, nervis, salibus et τῷ εὐτόνῳ destituta ; hocque signo sese profiteri videtur alio quam Athanasio patre natum. Præterea memoratur hic, hymnus *Gloria in excelsis Deo*, cantus *Alleluia*, versiculus *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, cum appendice *Et nunc et semper*, etc. ; quorum omnium usus an ævo Athanasii in Alexandrina Ecclesia obtineret, valde incertum. Hymne namque *Gloria in excelsis*, qui totus pene legitur libro septimo *Constitutionum apostolicarum*, nulla, ausim dicere, mentio Patribus vel antiquioribus Athanasio vel æqualibus. Cantus *Alleluia*, ut tradit Gregorius papa l. II, epist. 63, cum peculiaris ante fuisset Ecclesiæ Jerosolymitanæ, tempore Damasi translatus Romam est : memoraturque

(*a*) Nostræ recensionis secundi. EDIT.
(*b*) Pag. 22.
(*c*) Pag. 35.

ab Ambrosio, Augustino, multisque, cum supparibus, tum ætate minoribus. Versus demum, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, usu veniebat quarto sæculo, Basilio auctore, qui diversos ejus proferendi modulos enumerat : obtinuit item Antiochiæ, tempore Leontii episcopi Ariani, Athanasio adversarii, qui eum ad Arianorum usum atque arbitrium haud modice vitiavit. Appendicis autem, *Et nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen*, altum istis sæculis silentium. Hæc omnia memorassse Athanasium vix crediderim, atque hinc augetur sat firma aliunde νοθείας, quæ in hoc opusculum cadit, suspicio.Cæterum tametsi lectu dignum opus, et pulcherrimis præceptionibus instructum est, non desunt qui vituperent, et temeritatis nomine traducant dictum illud hujus, quisquis tandem sit, auctoris : Μαρτύρομαι παντὶ ἀνθρώπῳ, ἀκούοντι τὰ ῥήματα ταῦτα καὶ ποιοῦντι, ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ γραφήσεται ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς· καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τάγματι τῶν ἀγγέλων εὑρεθήσεται. Id est : *Testificor omni homini qui audierit hæc verba, et fecerit ea, quod nomen ejus scribendum sit in libro vitæ, et quod ipse in tertio angelorum ordine sit collocandus.* Sed non arbitror hoc nomine tam aspere excipiendum esse scriptorem istum. Noluit enim in mercedem proborum, ni fallor, tertium angelorum ordinem ita strictim assignare. Sed quia angeli vulgo homines antecellere putantur, cum aliquo inferiore angelorum ordine, qui sese prior menti obtulit, probos ex hac vita migrantes collocandos dixit. Levem aliam huic dicam impingit nuperus scriptor nostras vir, alioqui doctus, qui nec sine convicio hæc ejus verba, χορευτρία Χριστοῦ, sic Gallice interpretatur, *la danseuse de Jésus-Christ*. An hic de tripudio agitur? et quid tam frequenti usu celebratum in Ecclesia, quam choreæ virginum Christi sponsarum? Eadem vox in *Vita Syncleticæ* usurpatur, unde palam est frustra esse qui dictum illud inclementius exagitent.

Synopsis Scripturæ sacræ (*a*) laudatum opus et quidem a laudatis viris, non eo inter dubia conjicimus, quo arbitremur Athanasio indignum esse. Ecquis enim ille tam peritus scriptor, quem pœniteat tantum librum confecisse? Eum sane qui accurate teneat, litterarum divinarum plane belle eruditus habeatur; ita dilucide et docte commemorat quid de distributione librorum Scripturæ sacræ, quid de auctoritate, de tempore, de auctore cujusque libri putandum; ita accurate et sagaciter quod ipse, crebro regustando, notatu dignius compererat, lectori paucis offert. Neque tanta tamen religione, ut acutum decebat, synopseos formam consectatur, ut sicubi res explicatu difficilis occurrit, importuna brevitate obscuriorem efficiat : sed cum ita facto opus est, interpretem agit, et fusius etiam quam Scriptura ipsa, rem commemorat; quo dato spatio, rursus destinatum carpit iter. Diximus in notis ad p. 156 Josephum, cujus ὑπομνηστικῷ quæ postrema in *Synopsi* leguntur et jam primo Græce comparent, excepta sunt, virum fuisse Christianum : secus æstimat Petrus Lambecius, aitque Flavium Josephum esse, *Judaicarum antiquitatum* scriptorem, et titulum quemdam ex decimo nono codice theologico affert, nempe : Μέθοδος Ἰωσήπου ἐκ τῶν ὑπομνημάτων αὐτοῦ, καὶ χρονικῶν συνταγμάτων· πῶς συνέστη τὸ ψαλτήριον, καὶ πῶς οἱ ψαλμοὶ ἐξετέθησαν, καὶ τίνα εἰσὶ τὰ μνημονευόμενα ἐν ταῖς Γραφαῖς βιβλία, μὴ εὑρισκόμενα δέ· καὶ τίνα εἰσὶ τὰ ἐν τῷ τέλει τῶν Δαυὶδ πραχθέντα, καὶ τίνες ἡρμήνευσαν τὸ ψαλτήριον, καὶ πόσοι, καὶ πότε. Id est, *Methodus Josephi seu Josippi ex commentariis et chronicis opusculis illius : quo pacto constitutum fuerit Psalterium, quo modo psalmi editi : quinam libri in Scripturis memorati jam non reperiuntur : quænam in fine* (*b*) *a Davide facta sunt : quinam Psalterium interpretati sint, quoti et quo tempore fuerint.* Verum ut judicii tuta ea de re ferendi copia esset, codicem Cantabrigiensem, de quo in notis ibidem, a Patricio Junio in notis ad epistolam Clementis ad Corinthios laudatnm, evolvendum oporteret. Et fortassis vel ipse locus a Lambecio laudatus solus sit satis, ut Josephum istum Christianum fuisse comprobetur : illa enim postrema verba : *Et quinam Psalterium interpretati sint, quoti et quo tempore fuerint*, argumento sunt, ni labor opinione, aliquot post Christum sæculis hunc Josephum vixisse. Ille siquidem Commentariorum in Psalmos numerus, animum exauget, ut hunc Josephum alium a celeberrimo Josepho arbitremur. Non enim ævo Josephi *Antiquitatum* scriptoris tot commentaria in Psalmos fuisse videntur.

Ne omittamus ea quæ de codice, unde hæc *Synopsis* prodiit, habet Felckmannus. « Usæ sunt « operæ *inquit*, textu hujus *Synopseos* Græce descripto ex vetusto et miris ductibus constante « codice, quem ex bibliotheca viri clarissimi Petri Neveleti Doschii curavit vir ampliss. D. Bon- « garsius, quem cum non in omnibus descriptor assecutus sit, quidquid erit discrepantiæ notan- « dum duxi. Quanquam essent etiam non pauca, quæ de interpretatione moneri poterant : imo « locorum quoque nonnullorum in ipso veteri codice conjecturæ possent afferri, quæ tamen « omnia brevitatis causa, et quod docti per se ipsi in hoc longe optimi monitores sibi erunt, « omitto. » Quorsum autem evaserit codex ille memoratus a Felckmanno ignoratur. Codicem *Synopseos* aliquem nec vidi, nec alicubi exstare didici.

Dialogus *contra Arium* in synodo Nicæna multis nominibus Athanasio abjudicandus : imo vero nec satis consulto commentum hujusmodi meditatus est qui Athanasio attribuit; nam quædam aperte falsa complectitur, cujusmodi est illud quod ait p. 180, cleri dignitatem Ario ab hæreticis collatam; cum contra antiquorum testimonio compertum sit, a Petro et Achilla gradibus ecclesiasticis auctum fuisse indignissimum hominem, qui pro innata vafritie speciem frugi præferret :

(*a*) Pag. 96. (*b*) Forte cum titulo, Εἰς τέλος.

reliqua vide in Monito. Ad hæc autem puto vel ex sola dialogi forma, quæ scribendi ratio, licet multum Athanasio antiquior, non erat Athanasii ævo frequentata, conjecturam aliquam νοθείας oboriri. Nusquam accipimus Athanasium hoc genere dedisse quidpiam : et æqualibus ejus perrarum dialogi more scribere. Verum hæc forma sæculis quinto, sexto, septimo et subsequentibus multum obtinuit : et hujusce tomi spuria complectentis pars non modica dialogi sunt.

Sermo contra omnes hæreses, in manifesta peregrinitatis notas vel ipsis amanuensibus præferre visus fuit, ut in plerisque codicibus ad marginem, ἑνος καὶ χυδαῖος dicatur, id est, *peregrinus ac fuso remissioregue stylo descriptus*, cui scilicet τὸ εὔτονον deficiat : ingens profecto styli vitium, quod vel Græculi sentire possint. Fuit autem ex Athanasii operibus expressus, ut lectorem ibidem præmonuimus. De insulso Melchisedeci regis commento (*a*) jam ultra quam satis sit dictum fuit, pariterque de ἀποσπασματίῳ ad Jovianum imperatorem nuncupato (*b*), ac de libro *Definitionum* : neque libet hujusmodi nugas denuo agitare, atque, ut ita dicam, repuerascere.

Sequuntur opera ad Antiochum ; et præit *Doctrina ad Antiochum* principem a Græculo edita. Hujus tamen beneficio, magnam partem libri *Pastoris*, quæ Græce nondum data fuerat, recuperamus. Alias vero hac historia nihil infantius. Æque conspicua est sermonis ad Antiochum νοθεία, necnon subsequentium ad eumdem questionum. Hoc postremum tamen opus, non indignum quod legatur : tametsi enim futilibus dictis ac quæsitis identidem aspersum est : at bona malis permista reperias : nimirum.

Χρυσέα χαλκείοις ἑκατόμβοα ἐννεαβοίων.

Est inibi (*c*) locus quem olim vitiosum suspibabamur, illud scilicet : Πῶς δὲ πάλιν καὶ ἡ τῶν σωμάτων φύσις βολιστικὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσα, ὁρᾶται ἄδυτος καὶ ἀβόλιστος ἐν τοῖς ὕδασι τῆς Μαρμαρικῆς Πενταπόλεως· ubi pro σωμάτφν legendum ὑδάτων conjectabamus : at exinde lectionem probe habere se comperimus.

Ad calcem quæstionum ad Antiochum (*d*), est tractatus Athanasio sane non indignus, quem fortasse religio non esset inter Athanasiana computare. Etsi enim in plerisque codicibus consequenter post alias quæstiones agmen claudit, non desunt tamen ubi separatim ab aliis ponatur. Ad hæc vero, conspicua Athanasiani ævi nota hæc est, cum de septuaginta hebdomadibus Danielis agens ait : Τίς οὖν ἐστιν ἕτερος χρισθεὶς ἅγιος ἁγίων, εἰ μὴ ὁ Χριστὸς μόνος, ὡς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ; αἱ γὰρ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες, τετρακόσια ἐνενήκοντα ἔτη σημαίνουσιν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Δανιὴλ ἕως τοῦ νῦν ὑπάρχουσιν ἔτη τῶν ὀκτακοσίων πλείω. Hoc est : « Quis ergo alius est unctus Sanctus sanctorum, præ« ter solum Christum, ut Dei viventis (Filium) ? Septuaginta enim hebdomades quadringentos no« naginta annos significant. Namque a Daniele ad hoc usque tempus sunt anni plus quam octin« genti. » Hæc sane chronologiæ ratio apprime in quartum sæculum quadrat, quo scripsit Athanasius. Ad hæc, ita apposite Veteri Testamento ad comprobandum Christi adventum utitur, ut nihil supra. Fateorque me nihil hoc in genere vidisse validius concinniusve. Quamobrem non eodem quo cæteræ quæstiones, numero et pretio haberi debet. Etsi vero non ausim affirmare Athanasii esse, nihil certe repugnat quo minus ipsi ascribatur.

Fragmentum *De imaginibus* non erat forte quod denuo prelo subjiceremus, cum ex aliis jam editis exceptum fuerit. Placuit tamen, quia frequentissime in codicibus et conciliorum actis affertur ut exhibemus, illud edere, ne quid hoc in opere desiderari videatur.

Historias imaginis Berytensis plures fortasse attulimus, quam ut eas eruditi viri sine stomacho et nausea legere possint. Verum quia hæc historia celeberrima fuit, qualis demum qualisque sit ; tam varia tum Græce tum Latine edi ejus exemplaria, non inutile fortasse fuerit : ut æstimare quisque valeat quantæ sit auctoritatis hæc historiola, cujus ne quidem veram firmamque seriem nancisci possimus.

In *Epistolas ad Castorem*, quæ sunt Cassiani *Institutionum* epitome, satis esto quod ibidem prænotamus. Vocem autem *Pater Muthius*, quia codex sic Πάτερ Μούθιος dividit, nos quoque divisimus. At norunt eruditi, ex voce Termuthi, est illud nomen proprium apud Ægyptios, et ex articulo πα, quod est ac si dicas *Pater* aut *Abbas*, confectum nomen fuisse. Et tamen ita error invaluit, ut jam Mutii quidam inde mutuato nomine, nuncupentur.

In homiliam *De assumptione Domini* hæc habet Felckmannus : *Porro meminit hujus homiliæ, et tribuit eam Athanasio incertus auctor, cujus jam supra ad pag.* 345 *d. tomo I meminimus ad Maximum Smeniotam de hac quæstione* : Utrum homines, si non peccasseut, morituri fuissent, *scribens fol.* 92, *col.* 4, sic : Καὶ ἄκουε τί περὶ τούτου φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ Εἰς τὴν ἀνάληψιν λόγῳ αὐτοῦ. Θάνατος μὲν εἰσῆλθε διὰ τὴν παρακοήν. Λύων δὲ ὅμως τὴν τῆς ἀπειλῆς ἀκμὴν ὁ Θεὸς ἐλπίδα αὖθις ἀθανασίας ἀνατέλλει τῷ γένει, καὶ τὸν Ἐνὼχ ἐκ μέσου ἁρπάζει, κἀντεῦθεν τὴν θνητὴν ἐδίδασκε φύσιν ὅρους ἀθανασίας ἐκδέχεσθαι. *Et paulo post*, Καὶ τούτου χάριν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἔλεγεν, ὅτι καὶ τὸν Ἠλίαν ἁρπάζει, καὶ ὡς εἰς

(*a*) Pag. 189.
(*b*) Pag. 100.
(*c*) Pag. 247.
(*d*) Pag. 248.

οὐρανὸν ἀναφέρει. *Hæc ibi, quæ confer cum editis. Et itidem infra in opusculum :* Utrum Joannes evangélista revera obierit, *fol.* 251, *col.* 2, *ait* : Καὶ ὁ μέγας δὲ Ἀθανάσιος ἐν τῷ Εἰς τὴν ἀνάληψιν λόγῳ αὐτοῦ, Ἐνὼχ καὶ Ἠλίαν μνημονεύσας, καὶ εἰπὼν ἐν τοῖς ζῶσιν διάγειν αὐτὸν, ἑτέρου τινὸς ἐμνημόνευσεν. Hæc Felckmannus. Sed quoniam is scriptor sequioris est ævi, nihil illius testimonio ad γνησιότητα ejus comprobandam efficitur. Hæc ipsa pene eadem verba citat Michael Glycas in *Historia Byzantina*. Quod testimonio id solum superest, ut ante Michaelis Glycæ ævum Athanasii nomine evulgata fuerit hæc homilia. Diximus porro in Monito ad hanc homiliam, primum publici juris factam fuisse in editione Commeliniana : verum exinde comperimus, antiquius fuisse illam typis mandatam.

Homiliam *in S. Andream* Latine dedit Thomas Galetus. J. C , anno 1614, Lugduni, Carolo Fapiano interprete, cum aliis diversorum Patrum scriptis, p. 230.

Libellus *De corpore et anima* est fragmentum avulsum ex libro *De definitionibus*, cum aliqua discrepantia. Huic item affine quidpiam habetur t. I sub finem, in fragmentis ; sed longe præstantius istis. Et vero fieri potuit, ut qui hoc *De corpore anima* opusculum mandavit litteris, aliqua ex veris Athanasii operibus sit mutuatus.

Vita sanctæ Syncleticæ, haud imperiti hominis opus, pulchre ad mores instituendos concinnata est ; nam longiuscula licet, unica pene adhortatione solvitur ; ita ut quæ ejusmodi ad virgines parænesin habuisse fertur, quæque in juvenili ætate eam orsa dicitur, ea absoluta octaginta annos nata mox memoretur. Erudite porro in ea disceptatur contra fatum, et contra genesim, sive genethliacorum scientiam. Sed præstantissima omnium sunt, quæ contra illos profligatis moribus homines, quorum in eo tota spes est, ut in nihilum eant si quando vivendi finem faciant : qui si tam misera specadant, et cadent utique, quantum iis supplicium, qui ideo in tot scelera proruperunt, quod falsa opinione impune sibi fore sperarent ? Ex hoc itaque hominum genere erant, qui impie dicerent, animam esse florem naturæ, cujus scilicet interitus cum plantæ sive corporis interitu necessario conjunctus esset. Ipsis sane gentilibus deteriores : qui præmium probe, supplicium improbe viventibus fore æstimabant : audi Platonem (*a*) : Ἀθάνατος ἡμῶν ἡ ψυχὴ καὶ οὐδέποτε ἀπόλλυται. Et inferius pugnat, improbis pœnas esse præparatas.

Hæc satis sunto. Plura de singulis hoc in tomo exstantibus in propriis singulorum admonitionibus et in notis reperies, Salve, erudite lector, et his fave.

(*a*) Lib. x *De republ.*, pag. 608 edit. H. Stephani.

CATALOGUS MANUSCRIPTORUM ET EDITORUM
Quibus in editione hujusce tomi usi sumus.

Primo editis S. Athanasii omnibus cum Latinis tum Græco-Latinis usi sumus semper, maxime tamen omnium Commeliniana et Parisiensi.

—

In librum de Incarnatione. Usi sumus tantum Cyrilli editis ubi hæc exstat epistola.

In Testimonia ex Scriptura sacra. — Codicis cujusdam Vaticani exscripto et Felkmanni lectionibus codicum Basiliensis, Anglicani Felckmanni primi ac secundi.

In Epistolam Catholicam, ex Felckmanni codicibus. — Lectionibus codicum Basiliensis primi et secundi, Anglicani, etc.

In refutationem hypocrisis Meletii et Eusebii Samosatensis. — Lectionibus codicis eminentissimi cardinalis Ottoboni et Felckmanni lectionibus codicum Basiliensis 1 et 2, Anglicani, Felckm. 1 et 2.

In sermonem de Incarn. Dei Verbi. — Codice Seguerlano et Felckmanni lectionibus codicum Basiliensis, Anglicani, Gobleriani, Felckm. 1 et 2.

In sermonem de æterna Filii et Spiritus sancti cum Deo exsistentia et contra Sabellianos. — Segueriano codice et Felkmanni lectionibus codicum eorumdem.

In orationem, quod unus sit Christus. — Codice Segueriano et Catena in Lucam et Felckmanni lectionibus iisdem.

In librum de Sabbato et Circumcisione. — Codicibus Regio 2284, et Segueriano et Felckmanni lectionibus iisdem.

In Homiliam de Semente. — Felckmanni lectionibus codicibus Anglicani.

In illud : Profecti in Pagum, etc. — Codicibus Regio 2284, et Segueriano, et Felckmanni lectionibus codicum qui superius.

In sermonem in Passionem et Crucem Domini. — Codice Regio 2284. Et Felckmanni lectionibus iisdem.

In librum de Virginitate. — Felckmanni lectionibus iisdem.

In Synopsin Scripturæ sacræ. — Uno tantum codice usi sunt Commelinlani qui prius ediderunt, codex jam ubi exstet ignoratur. Ad postremum articulum qui Latine tantum exstabat in prius editis, usi sumus codicibus Regio 1807, et exscripto alio a D. Jacobo Mill principali collegii S. Edmundi Oxoniensis.

In Disputationem contra Arium in concilio Nicæno. — Codicibus Regio 2358, 2892, 2910, et Felckmanni lectionibus codicum Basiliensis, Augustani, Anglicani, Felckman. 1, 2, et Gobleriani.

In sermonem contra omnes hæreses. — Segueriano codice et Felckmanni lectionibus codicum Basiliensis, Gobleriani, Felckmanni, 1, 2.

In Historiam Melchisedec. — Codice Regio 2570, et Colbertino 5108.

In *epistolam ad Jovianum.* — Nullum vidimus codicem, sed damus ut prodiit in editione Commelini.

In Librum de Definitionibus. — Codice Colbertino 4753, aliquoties usi sumus.

Doctrina ad Antiochum. — Prodit ex codice Colbertino 4249.

Sermo ad Antiochum de pœnis inferni. — Prodit ex codice Regio 2570, annorum plus 600.

In quæstiones ad Antiochum. — Codicibus Regiis 2431, 2892, 2910, 2937.

Quæstio autem CXXXVII, p. 248, habetur sejunctim, nec quæstionis more, in codice quem nobiscum perhumaniter communicavit vir cl. Toinardus et in codice Reg. 2415.

Quæstiones in Evangelia. — Prodeunt ex codice Reg. 2431.

Fragmentum de Imaginibus. — Prodit ex codice Regio 2981.

Quæstiones in Scripturam sacram. — Ex editione Commelini.

In quæstiones alias. — Usi sumus codicibus Regiis 2358, et 2460, et lectionibus unius codicis Felckmanni qui secundus dicitur.

In Historiam imaginis Berynensis ex codice Palatino. — Colbertinis codicib. 833, 4457, 5110. Ex Palatinis duo exemplaria prodierunt. Exemplar vero Latinum ejusdem historiæ p. 293, prodit ex editione Lugdunensi anni 1532. Aliud exemplar Latinum ejusdem ex codice Sangermanensi num. 108.

Sermo contra Latinos. — Prodit ex codice Regio 2271, p. 155, ad marginem operis sancti Justini ad Zenam. Codex est annorum plus septingentorum et nota illa marginalis ætatis non multo minoris.

Syntagma doctrinæ. — Ex libello Andreæ Arnoldi Norimbergensis Parisiis cuso anno 1685.

Monasticæ vitæ Institutio. — Ex codice Regio 2937.

Binæ ad Castoram Epistolæ. — Ex codicibus manuscriptis Altaemps Romæ num. R. V. 49.

Homilia in nativitatem Præcursoris. — Ex codice Colbertino 1711, annorum circiter 400.

In sermonem in Annuntiationem Deiparæ. — Usi sumus lectionibus Felkmanni, codicum Basiliensis, Anglicani, Felckm. 1, 2.

In sermonum in Descriptionem sanctæ Mariæ. — Usi sumus codicibus Colbertino 450, et Reg. 2026.

Sermo in Nativitatem Christi. — Prodit ex codice Barociano 234, fol. 190. b.

In semonem in Occursum Domini. — Usi sumus codicibus Regiis 143, 3489, et editione P. Combefisii in Bibliotheca PP., t. I, p. 496.

In sermonem in cœcum a nativitate — Codicibus Regiis usi sumus 205, 2030.

In Homiliam in illud Matthæi : Ite in castellum etc. — Usi sumus codice Regio 205.

In Homiliam in illud : Eunte autem illo. — Eodem codice.

In sermonem in S. Quintam feriam. — Eodem codice.

In Sermonem in Parasceven. — Codicibus Colbert. 1511, 1711, Reg. 205.

In Homiliam in sanctos Patres et Prophetas. — Codice Regio 205.

In sermonem in sanctum Pascha. — Codice Regio 2027, Colbertino 1711.

In Sermonem in sanctum Pascha et recens illuminatos. — Codice Regio 2027, 2424, Colbert. 1711.

In sermonem in Assumptionem Domini. — Codice Regio 2027, Colbert. 1711.

Sermo in S. Andream. — Prodit ex codice Colbertino 847, et schedis V. cl. Voinardi.

Sermo alius. — Prodit ex codice Colbertino 4104.

Ad dialogum I, *de Trinitate.* — Utimur codice Regio et lectionibus Felckmanni codicum Augustani et Palatini.

Ad dialogum II, *de Trinitate.* — Iisdem codicibus.

Ad dialogum III, *de Trinitate.* — Lectionibus Felkmanni.

Ad dialogum IV, *de Trinitate.* — Codice Regio et lectionibus Felckmanni.

Ad dialogum V*de Trinitate.* — Lectionibus Felckmanni.

Ad sermones XX, *contra diversas hæreses.* — Variis Felckmanni lectionibus.

Syntagma ad quemdam politicum. — Prodit ex codicibus Vaticanis.

Sermo de iis qui sæculo renuntiarunt. — Prodit ex codice Vaticano num. 658.

Doctrina ad Monachos. — Prodit ex codice Vaticano num. 1148.

Commentarius de templo Atheniensi. — Ex codice Vaticano 1198.

Tractatus de corpore et anima. — Ex codice Vaticano 700.

Ad lib. I *de S. Trinitate.* — Editio R. P. Francisci Chiffletii et lectionibus ejus anno 1664, codice Regio 3624, et Sangermanensi num. 724.

Ad libros de Trinitate, II, III, IV, V, VI, VII, VIII. — Iisdem.

Ad Librum de fide Unitatis et Trinitatis. — Iisdem.

Ad librum de Ariana et Catholica confessione. — Iisdem.

Ad librum de fide sua. — Iisdem.

Ad Disputationes contra Arium. — Iisdem.

Ad Epistolam Liberii Papæ ad Athanasium, et ad responsum Athanasii. — Segueriano codice.

Ad sequentes vero epistolas Romanorum pontificum ad Athanasium, et Athanasii ad Romanos pontifices. — Editis conciliorum et veteribus Athanasii editis.

Ad vitam S. Syncleticæ. — Editione Cottelerii in Monumentis Ecclesiæ Græcæ, et ex schedis Combefisianis quarum copiam fecit perhumaniter R. P. Lequien ordinis Prædicatorum.

Ad Exhortationem ad Monachos. — Codice Regularum a Luca Holstenio edito.

Exhortotio ad sponsum Christi. — Prodit ex codice Regularum Lucæ Holstenii et ex Actis concilii Aquisgranensis.

Epistola S. Athanasii ad Episcopum Persarum. — Ex schedis a D. Claudio Stephanotio, Roma nobis transmissis.

Dionysii Epistola ad Paulum Samosatensem. — Indidem.

Ad Symbolum Quicunque. *Quibus codicibus tum Græcis tum Latinis usi sumus, fusissime in Monito et in notis.*

Opusculum de Trinitate. — Prodit ex codice Regio 2358.

Opusculum de Paschate. — Prodit ex Bibliotheca Ambrosiana beneficio cl. V. Antonii Muratorii.

ADMONITIO IN LIBELLUM DE INCARNATIONE.

=

Deus : existimasti, inique, quod Deus erit tibi similis ? Licet oculos Dei audieris, o homo, licet alia corporis membra, ne carnaliter illud intelligas : sed per corporalium similitudinem, incorporeum intellige. Etenim tibi dictum est : Spiritus est Deus ; sic et Verbum illud, non humanum est, nec quale tuum : Deus enim est, licet id tibi minime videatur : nec duo Dii sunt, sicut nec duo Patres : neque diversæ substantiæ est genitus a generante.

A σωματικὰ, μὴ σαρκικῶς νόει· ἀλλὰ δι' ὁμοιότητος τῶν σωματικῶν ἐννόει τὸ ἀσώματον. Καὶ γὰρ εἴρηταί σοι. Πνεῦμα ὁ Θεός· οὕτω καὶ ὁ Λόγος οὐκ ἀνθρώπινος, οὐδὲ οἷος ὁ σός· Θεὸς γάρ ἐστι, κἂν μή σοι δοκῇ, καὶ οὐκ εἰσὶ δύο Θεοὶ, ὅτι μηδὲ δύο Πατέρες, μηδὲ ἑτερούσιος τοῦ γεννήσαντος ὁ γεγεννημένος.

6. Qui enim duo principia inducit, is duos Deos prædicat. Hæc est Marcionis impietas, qui Deum justum proprii Christi Patrem, et alterum Deum bonum proprii Christi Patrem affirmat. Rursus qui Deum non factum, alium vero Deum factum dicit, duos et ipse Deos admittit, propter substantiæ differentiam, quam blasphemando introducit. Ubi B vero unicum est principium, ac unica ejus proles, ibi absolutissima ac naturalis imago, quia ex illo genita est : ibi et unus Deus ; ita ut perfecta in Patre deitas exsistat. Cæterum quia ex parvo hoc exemplo (quod divina Scriptura protulit, cum imaginem Dei invisibilis Christum nuncupat) comprehendere vales quod dictum est ; hic iterum dissimilitudinem quæ in exemplo est fugiamus, nempe quod Dei imago, arte facta et alterius substantiæ sit : genitam autem et consubstantialem eam esse confiteamur. Attamen qui regis imaginem videt, regem videt ; et ait : Ecce, hic rex est, nec duos reges constituit, neque partem regis imaginem dicit, nec imaginis regem. Sic igitur unus est Deus Pater, et una divinitas Patris et Filii. At, ut tu dicis, C unus erit, compositus ex duabus partibus imperfectis. Sed ad hanc impietatem aures occludere, et animam abluere convenit : qui enim hæc comminiscitur, nec Filium nec Patrem confitetur : nam neque Pater neque Filius imperfectus intelligi potest.

6. Ὁ μὲν γὰρ ἀρχὰς εἰσάγων δύο, δύο κηρύττει Θεούς. Αὕτη Μαρκίωνος ἡ δυσσέβεια, Θεὸν λέγοντος δίκαιον ἰδίου Χριστοῦ Πατέρα, καὶ Θεὸν ἕτερον ἀγαθὸν ἰδίου Χριστοῦ Πατέρα. Πάλιν ὁ Θεὸν ἀγένητον εἶναι λέγων, ἄλλον δὲ Θεὸν (11) γενητὸν, δύο καὶ αὐτὸς λέγει Θεούς, διὰ τὴν τῆς οὐσίας διαφοράν, ἣν βλασφήμως εἰσάγει. Ὅπου δὲ μία μὲν ἡ ἀρχὴ, ἓν δὲ τὸ ἐξ αὐτῆς γέννημα, εἰκὼν ἀκριβεστάτη καὶ φυσική· διότι καὶ γεννητὴ ἐξ αὐτοῦ· εἷς Θεὸς, τελείας μὲν ἐν Πατρὶ τῆς θεότητος νοουμένης, τελείας δὲ καὶ ἐν Υἱῷ τῆς πατρικῆς θεότητος ὑπαρχούσης. Ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦ μικροῦ τούτου παραδείγματος, ὅπερ ἡ θεία Γραφὴ δεδήλωκεν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου τὸν Χριστὸν ὀνομάσασα, δύνασαι καταλαβεῖν τὸ λεγόμενον· φύγωμεν πάλιν καὶ ἐνταῦθα τὸ ἀνόμοιον τὸ ἐν τῷ παραδείγματι, τὸ τεχνίτην (12) καὶ ἑτερούσιον εἶναι τὴν τοῦ Θεοῦ εἰκόνα, γεννητὴν δὲ καὶ ὁμοούσιον ὁμολογῶμεν. Ὅμως δὴ οὖν (13) ὁ τὴν εἰκόνα τοῦ βασιλέως ὁρῶν τὸν βασιλέα ὁρᾷ, καί φησιν. Ἰδοὺ, οὗτος ὁ βασιλεὺς, καὶ οὐ δύο πεποίηκε βασιλεῖς, οὐδὲ μέρος τοῦ βασιλέως τὴν εἰκόνα, ἢ τῆς εἰκόνος τὸν βασιλέα. Οὕτω τοίνυν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ μία θεότης Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ὡς δὲ σὺ λέγεις, εἷς ἔσται σύνθετος ἐκ δύο μερῶν ἀτελῶν. Πρὸς δὲ ταύτην τὴν ἀσέβειαν ἀποκλεῖσαι καλὸν τὰς ἀκοὰς, καὶ (14) ἀπονίψασθαι τὴν ψυχήν· οὔτε γὰρ Υἱὸν οὔτε Πατέρα ὁ τοῦτο φαντάζόμενος ὁμολογεῖ· ἐπεὶ μήτε Πατέρα, μήτε Υἱὸν ἀτελῆ νοεῖν ἐγχωρεῖ.

7. Atqui dictum est, ait :« Quia ego in Patre, et Pater in me est [45] : « non est autem Pater Verbum in corde Filii : ergo nec Filius est Verbum in corde Patris ; sed est Verbum vivens a vivente Patre Deo, quod æterna generatione editum est, et absque initio Patri coexsistit : ita ut Pater nunquam solus cogitandus sit. Semper enim Trinitas est Trinitas, nec unquam additamentum divinitatis accipit. Neque Filius cum prius non esset cum Patre, in D posterum ei additur ; neque Filio Spiritus sanctus accedit. Quæ enim a quodam principio facta sunt, et opificia sunt, et subdita, et Trinitati nullo modo annumerantur. Nam, « euntes, » inquit, « docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [46]. » Nullum autem princi-

7. Ἀλλ' εἴρηται, φησὶν· « Ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » οὐκ ἔστι δὲ Λόγος ἐν καρδίᾳ τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατήρ· οὐ τοίνυν οὐδὲ ὁ (15) Υἱὸς Λόγος ἐν καρδίᾳ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ Λόγος ζῶν ἀπὸ ζῶντος Πατρὸς Θεοῦ, ἀϊδίῳ γεννήσει πεφηνὼς, ἀνάρχως τῷ Πατρὶ συνών· ὡς μηδέποτε μόνον ἐπινοεῖσθαι τὸν Πατέρα. Ἀεὶ γὰρ Τριὰς ἡ Τριὰς, καὶ προσθήκην θεότητος οὐ λαμβάνει. Οὐδ' ὁ μὴ πρότερον ὢν σὺν τῷ Πατρὶ προστίθεται ὕστερον ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα ἐπιγίνεται. Τὰ γὰρ ἀπό τινος ἀρχῆς γεγενημένα (16) καὶ ποιήματά ἐστι καὶ δοῦλα, καὶ τῇ Τριάδι συναριθμεῖται οὐδαμῶς· « Πορευθέντες γὰρ, » φησὶ, « μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ἀρχὴν δὲ οὔτε μίαν, οὔτε ἑξου-

[45] Joan. XIV, 10. [46] Matth. XVIII, 19.

(11) Seguer. Gobler. et Felc. I, γεννητόν. male. Priores duo ibid. omittunt. Θεόν. Basil. ibid δύο μὲν αὐτός.
(12) Forte, τεχνητήν.
(13) Seguerianus, δ' οὖν.
(14) Καί deest in omnibus mss.
(15) Sic Seguerian., ὁ deest in editis.
(16) Sic Basil., Gobler., Seg. In editis, γεγεννημένα.

σίαν, οὔτε δύναμιν συνηρίθμησεν· ἀϊδίῳ (17) γὰρ A τὰ μὴ ἀΐδια συναριθμεῖσθαι ἀδύνατον, καὶ τῇ θεότητι τὰ μὴ μετέχοντα τῆς θεότητος οὐ συντάττεται. Πῶς οὖν ἐν τῷ γεγεννηκότι ὁ γεννημένος; καὶ πάλιν ὁ γεννήτωρ ἐν τῷ γεννήματι; πῶς οὗτος ἐν ἐκείνῳ, κἀκεῖνος ἐν τούτῳ; Ὅτι καὶ αὐτὸς τοιοῦτός ἐστιν οἷος κἀκεῖνος, κἀκεῖνος οἷος οὗτος. Οὕτω καὶ ἓν ὰ δύο, τῷ μὴ διαλλάτειν (18), μηδὲ ἀπεσχοινίσθαι, μηδὲ καθ' ἕτερον εἶδος καὶ ξένον χαρακτῆρα νοεῖσθαι τὸν Υἱὸν, ἀλλ' εἶναι Θεὸν, ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ. Ἐπεὶ καὶ εἰπόντος πύτοῦ· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, » ἠγανάκτουν οἱ Ἰουδαῖοι λέγοντες, Ὅτι σὺ, ἄνθρωπος, ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. » Καὶ ὁ Σωτὴρ ἀπεκρίνατο (19) βεβαιῶν τὸ εἰρημένον ὑπ' αὐτῶν, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο δεδηλωκὼς ἐν τῷ φάσκειν· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, » τὸ εἶναι καὶ αὐτὸν B Θεὸν Υἱὸν ὄντα Θεοῦ· « Εἰ ἐκείνους θεοὺς εἶπε, πρὸς οὓς ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ Γραφή· ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον. ὑμεῖς λέγετε, Ὅτι βλασφημεῖς· ὅτι εἶπον, ὅτι Υἱὸς Θεοῦ, εἰμι; εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ θέλητε (20) πιστεύειν, τοῖς ἔργοις πιστεύετε· ἵν' εἰδῆτε, καὶ γινώσκητε, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » Οὐκοῦν ἐν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἶναι, καὶ τὸν Πατέρα ἐν τῷ Υἱῷ, τοῦτό ἐστι καὶ οὐδὲν ἕτερον, τὸν Υἱὸν εἶναι Θεοῦ (21) τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγεννημένον, Θεὸν, ὄντα κατὰ τὴν φύσιν, ὅπερ ὁ Πατὴρ, καὶ δεικνύντα τὸ πατρῷον εἶδος ἐν ἑαυτῷ, καὶ δεικνύμενον ἐπὶ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως.

8. Εἷς οὖν, καὶ εἷς, καὶ ἡ δυὰς οὐ μεμέρισται τῇ φύσει, ἀνενδεὴς οὖσα τῇ τελειότητι, ὅλον μὲν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ὁ Πατὴρ, ὡς Πατὴρ, ὅλον δὲ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ὁ Υἱὸς, ὡς Υἱός. Ἐπειδὴ (22) δι' ἀμφοτέρων ἓν εἶδος νοεῖται, ὁλοκλήρως ἐν ἀμφοτέροις δεικνύμενον. Μηδεὶς ἀρνείσθω τὴν φανερωθεῖσαν ἐν τῷ κόσμῳ ζωήν· « Ἦτις ἦν, » φησὶ, « πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν. » Καὶ πρὸ τῆς φανερώσεως τοῦτο ἔδοξεν εἶναι, ἡνίκα πεφανέρωται. Γεγέννηται γὰρ ἀϊδίως, καὶ ὑπάρχει μετὰ τοῦ ἰδίου Πατρός. Μηδεὶς ἀρνούμενος τὰ τρία τὴν μονάδα εὑρίσκειν νομιζέτω· ἀλλ' ἐν τῇ Τριάδι νοείτω τὸ ἕν, ἔχων τὸ κεφάλαιον τῆς πίστεως ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ ἐν (23) ταῖς τρισὶν ἁγίαις σφραγῖσι, δι' ὧν εἰς σωτηρίαν ἀναγεγέννηται, μεμνημένος τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· « Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα· » D μεμνημένος τοῦ λέγοντος Πατρός· « Ἐκ γαστρὸς πρὸς ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, » τοῦ τε Υἱοῦ μαρτυροῦντος. ὅτι ἦν πρὸ τοῦ κόσμου παρὰ τῷ Πατρὶ, τὴν δόξαν, ἔχων τὴν τῆς θεότητος· » Δόξασόν με γὰρ, » φησὶ,

patum, neque potestatem, neque virtutem annumeravit, quod impossibile sit æterna non æternis annumerari : vel quæ cum deitate nihil commune habent, cum deitate ordinari. Quomodo igitur in genitore genitus : aut rursus genitor in genito? qua ratione hic in illo, ille in isto? Quia et hic talis est qualis ille, et ille qualis hic. Atque ita fit ut duo illa unum sint; eo quod neque differant, neque separentur, neque sub alia specie, aut sub alia figura Filius intelligatur : sed Deus sit, quemadmodum et Pater. Cum enim illo dicente : « Ego et Pater unum sumus [47], » indignarentur Judæi, **33** ac dicerent : « Quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum [48], » respondit Salvator, quod illi dixerant confirmans, quasi nihil aliud ipse declarasset, dum dixit : « Ego et Pater unum sumus; » quam se quoque Deum esse, cum Filius Dei sit : « Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura : quem Pater sanctificavit, et misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas : quia dixi, Filius Dei sum? Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi : si autem facio, et si mihi nolueritis credere, operibus credite : ut sciatis, et cognoscatis, quia ego in Patre, et Pater in me [49]. » Igitur in Patre Filium esse, et Patrem in Filio, hoc nihil aliud est, quam eum qui ex Deo genitus est Dei Filium esse : ac Deum secundum naturam, ut est Pater, atque in seipso paternam formam exhibere, ipsum mutuo in paterna substantia exhiberi.

8. Unus igitur, et unus, et dualitas non divisa C est natura sua, cum nullo indigeat ad suam integritatem. Universa quidem plenitudo divinitatis est Pater, quatenus Pater. Universa item plenitudo divinitatis est Filius, quatenus Filius. Quandoquidem per utrumque una forma intelligitur, quæ integre in utroque exhibetur. Nemo vitam neget quæ in mundo apparuit : « Quæ erat, » inquit, « apud Patrem, et apparuit nobis [50]. » Etiam antequam appareret id ipsum visa est esse, quod cum apparuit. Nam ab æterno genitus est, et cum proprio Patre exsistit. Nemo tria esse negans, unitatem se invenire posse existimet : sed in Trinitate unum cogitet, cum fidei summam, tam in baptismate habeat, quam in tribus signaculis sanctis, per quæ in salutem regeneratus est, memor Apostoli dicentis : « Unus Deus Pater, ex quo omnia : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia [51]. » Memor sit quoque Patris dicentis : « Ex utero ante luciferum genui te [52] : » item Filii qui testatur se fuisse ante mundum apud Patrem, gloriamque divinitatis

[47] Joan. x, 30. [48] ibid. 33. [49] ibid. 36-38. [50] I Joan. i, 2. [51] I Cor. viii, 6. [52] Psal. cix, 3.

(17) Goblerian. et Felc. i, ἀϊδίως.

(18) Goblerian. et Felc. i, τὸ μὴ διαλ.

(19) Sic Seguer. At in editis omissum ἀπεκρίνατο, item illud ἐν τῷ φάσκειν, quæ tamen ex contextu esse videntur. Commeliniani nihil annotant.

(20) Seguer., Gobler. et Felc. i, θέλετε. Editi, θέλητε. Mox hæc, καὶ γινώσκητε, habentur in Gobler. Felc. i, Seguer., sed desunt in editis et in quibusdam manuscriptis.

(21) Seguerianus, τὸ εἶναι Θεοῦ.

(22) Sic Basil. et Seguer. Editi, ἐπεί.

(23) Ἐν deest in editis, sed habetur in Basiliensi. Mox Basil., Seguerianus, μεμνημένος τοῦ κήρυκος τῆς ἀληθείας Ἀποστόλου λέγοντος ἡμῖν.

habuisse : nam, « Glorifica me, » inquit, « Pater, apud temetipsum, gloriam qua habui, antequam mundus esset, apud te [53]. » Gloriam quidem quæ secundum hominem est postulat, eam vero quæ secundum Deum est, ante mundi creationem se habuisse testatur. Habuit autem gloriam cum esset et exsisteret : neque enim, qui non est, potest glorificari. Quod si erat, ergo genitus fuerat : non enim filius est, qui non sit genitus. Sed si genitus est, aiunt, extra genitorem exsistit, et ab eo divisus est : atqui oportet indivisum a Deo esse Verbum quod in Deo exsistit, et extra Deum non apparet. Quo enim in loco extra eum apparuit, cum Deus omnia impleat, ut scriptum est : « Cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus [54] ? »

A « Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί· » τὴν μὲν κατὰ ἄνθρωπον δόξαν αἰτῶν, τὴν δὲ κατὰ Θεὸν ἔχων (24) πρὸ τοῦ κόσμου μαρτυρῶν. Εἶχε δὲ τὴν δόξαν ὢν καὶ ὑπάρχων· οὐδὲ γὰρ ὁ μὴ ὢν δεδόξασθαι. Εἰ δὲ ἦν, καὶ γεγέννητο· οὐ γάρ ἐστιν υἱὸς μὴ γεγεννημένος· ἀλλ' εἰ γεγέννηται, φησίν, ἐκτός ἐστι τοῦ γεννήσαντος, καὶ διῄρηται· ἀδιαίρετον δὲ χρὴ εἶναι Λόγον ὄντα ἐν Θεῷ καὶ μὴ φαινόμενον ἔξω τοῦ Θεοῦ. Ποῦ γὰρ ἂν καὶ φανείη ἐκτὸς, πάντα τοῦ Θεοῦ πεπληρωκότος, κατὰ τὸ γεγραμμένον· « Τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος ; »

9. Hujusmodi commentis, Filii generationem, æternamque ejus a Patre processionem, ejusque cum Patre existentiam de medio tollere conantur : illam quoque sententiam evertere satagunt, nempe Patrem perfecte secundum se subsistere, ac Filium quoque secundum se perfecte subsistere. Discant igitur, se non intelligere, « neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant [55], » dum Deum loco circumscribunt : Filiumque rursus alio in loco imaginantur, ac divisos illos esse, alium hic, alium illic, existimant : siquidem Filium apud se et extra Patrem genitum fuisse, et apparuisse confiteantur. « Quis locus requietionis meæ ? » ait Dominus per Prophetam [56]. « Cœlum et cœlum cœli, non sufficient tibi, » ait Salomon ad Deum [57]. Magno hoc argumento homines edocet Deus : nullum locum sui capacem esse. « Manus mea, » inquit, « fecit hæc omnia [58]. » Non igitur opera opificem continent, qui et ante illa erat, ipsisque exsistentiam præbet, ac ipsa opificis potestate illa stabilit. Quapropter ait Paulus : « Ex quo omnia, et per quem omnia, et in quo omnia [59], » et rursum : « In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus [60]. »

B 9. Τοιαύταις φαντασίαις ἀναιρεῖν ἐπιχειροῦσι τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἀΐδιον πρόοδον, καὶ τὴν μετὰ τοῦ Πατρὸς ὕπαρξιν, καὶ τὸ τελείως μὲν ὑφεστάναι Πατέρα καθ' ἑαυτὸν, τελείως καὶ τὸν Υἱὸν καθ' ἑαυτὸν ὑφεστάναι. Μαθέτωσαν οὖν, ὅτι μὴ νοοῦσι, « μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται. » τόπῳ Θεὸν περιγράφοντες, καὶ τὸν Υἱὸν αὖ πάλιν ἐν ἑτέρῳ φανταζόμενοι τόπῳ, καὶ μεμερίσθαι, τὸν μὲν ἐκεῖ, τὸν δὲ ἐνθάδε νομίζοντες, ἐὰν γεγεννημένος (25) καὶ πεφηνὼς καθ' ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ὁμολογῆται. « Τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου ; » φησὶν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου. « Ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι, » Σολομὼν λέγει πρὸς τὸν Θεόν· τεκμηρίῳ μεγίστῳ πείθων τοὺς ἀνθρώπους ὁ Θεὸς, ὅτι μηδεὶς αὐτοῦ τόπος δεκτικός. « Ἡ γὰρ χείρ μου, » φησὶν (26), « ἐποίησε ταῦτα πάντα. » Οὐ τοίνυν περιέχει τὰ ποιήματα τὸν πεποιηκότα, ὃς καὶ πρὸ τούτου ἦν, καὶ τούτοις παρέχει τὸ εἶναι, καὶ αὐτῇ τῇ δυνάμει τοῦ πεποιηκότος ἐπιστηρίζεται. Διὸ φησι Παῦλος (27)· « Ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα· » καὶ πάλιν· « Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. »

C

10. Aufer ergo mihi illud, in loco situm esse, cum de Deo, de Verbo, et de Spiritu sancto cogitaveris : aufer locales separationes, et ne suspiceris alibi Patrem esse, alibique Filium emittere, cum gignit illum. Hujusmodi enim mendaces, imo potius impiæ ratiocinationes, tibi circa Filii substantiam offendiculo sunt. Una cum Filio autem, Spiritum quoque sanctum abnegas : dum a solo Patre omnia præoccupata existimas. Ne quæratis loci magnitudinem tantam, ut quæ possit Dei magnitudinem capere. Non enim immensum in menso est : sed palmo quidem suo cœlum metitur, ut per comparationem propheta explicat : manu autem sua aquam

D 10. Ἄνελε δή μοι τὸν ἐν τόπῳ ἱστηριγμένον, ὅτε διανοῇ περὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ Λόγου, καὶ τοῦ Πνεύματος· ἄνελε τοπικοὺς χωρισμοὺς, καὶ μὴ ἄλλαχοῦ τὸν Πατέρα ὄντα, ἀλλαχοῦ (28) δὲ τὸν Υἱὸν ἐκπέμπειν ἐκ τοῦ γεννᾷν ὑποπτεύσῃς. Οὗτοι γὰρ οἱ ψευδεῖς, μᾶλλον δὲ καὶ ἄθεοι λογισμοὶ, περὶ τὴν ὕπαρξιν τοῦ Υἱοῦ σε σκανδαλίζουσι. Συνεξήρνηται δέ σοι μετὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τοῦ (29) ὑφ' ἑνὸς προκατέχεσθαι πάντα τοῦ Πατρός. Μὴ ζητεῖτε μέγεθος τόπου τοσοῦτον, ὃς δυνήσεται χωρῆσαι μέγεθος Θεοῦ· οὐ γάρ ἐστι τὸ ἀμέτρητον ἐπὶ τῷ μεμετρημένῳ, ἀλλὰ σπιθαμῇ μὲν αὐτοῦ μετρεῖ τὸν οὐρανὸν, ὡς ὁ προφήτης παραβολικῶς ἑρμηνεύει· μεμέτρηκε δὲ καὶ

[53] Joan. XVII, 5. [54] Jerem. XXIII, 24. [55] I Tim. I, 7. [56] Isa. LXVI, 1. [57] III Reg. VIII, 27. [58] Isa. LXVI, 2. [59] I Cor. VIII, 6. [60] Act. XVII, 28.

(24) Seguer., ἔχειν. Paulo post idem, οὐ γὰρ ὁ μή. Infra ipse, φασίν, pro, φησίν.

(25) Seguerianus, γεγεννημένος.

(26) Sic Seguerian. Editi vero, ἔφη.

(27) Basil. et Seguer. Διό φησιν αὖ πάλιν ὁ Παῦλος.

(28) Edit. Commel., Basil. et Seg. ἀλλαχόσε, cæteri, ἀλλαχοῦ δέ.

(29) Seguer., διὰ τό, recte; alii cum editi, tum manuscripti, διὰ τοῦ. Mox editi et quidam manuscripti, κατέχεσθαι. Basiliensis, παρακατέχεσθαι. Seg. rectius, προκατέχεσθαι. Statim Seg., ζητῆτε, et post pauca, Basiliensis, ὃ δυνήσεται, non male.

τὸ ὕδωρ τῇ χειρὶ, καὶ τὴν γῆν πᾶσαν δρακί. Ὃ δ' οὕτως (30) ἐλάχιστα πάντα, ὡς ἡ προφητικὴ παραβολὴ μετρίως ὑποδείκνυσι, πῶς ἂν τῇ μικρᾷ καὶ ἐλαχίστῃ κτίσει συμπαρεκτείνεσθαι δόξειεν ; Οὐ συμπαρεκτεινόμενος τοῖς πᾶσι πεπλήρωκε τὰ πάντα ὁ Θεός· σωματικὸν γὰρ τοῦτο, ὥσπερ εἰ τὸν ἀέρα φαίη πεπληρωκέναι τις τὸν μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ· ἀλλ' ὡς δύναμις συνέχει τὰ πάντα· δύναμις γὰρ ἀσώματος, ἀόρατος, οὐ κυκλοῦσα, οὐ κυκλουμένη. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ περὶ (31) τοῦ Υἱοῦ, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· διὰ γὰρ Υἱοῦ καὶ ἐν Πνεύματι τὰ πάντα ὁ Θεὸς καὶ συνεστήσατο, καὶ συνέχων διαφυλάττει. Ἀσεβὲς τοίνυν καὶ ζητεῖν καὶ ἐννοεῖν τὸ ποῦ (32) ποτέ ἐστιν ὁ Θεὸς, ἢ ὁ Λόγος τίνα τόπον εἴληχεν, ἢ τὸ Πνεῦμα τίνα οἴκησιν ἐκληρώσατο. Εἰ δὲ διὰ τοῦτο τὸν Υἱὸν οὐκ εἶναί τις οὐδὲ γεγεννῆσθαι (33) λέγοι, ὅτι τόπος αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἀνεπινόητος καὶ ἀνεύρητος, ὁ τοιοῦτος οὐδὲ τὸν Πατέρα φαίη εἶναι καθάπαξ, οὐδ' ὑπάρχειν Θεόν· ἐπεὶ μηδὲ τόπος τις εὑρίσκεται Θεοῦ. « Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός. » Ἄφρονες ὡς ἀληθῶς οἱ τοιοῦτοι, κεναῖς φαντασίαις ἑαυτοὺς παραλογιζόμενοι· νηπίων καὶ παντάπασιν ἀνοήτων τὰ ῥήματα, ὀφθαλμῷ λαμβάνεσθαι τὸ ἀσώματον καὶ τόπῳ περιλαμβάνεσθαι (34) βουλομένων.

11. Δῶμεν δὲ αὐτοῖς βραχείας τινὰς εἰκόνας ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ἀσωμάτων, τινῶν ἐπιμνησθέντες πραγμάτων, ἃ δὴ καθ' ἡμᾶς ὄντα, καὶ ἐπὶ τῆς κτίσεως φαίνεται, εἴ πως δυνηθεῖεν διὰ τούτων ἀναβαίνοντες ἐννοῆσαί πως τὸ ἀσώματον τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ μηκέτι φαντάζεσθαι τόπους αὐτῶν, μηδὲ τοπικὰς διαιρέσεις τῆς Τριάδος (35) ἐπινοεῖν. Ἀσώματος καὶ πνευματικὸς ὢν ὁ νόμος, ἔστιν ἐν τῇ τοῦ νομομαθοῦς (36) διανοίᾳ· ἐν τῇ αὐτῇ δὲ καὶ οἱ προφῆται, Εὐαγγέλια καὶ ἀπόστολοι· καὶ εἴρηται περὶ τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν λόγων. « Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας. » καὶ ὁ Σωτὴρ τὸν ἔχοντα παλαιὰ καὶ καινὰ ῥήματα ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ διανοίας ἐοικέναι φησὶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις προφέρει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. Ἐδέχετο δὲ ὁ Μωϋσέως νοῦς σοφίαν τε πᾶσαν Αἰγυπτιακὴν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ δοθεῖσαν αὐτῷ. Καὶ Δανιὴλ, σύνεσιν πᾶσαν τὴν Χαλδαίων ὑποδεξάμενος (37), ἐχώρει καὶ τὰ ποικίλα τῆς θείας σοφίας νοήματα, ὅπερ σημαίνει δι' Ἰεζεχιὴλ ὁ Θεός. « Μὴ σὺ σοφώτερος εἶ τοῦ Δανιήλ ; πᾶν κρύφιον οὐχ ὑπεδείχθη σοι. » Ἀναρίθμητος δὲ ἡ τοῦ Σολομῶνος (38) φρόνησις, καὶ τὸ χύμα τῆς καρδίας αὐτοῦ,

A mensus est, ac totam terram pugillo [61]. Quod si eadem ratione minima sunt omnia, ut prophetæ parabola satis indicat ; qui modicæ, ac minimæ creaturarum universitati, Deum commentiri oportere putabitur ? Non enim eo Deus omnia implevit, quod ad omnium spatia extendatur, nam illud corpori solum competit : ut si quis aerem, exempli causa, dicat totum implere spatium, quod cœlum inter et terram intercedit ; sed quasi vis quædam omnia continet : vis enim incorporea, invisibilis est, non circumdat, nec circumdatur. Idipsum autem et de Filio, et de Spiritu sancto dicendum : per Filium enim, et in Spiritu sancto, Deus omnia et condidit, et continens conservat. Impium igitur quærere, aut cogitare, ubinam Deus sit : aut quemnam locum B obtineat Verbum : aut quam habitationem Spiritus sanctus sortitus sit. Quod si quis ideo Filium nec esse, nec genitum fuisse affirmet, quod locus pro ejus substantia nec excogitari, nec inveniri possit, is nec Patrem quidem unquam extitisse, nec ipsum Deum esse, dixerit : quandoquidem nec quisquam locus Dei capax invenitur. « Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus [62]. » Insipientes revera illi sunt, qui vanis commentis sese decipiunt : stolidi ac prorsus insani sunt, qui incorporeum oculo percipi, ac loco circumscribi volunt.

11. Demus igitur illis pusillas aliquot imagines, ex incorporeis sæpe occurrentibus, ac de quibusdam mentionem faciamus, quæ apud nos habeantur, et in rerum natura compareant : si quo modo earum opera emersi, incorporeum esse Patrem, et Filium, C et Spiritum sanctum, intelligere valeant ; nec ultra eorum loca comminiscantur, vel locales divisiones in Trinitate excogitent. Incorporalis et spiritualis cum sit lex, in legis periti mente exsistit : ibi quoque sunt prophetæ, Evangelia et apostoli : dictum quippe est de legalibus et propheticis verbis : « Habent Moysen et prophetas [63]. » Et Salvator eum qui nova et vetera verba in mente sua continet, similem dicit homini patrifamilias qui profert de thesauro suo, nova et vetera. Suscepit quoque Moysis intellectus, cum sapientiam omnem Ægyptiacam, tum eam quæ sibi a Deo data fuerat. Et Daniel suscepta omni Chaldæorum sapientia, varia tamen divinæ sapientiæ sensa percipiebat, ut per Ezechielem indicat Deus : « Nunquid 35 D sapientior es tu Daniele ? omne secretum non ostensum est tibi [64]. » Innumerabilis quoque fuit Salomonis sapientia, et latitudo cordis ejus sicut

[61] Isa. XL, 12. [62] Psal XIII, 1. [63] Luc. XVI, 29. [64] Ezech. XXVIII, 3.

(30) Seg. solus, Εἰ δὲ οὕτως. Mox, Gobler., Felc. 1, Seg. ut in textu. Editi et quidam mss. ὡς ἡ προφητικὴ παραολικὴ μετρίως παραδεικνυσι, minus recte.

(31) Περί deest in editis ; ex Seguer. restituimus.

(32) Sic Seguer., Gobl. Felc. 1 : in editis, τόπου, perperam.

(33) Seguerianus, γεγενῆσθαι.

(34) Περιλαμβάνεσθαι deerat in editis et in quibusdam mss., sed ex Basil. restitutum est.

(35) Seg. solus, τῆς Τριάδος, alii vero omnes. τῇ Τριάδι.

(36) Editi, τῆς νομομαθοῦς, mendose. Seg., τοῦ, recte.

(37) In editione Commel. deest, ὑποδεξάμενος. In editione Paris. ejus loco legitur ἀποδεξάμενος, At omnes mss. ὑπουεξάμενος habent.

(38) In editis et quibusdam mss., καὶ τοῦ Σολ. Basil., Gobler., Seguer, ἡ τοῦ Σολ., recte. Mox post ἄμμος, Seguer, addit φησίν.

arena, quæ est juxta mare [65]. Dum hanc igitur tantam sapientiarum multitudinem in una mente conspiciunt, in loco tamen illas non esse animadvertant. Quis enim homo tantæ magnitudinis fuerit, ut sit idoneus ad tot sapientias excipiendas, si divisis in locis singulas speculationes habuerit? Cum igitur spiritualia quæ hic sunt, plurima licet sint, plurimis tamen locis non indigeant, sed in uno eodemque intellectu versentur; intelligamus ea quæ supra nos, ac secundum se incorporea sunt, Patrem nempe, Filium, et Spiritum sanctum, nec locis indigere, nec locis separari; nec quis ideo opinari audeat Patrem, aut Filium, aut Spiritum sanctum non exsistere, quod singulis locus definiri et ascribi nequeat. Sed Pater quidem qui perfectam essentiam omnique defectu carentem habet, radix et fons est Filii ac Spiritus sancti: est autem Filius in plena divinitate, Verbum vivens, ac proles Patris quæ nullo indiget. Plenus quoque est Spiritus sanctus Filio, non pars alterius, sed in seipso integer. Atque ita Trinitas, quæ revera exsistit, conjuncta est absque ulla intercapedine. Nihil enim est quod disterminet, una simul existit ab æterno; nullum enim ævum intercedit. Formam autem unam eamdemque ipsa præfert, cum Pater quidem in Filio conspiciatur, Filius vero in Spiritu sancto et intelligatur, et hominem sui participem habeat. « Nos enim, inquit, omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a gloria in gloriam, tanquam a Domini spiritu [66]. »

12. Ne igitur quasi in corpore tria membra indivisa imaginemur. Impia enim est hæc cogitatio, alienaque ab incorporeis perfectis. Indivisam admittamus coexsistentiam eorum, qui in se mutuo, absque ulla distantia coexsistunt: et cum tres revera subsistant, unam formam intelligamus, quæ a Patre quidem incipit, in Filio resplendet, et per Spiritum sanctum manifestatur. Quapropter qui Spiritum ferunt, Christum quoque ferunt: nam, « Si quis, inquit, Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum [67], » etc. Et Joannes: « Ex hoc cognoscimus, quoniam in nobis est, ex Spiritu quem dedit nobis [68]. » Et Paulus quidem corpora nostra templum Spiritus sancti nominat, Christum autem in nobis esse dicit: Christo autem habitante in interiore nostro homine, ut scriptum est, Deus est qui in nobis inhabitat: nam, « Nescitis, inquit, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis [69]. » Itaque divinitatem indivisibem esse, ex divinis

A ὡς ἄμμος, ἡ παρὰ τὴν θαλασσαν. Τὸ δὲ τοσοῦτον πλῆθος τῶν σοφιῶν (39) περὶ μίαν ὁρωντες διάνοιαν, ἐνθυμείσθωσαν αὐτὰς οὐκ οὔσας ἐν τόπῳ. Πόσος γὰρ ἂν τῷ μεγέθει γεσόμενος ἄνθρωπος, ἐξήρκεσεν εἰς τὴν τοσούτων ὑποδοχὴν, εἰ τόποις μεμερισμένοις τῶν θεωρημάτων ἕκαστα εἶχεν; Ὅταν οὖν τὰ ἐνταῦθα πνευματικὰ μὴ δέηται πλειόνων τόπων πλείονα ὄντα, ἀλλὰ περὶ τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν στρέφηται (40) νοῦν, ἐννοήσωμεν καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ καθ' ἑαυτὰ ὄντα ἀσώματα, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα μή τόπων δεόμενα, μηδὲ τόποις διαιρούμενα· καὶ μὴ διὰ τοῦτο ἀνύπαρκτον ἢ τὸν Πατέρα τις, ἢ τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑποτίθεσθαι τολμάτω· ὅτι μηδὲ ἔστι τόπον ἀφορίζειν καὶ κατανέμειν ἑκάστῳ. Ἀλλ' ἔστι μὲν ὁ Πατὴρ τέλειον ἔχων τὸ εἶναι καὶ
B ἀνελλιπὲς, ῥίζα καὶ πηγὴ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· ἔστι δὲ ὁ Υἱὸς ἐν πλήρει τῇ θεότητι, ζῶν Λόγος, καὶ γέννημα τοῦ Πατρὸς ἀνενδεές· πλῆρες δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, οὐ μέρος ἑτέρου, ἀλλ' ὁλόκληρον ἐφ' ἑαυτοῦ. Καὶ οὕτως ἡ Τριὰς, ἀληθινῶς οὖσα, συνῆπται μὲν ἀδιαστάτως. Τὸ γὰρ διορίζον οὐδὲν, σύνεστι δὲ ἀϊδίως· σὶὼν γὰρ οὐδεὶς μεταξὺ παρεμπίπτει. Μορφὴν δὲ προφαίνει μίαν καὶ τὴν αὐτὴν, Πατρὸς μὲν ἐν Υἱῷ θεωρουμένου, Υἱοῦ δὲ ἐν Πνεύματι καὶ νοουμένου καὶ μετεχομένου ὑπὸ ἀνθρώπου. « Ἡμεῖς γὰρ, » φησὶ, « πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, (41) αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος. »

C 12. Μὴ τοίνυν ὡς ἐνσώματα ἀδιαίρετα μέρη φανταζώμεθα τρία. Δυσσεβὴς γὰρ ὁ λογισμὸς, ἀλλότριος ἀσωμάτων τελείων. Ἀδιαίρετον δεχώμεθα συνουσίαν συνόντων ἀλλήλοις (42) ἀδιαστάτως, καὶ τριῶν γε κατὰ ἀλήθειαν ὑφεστώτων, ἓν τὸ εἶδος ἐννοῶμεν, ἀρχόμενον (43) μὲν ἐκ Πατρὸς, λάμψαι δὲ ἐν Υἱῷ, καὶ φανερούμενον διὰ Πνεύματος. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ τὸ Πνεῦμα φοροῦντες φοροῦσι Χριστόν· « Εἴ γάρ τις, » φησὶ, » Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Εἰ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν διὰ ἁμαρτίαν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὁ Ἰωάννης· « Ἐκ τούτου γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἔστιν, ἐκ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἔδωκεν ἡμῖν. » Καὶ ναὸν μὲν ἁγίου Πνεύματος τὰ σώματα ἡμῶν ὁ Παῦλος ὀνομάζει. Χριστὸν δὲ ἐν ἡμῖν εἶναι λέγει. Χριστοῦ δὲ οἰκοῦντος εἰς τὸν
D ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπον, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Θεός ἐστιν ἐν ἡμῖν κατοικῶν· « Οὐκ οἴδατε, γὰρ, φησὶν, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. » Οὕτως μοι τὸ τῆς θεότητος ἀδιαίρετον εὐσεβῶς ἐκ τῶν θείων λόγων καταμάνθανε, ἐν τρισὶν ἓν εἶδος κατανοῶν, οὐχ ἓν ἐκ τριῶν πρᾶγμα (44)

[65] III Reg. IV, 29. [66] II Cor. III, 17. [67] Rom. VIII, 9, 10. [68] I Joan. IV, 13. [69] I Cor. III, 16.

(39) In editis perperam legitur σοφῷ, cum sit legendum σοφιῶν, uti Seguer. habet.

(40) Seguerianus στρέφεται.

(41) Editi, τὴν εἰς, sed εἰς deest in omnibus mss. et in Græco Scripturæ textu.

(42) Editi, ἀλλήλους, sed Basiliensis. Goblerian. Segu., ἀλλήλοις, multo melius.

(43) Editi, ἀρχομένου. mendose. Seguer., ἀρχόμενον.

(44) Editi et quidam manuscripti habent Πνεῦμα, Seguer., πρᾶγμα, ultimum præferimus.

συντιθείς. Ἀχώριστα δὲ καὶ εἰς τὰ τῆς ἐνεργείας θεωρούμενα, ἀκούοντες τοῦ Ἀποστόλου μυσταγωγοῦντος καὶ φάσκοντος· « Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὴ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσὶ, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων (45) εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. » Καὶ καταλέξας τὰ χαρίσματα ἐπιφέρει· « Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται. » Ὅταν δὲ τὰ πάντα ἐνεργῆται (46) ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ἀχώριστον ὁρῶ ἐνέργειαν τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

A verbis religiose discito, ac in tribus unam formam intelligas, neque tamen unam ex tribus rem componas. Indivisibiles autem esse personas etiam in operatione, ex Apostolo, his verbis hæc mysteria docente, audire licet : « Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus : et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus : et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus [70].» Ac postquam gratias recensuit, subdit : « Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult [71]. » Cum autem omnia agantur a Deo per Christum in Spiritu sancto, indivisam video operationem Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

13. Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο συμπλέξας τὸ ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ, βιάζομαι τὴν Τριάδα μονάδα ποιεῖν· οὐδὲ ἄνθρωπον ἐκ τριῶν ὑπονοῶν (47) σύνθετον, πνεύματος, ψυχῆς, σώματος, οὕτω καὶ Θεὸν, καθάπερ κἀκεῖνοι τολμῶσιν, οὐδὲ ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἀσεβοῦς ὑπονοίας προΐεμαι τὸ ἀχώριστον. Οὐδὲ εἰ λέγοι (48) τις ὡς τὸν ἐνδιάθετον λόγον, ἢ τὸν ἐν φωνῇ τοῦ νοοῦντος καὶ λαλοῦντος ἀχώριστον, οὕτω τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα. Τὰ γὰρ τοῦ συνθέτου μέρη, καὶ τὰ τοῦ κινουμένου κινήματα, πρὸς τὴν ἀσύνθετον καὶ ἀναλλοίωτον φύσιν οὐδεμίαν ἔχει κοινωνίαν. Ἐπεὶ καὶ πῶς ἀποστέλλει τὸ μέρος ἢ τὸ κίνημα αὐτοῦ ὁ Πατὴρ, ἀποστέλλων τὸν Υἱόν; ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ Υἱὸς ἐκπέμπων εἰς τὸν κόσμον; Ἢ οὐκ ἀπεστάλη μὲν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός; Διαμαρτύρεται πανταχοῦ, καὶ ἀποστέλλειν (49) τὸ Πνεῦμα τὸ παράκλητον ἐπαγγέλλεται, καὶ δὴ καὶ ἀποστέλλει κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν. Ἀλλ' οἱ τὴν Τριάδα μονάδα ποιοῦντες νοθεύειν καὶ τὴν ἀποστολὴν, ὥσπερ τὴν γέννησιν, ἐπιχειροῦσιν. Εἶσω γὰρ ὄντα φασὶ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἁγιασμὸν ἀνθρώπου ἐργάζεσθαι (50), τουτέστιν, αὐτὸν τὸν ἕνα καὶ μόνον Θεὸν, οὕτως ἀπεστάλθαι τὸν ἄνθρωπον οὐ Θεὸν παρὰ Θεοῦ. Πῶς γὰρ καὶ ἀπέσταλται, φασὶν, ὁ Λόγος, μὴ διαιρούμενος, μηδὲ χωριζόμενος, οὗ Λόγος ἐστίν; Ὅτι μὲν οὖν σάρκωσις τοῦ Λόγου κεκήρυκται, τίς ἀντείποι; τοῦ εὐαγγελιστοῦ βοῶντος (51)· « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, « καὶ ὅτι κατεβέβηκεν ἐξ οὐρανοῦ κεκραγότος αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις (52); Καὶ μὴν ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησους Χριστὸς, ὁ ἀποστολος Παῦλος πρὸς Γαλάτας διισχυρίζεται. Ἀλλ' εἰ καὶ ἄνθρωπος ὁμώνυμος ἡμῖν, δεύτερος ἄνθρωπος, καὶ οὐχ οἷος ὁ πρότερος (53) γηγενὴς, καὶ ὁ μὲν ψυχὴ ζῶσα, ὁ δὲ Πνεῦμα ζωοποιοῦν.

36 13. Nec tamen ideo in unum illa verba complico, *ex quo*, et *per quem*, et *in quo*, ut Trinitatem nitar unitatem efficere: neque hominem ex tribus compositum intelligens, spiritu nempe, anima, et corpore ; sic et Deum existimo, ut illi facere audent : neque impiæ ejusmodi opinionis causa, indivisibilatem propono. Nec si quis dixerit, internum verbum, aut verbum voce pronuntiatum, a cogitante et loquente inseparabile esse, ita quoque continuo de Patris Filio et Spiritu intelligendum. Nam compositi partes, et ejus, qui movetur, motus, cum natura non composita ac immutabili nihil commune habent. Etenim quomodo Pater, partem suam, aut motum suum mittit in mundum, dum Filium mittit ? aut itidem dum Spiritum sanctum Filius emittit in mundum ? An Filius a Patre missus non est ? Hoc ille ubique testatur, ac Spiritum se missurum pollicetur, illumque juxta promissionem revera mittit. At qui Trinitatem unitatem efficiunt, missionem, ut et generationem, adulterare nituntur. Filium enim intra Patrem exsistentem, id est, ipsum unum et solum Deum sanctificationem hominis operari aiunt : atque eum qui ita missus est hominem, et non Deum de Deo fuisse. Quomodo enim, aiunt, missum fuerit Verbum, cum nec divisum, nec separatum sit ab eo cujus est Verbum ? Quod quidem Verbi incarnatio prædicata sit quis negarit, evangelista liquido clamante : « Verbum caro factum est [72] ; » cum et ipse Salvator e cœlo se descendisse non semel, sed et pluries clamando affirmavit ? Et quidem quod non solum homo sit Dominus noster Jesus Christus, apostolus Paulus ad Galatas, confirmat : sed etsi homo sit nobis cognominis, secundus homo : at non qualis ille primus terrenus, nam ille quidem est anima vivens, hic vero Spiritu vivificans.

[70] I Cor. XII, 4-6. [71] ibid. 11. [72] Joan. I, 14.

(45) Sic Basiliensis, Seguer. et Græcus Scripturæ textus. Editi, ἐνεργειῶν.. Paulo post, Seguerianus, Goblerianus et Felc. I καὶ καταλλάξας τὰ χαρίσματα.

(46) Goblerianus et Felc. I, ἐνεργεῖται.

(47) Basil., Gobler., Seguer., ὑπονοῶ. Editi, ὑπονοῶν.

(48) Seguerianus, λέγει.

(49) Editi, ἐπιστέλλειν. Seguerian., ἀποστέλλειν, melius.

(50) Seguerianus, ἐργάσασθαι

(51) Basiliensis, Seguerian., βοῶντος σαφῶς.

(52) Sic Leguerian. At Goblerian., τοῦ Σωτῆρος πολλάκις, omissis interpositis. Editi, τοῦ Σωτῆρος οὐχ ἅπαξ. Καὶ μήν.

(53) Gobl. et. Felc, I, ὁ πρότερον. Ibid. Seguer Gobler. et Felc, I ὁ γηγενής. Mox in iisdem, τε, post θεῖα, deest.

14. Hæc enim sunt divina et apostolica verba, et dogmata : quin et ipsa opera deitati testimonium perhibent, quæ cum potestate cœlesti fiunt:ut cum imperat elementis, ventos increpat, virtute sua mutila corpora restaurat, ac voluntate morbos sanat,suamque potestatem profitetur,nec eum occultat; ac per eum mors aboletur, vita et incorruptio resplendet, corrupta hominum natura denuo creatur,mundus ejus præsentia renovatur,novaque creatura apparet, per Christi resurrectionem, dum transformatur quidem corpus humilitatis in conformitatem corporis claritatis suæ [73] : ac universa creatura a servitute corruptionis liberatur,in libertatem gloriæ filiorum Dei [74]. Porro incarnatum Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum, non esse Patrem,neque,ut illi aiunt,solum Deum, omnes divinæ Scripturæ testantur,quæillum qui advenit,Filium Dei prædicant,et de Patre semper edisserentem ostendunt,ac dicentem,se a Patre exiisse,et ad Patrem redire.Nihilque opus est in afferendis testimoniis immorari, cum omnia, ut ita dicam,Evangelia, et apostolorum scripturæ ad hoc ipsum contendant.

15.Alias quoque illi nobis gentilium controversias excitant,Judæorum blasphemias assumunt,mysteriumque missionis et incarnationis Verbi irridٍent. Si enim mittitur et descendit,aiunt,non erit cum mittente,neque ei qui sursum manet cohærebit.Discant illud sursum, et in altum, non corporaliter duntaxat audiendum,sed potius novi quidpiam intelligendum esse.Nam illud:«Excelsus super omnes gentes Dominus [75];»37 et:«Exaltabo te,Domine [76];» et,«Laudabilis et superexaltatus in sæcula [77]; » non in loco quodam,et in sublimi Dominum esse declarat: nec ab hominibus,vel ab aliis qui eum laudibus extollunt Deum exaltari designat; sed magnificentiam invisibilis deitatis,altitudinem vocat.Et qui dicit « Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum [78] : » non pro habitationis loco, cœlum Deo, hominibus terram assignat; sed excellentiam Dei ejusque magnificentiam ostendit. Cum igitur majestas,et magnificentia,cœlestis appelletur, contra vero humilitas ejus terrena modo,ac super terram esse dicatur: illic Verbi descensus reperitur, nempe transitus ille quo ex incorporea magnificentia ad corpoream vilitatem sese tradidit,cum is,propter suum erga humanum genus amorem, et propter salutarem erga universum providentiam, ad corpoream formam subeundam sese dederit. Ac secundum hoc missus intelligetur : quod ineffabili incorporei Patris consilio seipsum corpori tradide-

14. Ταῦτα γὰρ θεῖά τε καὶ ἀποστολικὰ ῥήματά τε καὶ δόγματα, καὶ τὰ ἔργα τῇ θεότητι μαρτυρεῖ μετ' ἐξουσίας οὐρανίου πραττόμενα, ὅτε κελεύει μὲν στοιχείοις, ἐπιτιμᾷ δὲ πνεύμασι, δυνάμει δὲ πηρώσεις ἀποκαθίστησι, καὶ θελήματι νόσους ἰᾶται, καὶ λέγει τὴν ἐξουσίαν, καὶ οὐκ ἀποκρύπτεται, καὶ καταργεῖται δι' αὐτοῦ θάνατος, φωτίζεται δὲ ζωὴ καὶ ἀφθαρσία, καὶ δημιουργεῖται δεύτερον ἡ φθαρεῖσα τῶν ἀνθρώπων φύσις, καὶ κόσμος ἀνακαινοῦται διὰ τῆς παρουσίας, αὐτοῦ, καὶ κτίσις ἀναφαίνεται καινὴ διὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ, μεταμορφουμένου μὲν τοῦ σώματος τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς συμμορφίαν τοῦ σώματος τῆς δόξης αὐτοῦ· τῆς δὲ κτίσεως ὅλης ἐλευθερουμένης ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Ὅτι δὲ ὁ σαρκωθεὶς Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Πατὴρ οὐκ ἔστιν, οὐδ' ὡς ἐκεῖνοι φαῖεν (54), ὁ μόνος Θεὸς, ἅπασαι μαρτυροῦσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ, Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν παραγεγονότα κηρύττουσαι, καὶ περὶ Πατρὸς ἀεὶ διαλεγόμενον ἐπιδεικνύουσαι, παρὰ Πατρὸς ἐληλυθέναι φάσκοντα (55), καὶ πρὸς Πατέρα ἀπιέναι. Καὶ οὐδὲν δεῖ μηκύνειν παρατιθέμενον μαρτυρίας· πάντα γὰρ, ὡς εἰπεῖν, τὰ Εὐαγγέλια, καὶ αἱ τῶν ἀποστόλων γραφαὶ εἰς τοῦτο συντείνουσιν.

15. Ἄλλας τε Ἑλληνικὰς ἡμῖν ἀντιλογίας κινοῦσι, καὶ τὰς ἐξ Ἰουδαίων βλασφημίας ἐπιφέρουσι, χλευάζοντες τὸ μυστήριον τῆς ἀποστολῆς τοῦ Δόγου καὶ σαρκώσεως. Εἰ γὰρ ἀποστέλλεται, καὶ καταβαίνει, φασὶν, οὐκ ἔσται μετὰ (56) τοῦ ἀποστέλλοντος, οὐδὲ τῷ ἄνω μένοντι σύνεστι. Μαθέτωσαν δὴ τὸ ἄνω καὶ τὸ ἐν ὕψει μὴ σωματικῶς ἀκούειν μόνον, ἀλλὰ δή τι καινότερον ἐνθυμείσθωσαν. Τὸ γὰρ,« Ὑψηλὸς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη ὁ Κύριος, » καὶ τὸ, « Ὑψώσω σε, Κύριε, » καὶ τὸ, « Αἰνετὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰ τοὺς αἰῶνας, » οὐκ ἐν τόπῳ τινὶ καὶ μετεώρῳ τὸν Κύριον ὄντα παρίστησιν, οὐδ' ὑπὸ ἀνθρώπων μετεωριζόμενον ὑπογράφει τὸν Θεὸν, οὐδ' ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν ὑμνούντων αὐτὸν, ἀλλὰ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς ἀοράτου θεότητος ὕψος καλεῖ. Καὶ ὁ λέγων· « Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ, τὴν δὲ γὴν ἔδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, » οὐ τόπον οἰκήσεως ἀποκληροῖ τῷ Κυρίῳ (57) τὸν οὐρανὸν, ἀνθρώποις δὲ τὴν γῆν· ἀλλὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ Θεοῦ καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐπιδείκνυσιν. Ὅταν οὖν τὸ μὲν σεμνὸν καὶ μεγαλοπρεπὲς ἐπουράνιον εἶναι λέγηται, τούτῳ δὲ ἀντικειμένως τὸ ταπεινὸν γηΐνως τε καὶ ἐπὶ γῆς εἶναι λέγηται (58), κατάβασις εὑρίσκεται τοῦ Δόγου ἡ ἐκ τῆς ἀσωμάτου μεγαλοπρεπείας εἰς τὸ τοῦ σώματος εὐτελὲς ἐπίδοσις, ἐπιδεδωκότος ἑαυτὸν εἰς σωμστικὴν μόρφωσιν διὰ φιλανθρωπίαν καὶ τὴν τοῦ παντὸς σωτήριον πρόνοιαν. Ἀπεσταλμένος τε κατὰ τοῦτο νοηθήσεται, ὅτι ἀῤῥήτῳ βουλήσει τοῦ ἀσωμάτου Πατρὸς σώματι δίδω-

[73] Philipp. III, 21. [74] Rom. VIII, 21. * [75] Psal. CXII, 4. [76] Psal. XXIX, 1. [77] Dan. III, 52. [78] Psal. CXIII, 16.

(54) Seguerianus, ὡς ἂν ἐκεῖνοι.
(55) Goblerianus, φάσκοντες. Paulo post in edit. Paris. sola mendose, ὡς εἶπον.
(56) Μετὰ deest in editis, sed habetur in Seguerіano, et lectum est a Nannio.
(57) Seguer., Θεῷ.
(58) Seguerianus, λέγηται. Editi, λέγεται.

κεν ἑαυτόν. Μὴ τοίνυν αἱ σωματικαὶ φωναὶ, τουτέστιν ἡ κατάβασις τε καὶ ἀποστολὴ πρὸς ἄρνησιν τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ προσαγέσθωσαν (59), ὅτι μὴ καταβαίνει τοπικῶς μηδὲ ἀποστέλλεται Θεός· ἀλλ' ἀκουέτωσαν τοῦ Ἀποστόλου φράζοντος τὸ πρᾶγμα, καὶ ἅμα τῶν τοιούτων ὁμοιώσεων, ὅτε φησίν. « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. » Τοῦτο ἦν τὸ καταβῆναι, τοῦτο τὸ ἀποσταλῆναι εἰς ἔνδυμα ταπεινότερον τῆς ἀξίας αὐτοῦ, ὑπόβασις ἡ τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς ἐπαμφίεσις, κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Πατρὸς ἐπιτελουμένη. Εἰ δὲ τόπῳ καὶ σώματι ὁ Λόγος μὴ περιγράφεται, οὐκ ἀποσπασθήσεται τοῦ ἀσωμάτου Πατρὸς διὰ τὴν πρὸς σῶμα ἀνάκρασιν· δέδεκται γὰρ αὐτὸν τὸ σῶμα βουληθέντα, ὡς πεφύκει ἡ σαρκίνη φύσις Θεὸν ὑποδέξασθαι. Μένει δὲ οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, ἥ καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως. Ὥστε ἡ ἐξ οὐρανοῦ κατάβασις (60) οὐκ ἦν μετάβασις ἐξ οὐρανοῦ, οὐδὲ ἡ ἀποστολὴ χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ πέμποντος Πατρός.

A rit. Ne gitur voces quæ de corpore feruntur, nempe descensus et missio, ad negandam ejus incarnationem proferantur, quia Deus locali modo nec descendit, nec mittitur; sed audiant Apostolum illud explicantem una cum hujusmodi similitudinibus, cum ait: « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus [79]. » Hoc erat descendere, hoc mitti, ut indumentum dignitate sua humilius assumeret. Illud est descendere, humanam formam juxta Patris voluntatem induere. Quod si loco et corpore Verbum non circumscribitur, non avelletur ab incorporeo Patre, propter suam cum corpore contemperationem: nam corpus volentem ipsum excepit, quatenus idonea est carnalis natura B Deum suscipere. Manet nihilominus in sua ipsius natura, quam ante incarnationem habuit. Ita ut descensus ex cœlo, non fuerit transmigratio ex cœlo: neque missio, a Patre mittente separatio.

[79] Philipp. II, 6, 7.

(59) Seguerianus, προαγέσθωσαν.

(60) Κατάβασις, deest in Gobler.. Felc. I, Seguer.

IN ORATIONEM SEQUENTEM MONITUM.

Jam pridem eruditorum fuit opinio, hunc librum nequaquam videri Athanasianum, licet antiqui cujusdam et eruditi viri opus esse palam sit. Ea de re libet Petavium audire Theologicorum dogmatum de Trinitate libro IV, *p.* 315. Neque vero Athanasii videtur esse: quod ex stylo conjicimus, qui et diffusior est, et minus simplicitatis, affectationisque plus habet, quam qui Athanasii germanus est cujus nativam elegantiam, ac sponte fluentem, nulla potest imitatio consequi. Tum ex eo quod Marcellum Ancyranum statim cum Paulo Samosateno, tanquam certum et confessum hæreticum conjungit; cum tamen de Marcelle non tam sinistre judicarit Athanasius. *His a Petavio sagaciter et erudite observatis, addimus, cum adversus hæreticos his agatur, qui duas in Christo personas esse tuerentur, ea item de causa videri hoc opusculum Athanasio abjudicandum, qui in nullo operum suorum hujus hæreseos meminit. Neque putatur Athanasii ætate de duabus in Christo personis agitata quæstio. Attamen in antiquioribus exstat codicibus, videturque sæculo quinto editum, quo vigebat Nestoriana hæresis.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΟΤΙ ΕΙΣ Ο ΧΡΙΣΤΟΣ (61).

—

S. P. N. ATHANASII

QUOD UNUS SIT CHRISTUS.

—

1. Ἔδει μὲν τοὺς ἅπαξ ἀποπηδήσαντας τῆς Ἑλληνικῆς ὠλάνης, καὶ ἐπιγνόντας τὸν Ἕνα καὶ μόνον ἀληθῶς τῶν ἁπάντων Θεὸν, μηκέτι προσεῖναι τῇ κτίσει,

38. — 1. Decebat eos qui semel a gentilium errore resilierant, ac unum vereque solum universorum Deum agnoverant, non amplius creaturæ adjici.

(61) Post ὁ Χριστός, Parisiens. edit. addunt Λόγος, id est, *liber*, quæ vox deest in ms. Catena in Lucam, Ἔδει δὲ τους ἅπαξ, quasi præmissum quidpiam fuerit, sed male.

nec creaturam pro Deo habere et colere, relicto Creatore, « qui est benedictus in sæcula. Amen [80]. » Itidem ii qui a Judaica incredulitate recesserant, quique Judæos, ut amentes et ingratos damnarant, et in Dominum nostrum Jesum Christum credideRant, ac intellexerant, ejus divinitatem testimoniis undique comprobari, et ex potestate, signis, et divinis operibus, necnon ex auctoritate Dominica Deum dignosci; non debuere per externam speciem eo dilabi, ut communem et nudum hominem eum existimasent; aut secundum visibilem formam, ejus invisibilem naturam definirent; aut propter corpus, et corporeas passiones, nudum hominem, ac ut unum ex nobis passibilem illum esse putarent. Hæc enim fuere Judæorum mala: hæc illorum evertere fidem, ac Christi hostes ipsos esse comprobarunt: hæc ipsa jam nonnulli æmulantur, qui gentili et Judaico morbo laborant, nec admittunt, nec ullatenus credunt incarnatum fuisse Deum; sed humanis ratiociniis disputationibusque, ac Græcæ philosophiæ ope magna et incomprehensibilia agnoscere, imo comprehendere volunt: quomodo nempe gignitur incorporeum: qua ratione procedit, et ubinam est qui ubique est, omnia continet, et omnia implet. Atque per illud, quomodo, et qua ratione, in infidelitatem abiere et generationis loco, facturam commenti sunt, ac vice processionis, creationem et transitum constituerunt.

2. Ita rursum de incarnatione quærunt: quomodo incarnatus Deus, qua ratione corpus assumit, quo pacto cum parvo corpore coalescit qui contineri nequit: quomodo increatum creato jungitur, et incircumscriptum circumscripto: qui magnus ille, immensus, indivisus, pro parte quadam habeatur. Aut enim magnum in parvo contractum est loco, aut parvum prægrande factum est, partemve divinitatis, et non totum recepit, quod impium est proferre. Et ex illo, quomodo, qua ratione, quali consequentis, in infidelitatem hi quoque abiere, ac inhabitationem pro incarnatione constituere: pro unione et compositione, humanam agendi virtutem; ac pro una hypostasi Domini nostri Jesu Christi, duas hypostases et personas; et pro Trinitate quaternitatem indecore et impie sentiunt; indecore quidem, quia Deo hominem conjungunt, servum Domino annumerant, creatam personam cum increatis personis collocant; impie vero, quia unam hypostasin duas faciunt, quartam hypostasin peregrinam omnino et alienigenam, et omnium rationalium creaturarum ultimam, extremam et minimam, in Trinitatem inducunt. Quod si denuo accurate animadvertas,

A μηδὲ θεοποιεῖν καὶ λατρεύειν τῇ κτίσει, παρὰ τὸν κτίσαντα, « ὃς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς οὺς αἰῶνας, ἀμήν (62). » Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς Ἰουδαϊκῆς ἀναχωρήσαντας ἀπιστίας, καὶ καταγνόντας ἐκείνων ὡς ἀφρόνων καὶ ἀχαρίστων, καὶ πιστεύσαντας εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ συνιέντας (63) αὐτὸν Θεὸν μαρτυρούμενον πάντοθεν, καὶ ἐπιγινωσκόμενον ἐκ τῆς ἐξουσίας, καὶ ἐκ τῶν σημείων, καὶ θείκῶν ἔργων, καὶ τῆς Κυριακῆς ἐπιστασίας (64), μηκέτι καταπίπτειν εἰς κοινὸν καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς ἔξωθεν ὄψεως· μηδὲ κατὰ τὸ ὁρώμενον σχῆμα, καὶ τὴν ἀόρατον αὐτοῦ φύσιν ὁρίζειν· μηδὲ διὰ τὸ σῶμα, καὶ τὰ σωματικὰ πάθη, ψιλὸν αὐτὸν ἄνθρωπον εἶναι νομίζειν, καὶ ὡς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς παθητόν. Ταῦτα γὰρ ἦν τὰ Ἰουδαίων κακά. Ταῦτα τὴν πίστιν
B ἐκείνων ἀφείλετο, καὶ θεομάχους ἀπέδειξε· ταῦτα καὶ νῦν (65) ζηλοῦσί τινες Ἑλληνικὴν καὶ Ἰουδαϊκὴν νόσον νοσοῦντες, καὶ μὴ παραδεχόμενοι, μηδὲ πιστεύοντες ὅλως σωματοῦσθαι Θεὸν, ἀλλὰ λογισμπῖς ἀνθρωπίνοις, καὶ φιλονεικίᾳ (66), καὶ φιλοσοφίᾳ Ἑλληνικῇ γνῶναι, καὶ καταλαβεῖν μᾶλλον βουλόμενοι τὰ μεγάλα καὶ ἀκατάληπτα, πῶς γεννᾶται τὸ ἀσώματον· πῶς δὲ καὶ αρόεισι, καὶ ποῦ ὁ (67) πανταχοῦ ὢν, καὶ πάντα περιέχων, καὶ τὰ πάντα πληρῶν. Καὶ ἐκ τοῦ πῶς, καὶ ὅπῶς, εἰς ἀπιστίαν ἐχώρησαν, καὶ ἀντὶ γεννήσεως ἐπλάσαντο ποίησιν, καὶ ἀντὶ προόδου κτίσιν καὶ πάροδον καυεσκεύασαν.

2. Οὕτω πάλιν καὶ ἐπὶ τῆς σαρκώσεως (68)· πῶς σαρκοῦται Θεὸς, πῶς σωματοῦται, πῶς συντίθεται
C πρὸς σῶμα βραχὺ ὁ ἀχώρητος· πῶς δὲ ἑνοῦται τὸ ἄκτιστον τῷ κτιστῷ, καὶ τῷ περιγραφομένῳ τὸ ἀπερίγραπτον· πῶς ἐν μέρει (69) ὁ μέγας ἐκεῖνος καὶ ἀμέτρητος, καὶ ἀμέριστος. Ἢ γὰρ τὸ μέγα εἰς μικρὸν συνεστάλη χωρίον, ἢ τὸ μικρὸν γέγονε μέγα, ἢ μέρος τῆς θεότητος, καὶ οὐ τὸ πᾶν ὑπεδέξατο, ὅπερ ἐστὶν ἀσεβές. Καὶ ἐχώρησαν ἐκ τοῦ πῶς, καὶ ποίῳ τρόπῳ, καὶ ποίᾳ ἀκολουθίᾳ, εἰς ἀπιστίαν καὶ οὗτοι· καὶ ἐνοίκησιν ἀντὶ σαρκώσεως κατεσκεύασαν· καὶ ἀντὶ ἑνώσεως καὶ συνθέσεως ἐνέργειαν ἀνθρωπίνην,
D καὶ ἀντὶ μιᾶς ὑποστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύο ὑποστάσεις καὶ πρόσωπα· καὶ ἀντὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τετράδα ἀπρεπῶς καὶ παρανόμως φρονήσαντες· ἀπρεπῶς μὲν, ὅτι Θεῷ συνάπτουσιν ἄνθρωπον, καὶ δοῦλον συναριθμοῦσι Δεσπότῃ, καὶ κτιστὸν πρόσωπον ἀκτίστοις προσώποις συντάττουσι· παρανόμως δὲ, ὅτι τὴν μίον ὑπόστασιν δύο ποιοῦσιν, ἐπεισάγοντες τῇ Τριάδι τετάρτην ὑπόστασιν. ξένην παντάπασι καὶ ἀλλόφυλον, καὶ πάντων τῶν λογικῶν κτισμάτων τὸ τελευταῖον, καὶ ἔσχατον, καὶ μικρόν. Ἐὰν δὲ ἀκριβῶς πάλιν ἐννοήσῃς, καὶ τῷ πράγματι

[80] Rom. I, 25.

(62) In Catena in Lucam, ubi quædam ex hac oratione descripta sunt, hæc desunt, ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

(63) Seguerianus, συνέντας.

(64) Καὶ τῆς κυριακῆς ἐπιστασίας, hæc desunt in Catena.

(65) Τὰ Ἰουδαίων κακά· ταῦτα καὶ νῦν ζηλ. Sic Catena omissis mediis.

(66) Καὶ φιλονεικίᾳ deest in Basiliensi et Seguer. et in Catena. Ibidem Basil., σοφίᾳ, pro φιλοσοφίᾳ.

(67) Seguerianus, πανταχῆ.

(68) Sic Seguerianus, et ita legit Nannius. Reliqui cum editi, tum manuscripti, σαρκός.

(69) Seguer., ἀπερίγραφον; πῶς καὶ ἐν μέρει.

προσέχειν θελήσῃς, εὑρήσεις αὐτοὺς ἔξω τῆς ἁγίας Τριάδος βάλλοντας τὸν Κύριον (70) ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς δοῦλον, ὡς ἄνθρωπον ἀπροσκύνητον, τὸν προσκυνητόν· προσκυνοῦντα δὲ μᾶλλον, καὶ σέβοντα μετὰ πάντων, καὶ ὑποτασσόμενον τῇ ἁγίᾳ Τριάδι, ὡς Μάρκελλος καὶ ὁ Σαμοσατεὺς Παῦλος παρεξηγοῦνται, τὸ θεῖκὸν καὶ ἀποστολικὸν γράμμα εἰς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἕλκοντες ἔννοιαν· « Ὅταν » γὰρ, φησὶ, « ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς, » τουτέστιν ὁ ἀναληφθεὶς ἄνθρωπος. « Ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα (71), ἵν' ᾖ ὁ Θεὸς, » φησὶν, ὡς καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως, « ἐν πᾶσιν, « ἀσώματος ὤν, καὶ σῶμα μὴ ἔχων· καὶ ὁ ἀναληφθεὶς ἄνθρωπος, μετὰ πάντων καὶ τοῖς πᾶσι συναριθμούμενος προσιὼν, ὑποτασσόμενος καὶ λατρεύων Θεῷ. Σκοπήσατε, εἰς ὅσην κατέπεσον ἀφροσύνην οἱ δοκησίσοφοι, εἰς ὅσην μανίαν καὶ ἀπιστίαν, καὶ ἐπινοεῖν τὰ μὴ ὄντα, καὶ πλάττεσθαι, καὶ μυθολογεῖν.

A et hunc negotio animum adhibere volueris, deprehendes ipsos extra sanctam Trinitatem Dominum nostrum **39** Jesum Christum exturbare, ut servum, ut hominem, quem adorare nefas sit, cum sit tamen adorandus : ac ipsum potius adorantem, et cum cæteris omnibus colentem, necnon subditum sanctæ Trinitati esse putant ; ut Marcellus, et Paulus Samosatensis, divinam et apostolicam Scripturam ad suam sententiam detorquentes, perperam explicant : nam, « cum subjecta fuerint illi omnia, » inquit, « tunc et ipse Filius, » id est homo assumptus, « subjectus erit ei, qui subjecit ei omnia, ut sit Deus,[81] » inquit, ut ante incarnationem, « in omnibus, » cum sit ipse incorporeus, et corpus non habeat; homo autem assumptus cæteris omnibus anumeratus, subditus sit Deo, ipsumque colat. Perpendite, quæso, in quantam amentiam delapsi sunt isti, qui sibi ipsis sapientes videntur, in quantum vesaniam

B

et infidelitatem abiere, ut excogitent et comminiscantur quæ nunquam fuere, merasque fabulas enarrent.

Ποῦ κεκώλυται τρέφεσθαι τὸν πεινῶντα ; Ποῦ γέγραπται μὴ ἐμπλησθῆναι γαστέρα κενήν ; Οἱ δὲ τὸ τρέφεσθαι ὀνειδίζοντες ἐν Σαββάτῳ, αὐτοὶ φόνοις ἐν Σαββέτῳ κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου εἰργάζοντο· λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ περὶ τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ὁ Θεὸς ἔπαθεν· « Ἦν δὲ ἡμέρα ἐκείνη μεγάλη τοῦ Σαββάτου. » Καὶ τὸν μὲν νομοθέτην ἀναιροῦσιν ἐν Σαββάτῳ, τρέφεσθαι δὲ μαθητὰς ἐν Σαββάτῳ οὐ βούλονται. Διὰ τοῦτο ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς ἄρτίως ἀναγνωσθεῖσιν, ἠρώτα αὐτούς· Τί ἔξεστιν ποιῆσαι ἐν τῷ Σαββάτῳ ; ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι ; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀπολέσαι ; τὸ τρέφεσθαι ὀνειδίζετε, τὸ δὲ φονεῦσαι κατεργάζεσθε ; Ἀεὶ γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὸν κώνωπα διυλίζουσι, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνουσιν· ἀεὶ ἀκριβεῖς εἰσι περὶ τὸ ἀποδεκατῶσαι τὸ πήγανον καὶ τὸ λάχανον· τὰ δὲ βαρύτερα τοῦ νόμου οὐ τηροῦσι. Καὶ διαπορενομένων τῶν μαθητῶν, ἠγανάκτουν, ὅτι στάχυας ἔψωχον ταῖς χερσὶ, καὶ ἤσθιον. Οὐ σιδήρῳ ἀπέτεμνον, ἰπεὶ κατηγόρουν ὡς ἔργου· οὐδὲ ἄλλοις ἐργαλείοις ἐχρήσαντο, ἵνα μὴ κατηγορήσωσιν, ὡς μὴ τρεφομένων, ἀλλ' ἐργαζομένων . Νυνὶ δὲ τί μέμφεσθε τῷ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δοθέντι εἰς σωτηρίαν ; Εἰ γὰρ ὁ σὺ τοῦτο ὀνειδίζεις, ὅπερ ὁ Θεὸς οὐκ ἀπηγόρευσεν ;

2. Διεπορεύετο τοίνυν ὁ Σωτὴρ διὰ τῶν σπορίμων· ὁ κόκκος τοῦ σίτου, διὰ τῶν σπορίμων, ὁ νοητὸς κόκκος τοῦ σίτου, ὁ πεσὼν εἰς ἕνα τόπον, καὶ ἀναστὰς πολύχους εἰς τὴν οἰκουμένην· αὐτὸς γὰρ περὶ ἑαυτοῦ ἔλιγεν, ὅτι « Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου, πεσὼν εἰς τὴν γῆν, ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. » Εἴπωμεν αὐτὸ καὶ ἄλλως· Διεπορεύετο τοίνυν ὁ Ἰησοῦς διὰ τῶν σπορίμων· αὐτὸς γὰρ ἐνίοτε μὲν κόκκος τοῦ σίτου καλεῖται διὰ τὸ θρεπτικόν· ἄλλοτε δὲ σπορεύς ἐστι, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· « Ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι. » Σπείρει μὲν οὖν ὁ Ἰησοῦς δαψιλῶς· ἡ δὲ καρποφορία γίνεται πρὸς τὸ ὑποκείμενον· ὅπου μὲν γὰρ πετρώδης ἡ γῆ, εὐμαρῶς (27) ξηραίνεται τὸ σπέρμα οὐκ ἀδυναμίᾳ τοῦ σπόρου, ἀλλὰ τῇ καχεξίᾳ τῆς γῆς· ὁ μὲν γὰρ σπόρος ἐνεργής· ἄγονος δὲ ἡ γῆ βάθος μὴ κεκτημένη. Οὐκ ἀντεχούσης δὲ τῆς γῆς πρὸς ὑγρασίαν (28), πλεῖον αἱ ἡλιακαὶ ἀκτῖνες προσβάλλουσαι, ἀναξηραίνουσι τὸν σπόρον. Καὶ γίνεται τὸ αἴτιον οὐ παρὰ τὸ ἄτονον τοῦ σπόρου, ἀλλὰ τὸ σαθρὸν τῆς γῆς . Πάλιν ὁ σπόρος σπείρεται εἰς ἀκανθώδη γῆν· καὶ ὁ μὲν σπόρος ἐνεργής· πνίγεται δὲ ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν, καὶ ἡ ἔνδον ἀποκειμένη ἐνέργεια οὐ συγχωρεῖται καρποφορῆσαι διὰ τὴν ἔξωθεν ὄχλησιν. Ἐὰν δὲ ἀπολαύσῃ τῆς ἀγαθῆς ποιεῖ πάλιν οὐχ ὅμοιον τὸν καρπὸν, ἀλλ' ἐν τριάκοντα, καὶ ἑξήκοντα, καὶ ἑκατόν. Μονοειδὴς μὲν ἡ σπόρος, διάφορος δὲ ὁ καρπός· διάφοροι δὲ αἱ γνῶμαι τῶν διδασκομένων.

3. Ἐξῆλθε τοίνυν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· καὶ τὰ μὲν δι' ἑαυτοῦ παρὼν, τὰ δὲ διὰ τῶν μαθητῶν ἐνήργησε. Καὶ ἔχεις ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων γε-

A ipso Sabbato in Dominum perpetrarunt (26*) : ait enim Scriptura in Evangelio de die qua passus Deus est : « Erat autem dies illa magna Sabbati [14]. » Legislatorem ipsum Sabbato de medio tollunt, discipulosque in Sabbato alimenta sumere nolunt. Quare in jamjam lectis, quærit ab illis Salvator : Quidnam in Sabbato facere licet, benene an male? animam servare an perdere? alimenta sumere crimini datis, et cædes perpetratis? Semper enim Judæi culicem percolant, et camelum deglutiunt : semper accurate decimant rutam et olus, et quæ sunt in lege graviora non observant. Et pertranseuntibus discipulis indignabantur, quod spicas manibus vellerent et comederent. Non ferro secabant, quod illi sane ut opus criminati fuissent : B neque aliis utebantur instrumentis, ne culparent Judæi, non quod alimenta sumerent, sed quod operarentur. Nunc autem quid culpatis quod a Deo in salutem datum est? Si enim Deus vesci non prohibuit in Sabbato, quid illud tu vituperas, quod non vetuit Deus?

Θεὸς οὐ τὸ τρέφεσθαι ἀπηγόρευσεν ἐν Σαββάτῳ, τί

2. Transibat itaque Salvator per sata : granum frumenti, per segetes : spirituale illud granum frumenti, quod cecidit in unum locum, fecundusque resurrexit in orbem terrarum : de se quippe ipse dicit : « Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; sin autem mortuum fuerit, multum fructum affert [15]. » Rem alio tractemus modo. Transibat igitur Jesus per sata : ipse quippe aliquando granum frumenti, ob C vim nutritivam : interdum seminator est, prout in Evangeliis dicitur : « Ecce egressus est qui seminat ad seminandum [16]. » Spargit quidem Jesus largiter sementem, fructus autem copia fit pro ratione soli : nam ubi petrosa terra, facile exarescit semen; non quidem impotentia seminis, sed vitio terræ : cum semen vividum sit, terra autem sterilis, quia profunditatem non habet. Cum autem terra non retinet humorem, solares radii gravius illapsi exsiccant sementem. Quod quidem contingit non imbecillitate seminis, sed vitio soli. Rursum spargitur semen in spinosam terram : et semen quidem vividum est; sed a spinis suffocatur, nec permittitur vis illa interior fructificare, ob exteriorem illam molestiam. Quod si semen D bonam nanciscatur terram, non parem reddit fructum, sed trigesimum, vel sexagesimum, vel centesimum. Ejusdem namque generis semen est, diversus autem fructus, diversæque eorum sententiæ qui erudiuntur.

3. Exiit igitur qui seminat seminare, et partim præsens per sese, partim per discipulos suos operatus est. Et habetur scriptum in Actibus apostolo-

[14] Joan. XIX, 31. [15] Joan. XII, 24, 25. [16] Matth. XIII, 3.

(26*) Nullibi dicitur diem qua crucifixus Dominus est, fuisse Sabbatum, sed præcedentem diem.

(27) Anglic. prima manu, εὐμερῶς.

(28) Πρός, ante ὑγρασίαν, additum est secunda manu in Angl.

rum, post lapidatum Stephanum, sic, inquam, habet Scriptura :« Illi itaque dispersi [17] » non imbecillitate 47 dissipati : nequaquam enim fide sejuncti sunt, sed dispersi. Seminantis quippe vi frumentum effecti, ad panem cœlestem, per vivificam omnem doctrinam transeuntes, operationes suas ubique disseminarunt. Cogitationum itaque sator Jesus unigenitus Filius Dei, transibat per sata, qui non seminum tantum est sator, sed etiam rerum sensu præditarum. Huic enim ab initio Pater dixit : « Producat terra herbam feni, seminans semen secundum genus et similitudinem [18]. » Pater dixit, Filius perfecit : ille jussit, hic jussa complevit : atque ita ex Patre per Filium, perfectum fuit opus, unaque mundi creatio per Patrem et Filium absoluta est. Qui ergo cogitationes seminat, et qui res sensu præditas nutu paterno effecit, hic ipse per sata transibat. Ingentia certe in seminibus miracula. Videamusque in temporibus sementis, quæ ad seminium pertinent : et de terræ germinibus hiberno tempore disseramus : non quo physice de ejusmodi re disputemus, sed quo mirabilium factorem adoremus. Homines certe id agentes quod suæ facultatis est, junctis ad aratrum bobus terram sulcant, emolliuntque ejus superficiem, ut ne pluviæ præterfluant, sed profundius penetrantes copiosum fructum germinent : semina vero in mollem terram projecta, duplici commodo gaudeant, primo profunditatis et mollitiei : secundo, latebrarum, ne ab avibus absumantur. Et homo quidem quod suæ facultatis est agit ; sed nequaquam ab homine est fructificatio. Hominis quippe est seminare ; Dei autem incrementum dare. Atque Dei imperio nubes ex profundo marium aquas hauriunt, salsedineque in dulcedinem versa, effundunt quidem in superficiem terræ : tum unius prorsus generis decidens pluvia, varia producit seminum genera frumentum enim efficit, fabam, milium, zeam. Unumque est quod decidit ; multa quæ germinant : atque illa uniformitas pluviarum in multiplicem fructificationem abit ; ut ostendatur, non dexteritate seminantis, sed Dei operatione fructum prodire. Ac principio quidem sementis herba quædem velut assurgit, et plerumque contingit frumentum una cum zizaniis seminari : neque licet per foliorum similitudinem internoscere, quid frumentum, quid zizania sit. Cum autem in culmum semen assurgit, exaltaturque, ex spica deprehenditur, fructusque indicat quid sit frumentum, quid zizania.

4. Intellexisti quod dictum est, jam mihi ad magis spiritualia progredere. Seminavit Jesus per apostolos verbum regni cœlorum per universam terram. Auris vero quæ prædicationem excepit, apud sese illam retinet : et catenus certe germinationem foliorum edit, quod in Ecclesia se diligentem præbet. Convenimusque in eumdem locum tam frumenti largitores, quam zizania ; tam fidelis quam

γραμμένον , ὅτι μετὰ τὸ λιθοβοληθῆναι τὸν Στέφανον οὕτως λέγει ἡ Γραφή· « Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες, » οὐ δι' ἀσθενείας σκορπισθέντες· οὐ γὰρ διῃρέθησαν τῇ πίστει· ἀλλὰ διασπαρέντες. Τῇ γὰρ ἐνεργείᾳ τοῦ σπειραντος σιτοποιηθέντες εἰς ἄρτον ἐπουράνιον, κατὰ πᾶσαν διεληλυθότες ζωοφορίας διδασκαλίαν, κατασπείραντες ἐνεργήματα. Ὁ τοίνυν τὰ νοήματα σπείρων Ἰησοῦς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, διήρχετο διὰ τῶν σπορίμων, οὐ μόνον δὲ τῶν σπόρων κατασπορεὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν αἰσθητῶν. Πρὸς γὰρ τοῦτον ἔλεγεν ἐξ ἀρχῆς ὁ Πατήρ· « Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Πατὴρ ἔλεγεν, Υἱὸς ἐπετέλει· ὁ μὲν ἐπέταττεν, ὁ δὲ εἰς πέρας ἤγαγε τὰ προσταττόμενα · καὶ οὕτως ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἓν ἦν τελεσιούργημα , μιᾶς κοσμοποιίας διὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τελεσιουργουμένης. Ὁ τοίνυν τὰ νοήματα κατασπείρων , καὶ τὰ αἰσθητὰ νεύματι Πατρὸς ἐργασάμενος, οὗτος διέβαινε διὰ τῶν σπορίμων. Πολλὴ δέ τίς ἐστιν ἡ τῶν σπόρων θαυματουργία. Καὶ ἴδωμεν ἐν καιροῖς σπόρων τὰ περὶ σπόρων· ἐν χειμερίοις ὥραις τὰ περὶ τῆς βλάστης τῆς γῆς διαλεγόμενοι, οὐχ ἵνα φυσιολογήσωμεν τὰ ὁρώμενα, ἀλλ' ἵνα προσκυνήσωμεν τὸν θαυματοποιόν. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ τὰ ἐφ' ἑαυτοῖς ἐργαζόμενοι , ζεύξαντες βοῦς ἀροτῆρας , ἀνατέμνουσι τὴν γῆν καὶ ἀπαλύνουσι τὸ πρόσωπον αὐτῆς, ἵν' ὑετοὶ μὲν μὴ παραδράμωσι, ἀλλ' ἐμβαθυνόμενοι καρποφορίαν ἀποδόσωσιν· οἱ δὲ σπόροι ἐν ἁπλότητι τῆς γῆς ῥιφέντες, διττὴν ἔχωσι τὴν ἀπόλαυσιν· μίαν μὲν τοῦ βάθους καὶ τῆς ἁπαλώσεως, δευτέραν δὲ τοῦ κρύπτεσθαι, καὶ μὴ ὑπὸ ὀρνέων ἀναλίσκεσθαι. Ἀλλ' ὁ μὲν ἄνθρωπος ποιεῖ τὸ ἑαυτοῦ· οὐ μὴν ἡ καρποφορία ὑπὸ ἀνθρώπου (29). Ἀνθρώπου μὲν γὰρ τὸ σπεῖραι· Θεοῦ δὲ τὸ αὐξῆσαι. Καὶ προστάγματι Θεοῦ νεφέλαι ἐκ θαλαττίων βυθῶν τὰ ὕδατα ἀνασπάσασαι, καὶ ἐξ ἁλμυρότητος εἰς γλυκύτητα μεταβαλοῦσαι, ἐπιχέουσι μὲν ἐπὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς· μονοειδὴς δὲ ὑετὸς, καταβὰς, πολυειδεῖς ἐργάζεται σπόρους. Καὶ σῖτον μὲν ἐργάζεται , κύαμον δὲ καὶ κέγχρον καὶ ὄλυραν. Ἓν μὲν τὸ καταβὰν, καὶ πολλὰ τὰ βλαστώμενα· καὶ τὸ μονοειδὲς τῶν ὑετῶν εἰς πολύχουν καρποφορίαν διασπείρεται · ἵνα δειχθῇ, μὴ τῇ τοῦ σπείραντος εὐμαρείᾳ, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνεργείᾳ γίνεσθαι τὸ καρποφορούμενον . Καὶ πρῶτον μὲν ὁ σπόρος χλόη τις ὥσπερ ἀναβαίνει, καὶ πολλάκις σίτῳ ζιζάνιον συνέσπαρται · ἡ δὲ ὁμοιότης τῶν φύλλων οὐ συγχωρεῖ φανῆναι, τί μὲν σῖτος, τί δὲ ζιζάνιον. Ὅταν δὲ ὁ σπόρος εὐθυτενὴς γένηται, καὶ εἰς ὕψος γένηται, ὁ στάχυς διακρίνει, καὶ ἡ καρποφορία δείννυσι τὸ ὑποκείμενον, τί μὲν σῖτος, τί δὲ ζιζάνιον.

4. Ἐνόησας τὸ λεγόμενον, ἐλθέ μοι λοιπὸν ἐπὶ τὸ πνευματικώτερον . Ἔσπειρεν ὁ Ἰησοῦς διὰ τῶν ἀποστόλων τὸν λόγον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης . Ἀκοὴ δεξαμένη τὸ κήρυγμα κατέχει παρ' ἑαυτῇ· καὶ τέως μὲν βλάστην φυλλάδος ἐργάζεται σπουδὴν περὶ τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ συναγόμεθα κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ οἱ σιτοδόται, καὶ τὰ ζιζάνια, ὁ πιστὸς, καὶ ὁ ὑποκριτὴς, ἵνα ἀλη-

[17] Act. VIII, 4· [18] Gen. I, 10.

(29) Hæc : Ἀλλ' ὁ μὲν ἄνθ.... ὑπὸ ἀνθρώπου, **deerant in Anglicano, sed addita sunt manu recentiore.**

θέστερον εἴπωμεν τὸ καταγγελλόμενον. οἱ δὲ γεωργοὶ A
τῆς Ἐκκλησίας, τὴν δίκελλαν τῶν λόγων τοῖς ἐσπαρμένοις ἐπιβαλόντες, γεωργοῦμεν εἰς καρποφορίαν. οὔπω δὲ οἴδαμεν τὸ ὑποκείμενον· ἡ γὰρ τῆς φυλλάδος ὁμοιότης ἀπατᾷ πολλάκις τοὺς προεστῶτας. Ὅταν δὲ ἡ διδασκαλία εἰς ἔργοδ προχωρήσῃ, καὶ ὁ καρπὸς τῶν ἔργων παχυνθῇ, τότε φαίνεται τίς μὲν ὁ πιστὸς, τίς δὲ ὁ ὑποκριτής. Καὶ πῶς καὶ τίνα τρόπον παραγίνεται πολλάκις εἰς πόλιν ἀνὴρ δυνάμενος διδάσκειν Ἑλληνιστὶ, ὃς, τὴν ἀκοὴν θελγόμενος, σπεύδει εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, οὐ τὴν ἰατρείαν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τῶν λόγων τὸ κάλλος μόνον ἁρπάσαι. Ἀνεχώρησεν ὁ εὐγλώττως λαλῶν· ἀνεχώρησε καὶ τῆς Ἐκκλησίας τὸ ζιζάνιον· οὐ γὰρ ἔχει τὸ σιτῶδες, τὸ πιστόν. Ὁ δὲ πιστὸς, κἂν εὐγλώττως λέγῃ τὰ λεγόμενα, σπουδάζει κατακούειν, κἂν Συριστὶ, κἂν Ῥωμαϊστὶ, κἂν διαφόρῳ γλώττῃ. Οὐ γὰρ ζητεῖ λόγους, ἀλλ' ἔργα. « Ὁ B
γὰρ λόγος ἡμῶν καὶ τὸ κήρυγμα ἡμῶν οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει Πνεύματος καὶ δυνάμεως. » Τί τὸ ὄφελος, ἐὰν Ἑλληνιστὶ λαλῶμεν, βαρβαρίζωμεν δὲ τῇ γνώμῃ ; Τί τὸ ὄφελος, ἐὰν εὐσύνθετος μὲν ὁ λόγος, κακοσύνθετος δὲ ὁ τρόπος ; Πολὺ κάλλιόν ἐστι μήτε τὴν Ἑλλήνων εἰδέναι φωνὴν, καὶ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ ἐν καρδίᾳ κεκτῆσθαι. Εἰ μὲν γὰρ σοφιστοῦ διδασκαλεῖον ἦν ἡ Ἐκκλησία, εὐγλωττίας ἦν ὁ καιρός· ἐπειδὴ δὲ τρόπων ἀγὼν, καὶ καρποφορία τὸ προκείμενον, καὶ προσδοκία οὐρανῶν τὸ προσδοκώμενον, μὴ γλῶττα ζητείσθω, ἀλλ' ὁ τρόπος κατορθούσθω. Πάλιν ἄλλοι νοσοῦσιν ἀνθρωπαρέσκειαν ἀνθρώπων, καὶ καιρὸν καθυποκρίνονται. κἂν μὲν ἐπίσημον πρόσωπον ἢ ἐκ πλατειῶν ἢ ἐξ ἀνθρώπων παραγίνηται, καὶ Χριστιανισμὸν ἐπαγγελλόμενον, C
τρέχουσιν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, ἵνα ἀνθρώπῳ δείξωσι τὸ πρόσωπον. Ἐξῆλθεν ὁ ἐπίσημος, συνεξῆλθεν ὁ ὑποκριτὴς, καὶ ἀπέχει τὸν μισθόν. Δι' ἀνθρώπων ἦλθεν, ἀνθρώπῳ ἤρεσε, παρὰ Θεοῦ οὐδὲν ἔλαβεν· οὐ γὰρ ἐκείνῳ ἔδειξε τὴν διάνοιαν. Τοιαῦτα τῆς Ἐκκλησίας τὰ ζιζάνια

5. Ἀλλ' ἔχει τι θαυμάσιον ὁ γεωργὸς τῆς Ἐκκλησίας Λόγος· καὶ γὰρ ζιζάνια σιτοποιεῖ, ἐὰν θέλῃ. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοπροαίρετος ἡ τῶν ἀνθρώπων κίνησις, καὶ αὐτεξούσιος ἡ γνώμη, ἐπὶ σοὶ κεῖται τὸ πρᾶγμα· εἰ θέλεις ζιζάνια, εἶ ἀλόγων ζώων τροφή. εἰ θέλεις, μεταβάλλῃ καὶ γίνῃ σῖτος, Εἰκόνα ζητεῖς τῶν λόγων, λάμβανε ἀπὸ δένδρων τὸ ζητούμενον. Ἡ ἀγριέλαιος, ἐπικεντρισθεῖσα, καλλιέλαιος γίνεται, καὶ ἄμπελος ἀγρία, ἡμερωτάτης ἀμπέλου κλῆμα δεξα- D
μένη, ἐπιλανθάνεται μὲν τῶν τῆς ῥίζης παλαιοτήτων, ἀναλαμβάνει δὲ τὴν καινότητα τῶν παλαιῶν· Ἐπιλάθου καὶ σὺ τῶν πρώτων, καὶ ἀνάλαβε τὰ λεγόμενα· καὶ τοῦ ζιζανίου πάρες, τὸ δὲ σιτῶδες ἀνάλαβε. Ἵνα δυνηθῇς καὶ αὐτὸς εἴσω ἅλωνος ἐκκλησιαστικῆς γενέσθαι νοητῆς.

6. Ταῦτα δὲ πάντα ὑμῖν εἴρηται διὰ τὸ εὐαγγελικὸν ἀνάγνωσμα, τὸ περὶ σπόρων διαλεγόμενον, διὰ τὸν κατασπείραντα ἐν ταῖς ψυχαῖς, τῶν ψυχῶν λυτρωτὴν Ἰησοῦν, τὸν διαπορευόμενον διὰ τῶν σπορίμων.

hypocrita, ut verius eloquamur quod prædicatur. Nos autem Ecclesiæ agricolæ verborum ligonem per sata immittimus, ut agrum colamus ad fructum ferendum ; necdum tamen cognoscimus soli conditionem : foliorum quippe similitudo, præsides sæpe fallit. Verum ubi doctrina in opus procedit, laborumque fructus solidatur, tum apparet quis fidelis, quis hypocrita sit. Qua ratione in urbem plerumque venit vir Græce docendi peritus, auresque demulcens, qui in Ecclesiam properat, non ut medicinam animæ, sed ut verborum elegantiam percipiat. Recedit ille facundus orator : recedit etiam ab Ecclesia zizanium ; frumentum quippe seu fidem, non habet. Fidelis autem licet facunde loqui soleat, studiose auscultat, sive Syriace, sive Latine, aut alio quovis sermone quis utatur. Non quærit enim verba, sed gesta : « Sermo enim noster et prædicatio nostra, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus et virtutis [19].»
48 Quæ utilitas, si Græce loquamur, et mente barbari simus? Quid prodest si compositus sermo, et mores sint incompositi? Multo præstantius est Græce quidem nescire, legemque Dei in corde possidere. Nam si Ecclesia sophistæ schola esset, consectanda foret eloquentia : at cum de morum pugna, et de fructus copia agatur, exspecteturque cœlum ; ne lingua requiratur, sed mores instituantur. Rursum aliqui laborant studio placendi hominibus, et ad tempus simulatione utuntur : quod si illustris persona vel ex plateis, vel ex hominum (turba) accesserit, et Christianismum profiteatur, currunt in Ecclesiam, ut homini illi vultum ostendant suum. Egreditur insignis ille, una exit hypocrita, recepta mercede sua : hominis causa venit, homini placuit, a Deo nihil accepit, nequaquam enim mentem suam illi exhibuit. Ejusmodi sunt Ecclesiæ zizania.

5. Sed quidpiam mirum habet Verbum Ecclesiæ agricola : nam zizania, siquidem ille voluerit, frumentum ferunt. Cum enim electione propria fiat hominum motus, et libera sit ejus sententia ; in te res sita est : si vis esse zizania, brutorum animalium pabulum es : sin volueris mutari, frumentum fies. Si quæras hujusce rei exemplum, et arboribus quæsitum accipe. Oleaster insitus efficitur bona oliva, et vitis silvestris, sativæ vitis accepto palmite, obliviscitur vetustæ radicis suæ, accipitque novitatem recentis. Obliviscere et tu priorum, et accipe quod dicitur ; omissisque zizaniis, frumentum accipe ut mereare intra aream ecclesiasticam spiritualemque recipi.

6. Hæc porro omnia dicta vobis sunt, occasione lectionis evangelicæ, qua de satis agitur, ob eum qui in animabus seminavit, Redemptorem animarum Jesum, transeuntem per sata. Ille autem de industria

[19] I Cor. II, 4.

Sabbato pertransibat, discipulos per sata ducens : qui discipuli in prætereundo spicas vellebant, manibusque confricantes, comedebant, novam spicis aream, manus scilicet suas, efficientes. Judæi vero discipulos increpabant quod alimenta sumerent:adversus Magistrum indignabantur : « Vide quid faciant discipuli tui [20]? » Sese abalienantes a justitia, nequaquam dicebant : Socii nostrorum discipulorum; sese quippe a magisterio expulerant; sed, « Vide quid faciant discipuli tui : » res conspicuas ostendebant. Spectatori cordium res quæ sub aspectum cadunt commonstratis? Nonne experimento plerumque didicistis, eum ipsas cordium cogitationes perspectas habere? Annon ille est qui ait : « Quid cogitatis mala in cordibus vestris [21]? « Qui cogitationes novit, an spicarum confricationes non noverit?***

A Ὁ μὲν οὖν διεπορεύετο ἐπίτηδες ἐν Σαββάτῳ, διάγων τοὺς μαθητὰς διὰ τῶν σπορίμων καὶ οἱ μαθηταὶ διερχόμενοι, ἔτιλλον στάχυας, καὶ ψώχοντες ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἔσθιον, καινοτέραν ἅλωνα τοῖς στάχυσι τὰς χεῖρας ἐργαζόμενοι. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἐπετίμων τοῖς μαθηταῖς τρεφομένοις, καὶ πρὸς τὸν διδάσκαλον ἀγανακτοῦσιν· « Ἴδε, τί ποιοῦσι οἱ μαθηταί σου; » Ἑαυτοὺς ἀπαλλοτριώσαντες τῆς δικαιοσύνης, οὐκ εἶπαν, Οἱ κοινωνοὶ τῶν μαθητῶν ἡμῶν· ἑαυτοὺς γὰρ τῆς μαθήσεως ἐξώρισαν· ἀλλ', « Ἴδε, τί ποιοῦσιν οἱ μαθηταί σου. » Δεικνύουσι τὰ φαινόμενα. Τῷ γνώστῃ τῶν καρδιῶν δεικνύετε τὰ ὁρώμενα; Οὐκ ἐλάβετε πολλάκις τὴν πεῖραν, ὅτι οἶδε καὶ τῶν καρδιῶν τὰς γνώσεις; Οὐ λέγων· « Τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς πονηρά; » ὁ διαλογισμοὺς εἰδὼς, ἀσταχύων ψωχμοὺς οὐκ οἶδε; * * *

B

7. (30) Novus mortuus, inter mortuos liber. Siquidem cæteri mortui quasi vinculis constricti, per angustam abducebantur viam; Jesus vero propter nos mortuus est, et descendit ad inferna inter mortuos : atque inter mortuos cum venisset, non modo liber, sed mortuorum liberator erat. Et ut ediscas ipsum mortuorum fuisse liberatorem, audi hæc Evangeliorum verba : « Et multa corpora sanctorum qui obdormierant resurrexere [22]. » In monumento positus est, et multa monumenta aperta fuere. Erat itaque is inter mortuos liber, quem noti reliquerant : ait namque Evangelium, discipulos omnes, relicto eo, aufugisse [23]. Fugiunt dum viveret : et eo crucifixo, pro ipso mortem subibant; eo quod nihil in cruce remanserit, et post crucem, vitam resumpserit; sed ne mihi attendas soli, sed psalmo jamjam a me lecto. Ausculta dum legam, tu vide ex consequentibus resurrectionem : « Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber. Posuerunt me in lacu inferiori [24], » uti supra diximus. Et post hæc : « Ego vero oratione mea ad te, Domine [25]. Et 49 mane oratio mea præveniat [26]. » Mortuusne orat : si non resurrexerit, inquam, orat? Siquidem postquam sepulturam et resurrectionem enarrasset, tunc memoravit orationem quam ad Patrem habuit.

7. Καινότερος νεκρὸς ἐλεύθερος ἐν νεκροῖς. Οἱ μὲν ἄλλοι νεκροὶ, δεσμοῖς ὥσπερ περιβαλλόμενοι, ἐν εἱρκτῇ τῇ ὁδῷ ἀπήγοντο· Ἰησοῦς δὲ γέγονε δι' ἡμᾶς νεκρὸς, καὶ κατῆλθεν εἰς τὰ καταχθόνια μεταξὺ τῶν νεκρῶν· καὶ ἐν νεκροῖς μὲν ἐλθὼν οὐ μόνον ἐλεύθερος ἦν, ἀλλὰ καὶ νεκρῶν ἐλευθερωτής. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ νεκρῶν ἐλευθερωτὴς γέγονεν, ἄκουε τῶν Εὐαγγελίων λεγόντων· « Καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνέστησεν. » Ἐν μνήματι ἐτέθη, καὶ πολλὰ μνήματα ἀνεῴχθησαν. Ἦν τοίνυν ὁ ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος, ὃν κατέλιπον καὶ γνώριμοι. Λέγει δὲ τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι πάντες οἱ μαθηταὶ, ἀφέντες αὐτὸν, ἔφυγον. Ἔτι ζῶντα φεύγουσι, καὶ σταυρωθέντος, ὑπεραποθνήσκουσιν· ἐπειδὴ δὲ μηδὲν ἐναπέμεινεν ἐν τῷ σταυρῷ, ἀλλὰ μετὰ τὸν σταυρὸν τὴν ζωὴν ἀπέλαβε. Καὶ μή μοι μόνον πρόσεχε, ἀλλὰ τῷ ἐμοὶ ἀρτίως ἀναγνωσθέντι ψαλμῷ. Πρόσχες τὸ λεγόμενον· ἐγὼ ἀναγινώσκω, σὺ βλέπε ἐκ τῆς ἀκολουθίας τὴν ἀνάστασιν. « Ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. Ἔθεντό με ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ, » καθὼς εἰρήκαμεν. Καὶ μετὰ ταῦτα· « Ἐγὼ δὲ τῇ προσευχῇ μου πρὸς σὲ, Κύριε, καὶ τῷ πρωΐ ἡ προσευχή μου προφθάσει. » Ὁ νεκρὸς προσεύχεται· εἰ μὴ ἀνέστη, προσεύχεται; Μετὰ γὰρ τὸ διηγήσασθαι τὴν ταφὴν καὶ τὴν νεκρότητα, τότε διηγήσατο τὴν προσευχὴν τὴν πρὸς τὸν Πατέρα γενομένην.

C

8. Nos igitur Dominicam celebramus propter resurrectionem : Judæi etiam nunc Sabbato adhærent, postquam Isaias dixit : « Et Sabbata vestra odit anima mea [27]. » Nihil mihi commune cum Sabbato, quod Dominus odit. Non loquor de dierum circulis, sed de Judæorum usu. Dies enim nullos aversatur Deus : sed eos qui in ipsis diebus male agunt. Et jam quidem Sabbato inhærent : tuncque temporis etiam Salvatorem increpabant, dicentes : « Vide quid faciant discipuli tui, quod non licet in Sabbato facere [28]. » Tum Salvator ad illos : Nonne

8. Ἡμεῖς μὲν οὖν τιμῶμεν τὴν Κυριακὴν διὰ τὴν ἀνάστασιν· Ἰουδαῖοι δὲ ἔτι καὶ νῦν ἔχονται τοῦ Σαββάτου, καὶ μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν Ἡσαΐαν· « Καὶ τὰ Σάββατα ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. » Οὐδέν μοι κοινὸν πρὸς τὸ Σάββατον, ὃ ὁ Θεὸς ἐμίσησεν. Οὐ λέγω τοὺς κύκλους τῶν ἡμερῶν, ἀλλὰ τὸν νομιζόμενον Ἰουδαϊσμόν. Οὐ γὰρ τὰς ἡμέρας μισεῖ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τοὺς κακῶς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐργαζομένους. Καὶ νῦν μὲν ἔχονται τοῦ Σαββάτου, καὶ τότε ἐπετίμων τῷ Σωτῆρι λέγοντες· « Ἴδε, τί ποιοῦσιν οἱ μαθηταί σου, ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν Σαββάτῳ. » Ὁ Σωτὴρ πρὸς αὐ-

D

[20] Matth. XII, 2. [21] Matth. IX, 4. [22] Matth. XXVII, 72. [23] Matth. XXVI, 56. [24] Psal. LXXXVII, 6, 7. [25] Psal. LXVIII, 14. [26] Psal. LXXXVII, 14. [27] Isa. I, 13. [28] Matth. XII, 2.

(30) Hic textus deficit, et, ut videtur, hæc aliunde assuta sunt.

τούς· Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε, ὃ ἐποίησε Δαβίδ; Ὁ ἐκ Δαβὶδ μνημονεύει τοῦ Δαβίδ· ὁ ἐκ Δαβὶδ κατὰ σάρκα, πρὸ δὲ Δαβὶδ κατὰ πνεῦμα· ὁ κατὰ σάρκα μὲν τοῦ Δαβὶδ υἱός, κατὰ πνεῦμα δὲ τοῦ Δαβὶδ δεσπότης· ὁ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ βλαστήσας, ἡ ῥάβδος ἡ θαυμασία, ἡ τὸ μὲν γένος Ἰουδαίων συντρίβουσα, τῶν δὲ ἐθνῶν τὸ γένος ὡς ποίμνιον συνάγουσα. Αὐτὸς γὰρ ἐστιν ὁ εἰρηκώς Καὶ δὴ ἄξω ὑμᾶς ὑπὸ τὴν ῥάβδον μου· καὶ πολὺς ὁ περὶ τῆς ῥάβδου Ἰησοῦ λόγος. Ἔλεγε τοίνυν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· « Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε, ὃ ἐποίησε Δαβίδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ; πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔλαβε καὶ ἔφαγεν, ὃ οὐκ ἔξεστιν ποιεῖν εἰ μὴ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν; » Ὁ μὲν οὖν σοφὸς ἀκροατὴς καὶ συνήθης τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων τε καὶ ἀναγνωσμάτων οἶδε τὴν ἱστορίαν, καὶ οὐ χρείαν ἔχει τῆς διηγήσεως· ἐπειδὴ δὲ πολὺς ὁ νεωστὶ συρρέυσας ἡμῖν λαὸς, ὁ τὴν ἐπιπόλαιον ἀκρόασιν τῶν θείων λογίων ἔχων, τὸ δὲ βάθος τῆς νοήσεως μὴ ἐνστερνισμένος, καλῶς ἔχειν μοι δοκεῖ ἐπιδραμεῖν καὶ δεῖξαι τὴν ἱστορίαν, ἵνα γνῶμεν τίνος ἕνεκεν ταύτης ἐμνημόνευσεν ὁ Σωτήρ. Βασιλεύς τις ἦν ἐν τοῖς ἀρχαίοις, Δαβὶδ, ποιμὴν τὰ πρῶτα, καὶ βασιλεὺς τὰ δεύτερα. Τὴν δὲ βασιλείαν οὐκ ἔλαβεν ἁρπάσας, ἀλλὰ, τοῦ Σαοὺλ ἁμαρτήσαντος καὶ ἀποβαλομένου, ἐχρίσθη Δαβὶδ ἀπὸ τοῦ Σαμουήλ (31). Χρισθεὶς δὲ εἰς τὴν Βασιλείαν, οὐχ ἅμα ἥρπασε τὸ βασίλειον, ἀλλὰ χρόνοις πολλοῖς δουλεύσας τῷ Σαοὺλ, ὕστερον, ὅτε Θεὸς ἠθέλησεν, ἐφήψατο τῆς Βασιλείας. Ἐπεβουλεύετο οὖν ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, εὐεργετήσας τοῦτον· ἐπεβουλεύετο δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ, τοῦ οἰκείου τέκνου.

A hoc legistis quod fecit David? Ex Davide oriundus ille Davidem memorat : qui ex Davide est secundum carnem, ante Davidem autem secundum spiritum : qui secundum carnem quidem Davidis filius; secundum spiritum autem Davidis Dominus : qui ex radice Jessæ germinavit. Virga mirabilis, quæ Judæorum genus conterit, gentium vero populum quasi gregem colligit. Ipse quippe est qui dixit : Ducam vos sub virga mea. Multaque mentio est de virga Jesu. Dixit igitur ad Judæos : « Nonne legistis quid fecerit David, quando esuriit ipse, et qui cum eo erant? quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis accepit et comedit, quod non licet facere nisi solis sacerdotibus [29]? » Sapiens itaque auditor, peritusque ecclesiasticorum dogmatum et lectionum, historiam probe novit, nec eget explicatione. At quandoquidem multus nobis nuper confluxit populus, qui nonnisi levem divinorum eloquiorum cognitionem auditu cepit, neque sententiarum profunditatem in mente apprehendit; operæ pretium mihi videtur, historiam cursim explanare : ut sciamus qua de causa illam memoravit Salvator. Inter priscos rex fuit, nomine David, prius pastor, postmodum rex. Non quod regnum invaserit, sed Saule ob peccatum suum abjecto, unctus est David a Samuele. Ad regnum inunctus non statim regnum occupavit; multis quippe annis Sauli servivit : ac demum cum Deo placuit, regnum adiit. Insidiis igitur appetebatur a Saule, cui beneficia contulerat, insidiis item ab Absalom, proprio filio.

B

C

9. Ταῦτα ἀληθῶς μὲν συνέβη τῷ Δαβὶδ· οὗτος δέ τινας εἰκόνας εἶχε τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας. Ἔδει γὰρ τὸν προπάτορα καὶ εἰκόνας ἔχειν τοῦ ἀπογόνου. « Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβίδ. » Τινὸς αἱ τῶν πραγμάτων ὁμοιώσεις οὐκ ἰσότιμοι. Ὁμοιούσθω γὰρ ὁ δοῦλος τῷ δεσπότῃ· οὐ μὴν ἰσότιμος γίνεται, πλὴν ἔχει τινὰς ὁμοιότητας. Ὁ Δαβὶδ ποιμὴν, καὶ ποιμὴν ὁ Χριστός· « Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, » ἔλεγεν. Ἀλλ' ὁ μὲν ποιμὴν θρεμμάτων, ὁ δὲ ποιμὴν ψυχῶν· ὁμοίωσις πραγμάτων, πολλὴ δὲ παραλλαγὴ τοῦ ἀξιώματος. Ἔχρισε τὸν Δαβὶδ εἰς βασιλέα Σαμουὴλ ὁ ἱερεὺς, ἐβάπτισε καὶ τὸν Σωτῆρα ὁ Ἰωάννης, ὡς ἱερεὺς ὢν καὶ αὐτός· ὁμοιότης μὲν τῶν πραγμάτων, πολλὴ δὲ διαφορὰ τῶν ὑποκειμένων. Χρισθεὶς δὲ ὁ Δαβὶδ εἰς βασιλέα, οὐχ ἅμα ἥρπασε τὴν Βασιλείαν, ἀλλ' ἠνείχετο πολλοῖς χρόνοις δουλεύων τῷ Σαούλ· καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν γενηθεὶς βασιλεὺς πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ οὐ πρόσκαιρον ἔχων τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων βασιλεὺς, ἐκ βασιλέως Θεοῦ γεννηθεὶς, ἠνείχετο· « Οὐκ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, ἵνα τελέσῃ τὴν οἰκονομίαν. Ἐδίωκε τὸν Δαβὶδ Σαοὺλ, ἐδίωκε τὸν

9. Hæc revera contigere Davidi : hic vero quasdam præ se fert Christi adventus imagines. Par fuit enim proavum, pronepotis sui aliquas proferre similitudines. « Liber generationis Jesu Christi filii David [30]. » Sed in altero rerum similitudines non æquales sunt. Esto similis servus Domino; non tamen par erit, licet habeat quasdam similitudines. Pastor David, pastor item Christus. « Ego sum, « inquit, » pastor bonus [31]; » sed pastor ille pecudum, hic pastor animarum. Rerum quidem similitudo, sed magnum discrimen dignitatis. Unxit Davidem in regem sacerdos Samuel : baptizavit Salvatorem Joannes, utpote sacerdos et ipse. Similitudo quidem hic rerum est, sed magna differentia personarum. Unctus David in regem, non statim regnum occupavit : multis quippe annis sustinuit Sauli servire; Salvator quoque noster genitus rex ante sæcula, nec temporale possidens regnum, sed ante omnia sæcula rex ex rege Deo genitus, id sustinuit : « Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens [32] »; ut absolveret œconomiam. Persecutus est Davidem Saul, persecutus est Christum Hero-

D

[29] Matth. XII, 3, 4. [30] Matth. I, 1. [31] Joan. X, 11. [32] Philipp. II, 6, 7.

(31) Anglicanus, ὑπὸ τοῦ Σαούλ.

des. Sed neque Saul persequens, Davidi nocuit; neque Herodes persequens, Christum læsit. Insurrexit in Davidem Absalon filius suus, insurrexit in Salvatorem Judas, ipse quoque filius : discipulos quippe Salvator nonnunquam filios vocabat, sic : « Ecce ego et filioli mei quos dedit mihi Deus [33] : » et iterum ad discipulos ait : « Filioli [illegible] [34]. » Locus autem exitii Absalom. *Manus Absalom* [35], in hunc diem nuncupatur. Jam mihi, quæso, perpende harumce rerum exactam imaginem. Non scriptum est, Pes Absalom, sed, *Manus Absalom* : non itidem Caput Absalom, licet capillis capitis perierit; sed *Manus Absalom*. Prior quippe fuit capite manus quæ tradidit, juxta rerum imaginem; sed quasi egressa, per rerum nuncupationem, manu, Scriptura quod futurum erat, oblique significavit : *Manus Absalom*, et rerum imagines (32). Quot intercedunt similitudines Davidem inter et Salvatorem !

10. Hic igitur David a Samuele in regem unctus est oleo sensibili : aliter autem unctus est Salvator : quo modo et quanam ratione, audi ex quadragesimo quarto Psalmo : « Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi : virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem. Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exsultationis præ consortibus tuis [36]; » ne ex simili vocabulo, unctionis æqualitatem putares esse in iis verbis. Unctus est David, unctus est et Christus : sed ille ab homine, hic a Patre unctus est : estque unctio illa ineffabilis, resque illæ incomprehensibiles. Quare ait Psalmista : « Oleo exsultationis præ consortibus tuis. » Consortes scilicet similitudinis, quin parem habeant unctionem. Ubique enim similitudinem retinet, et præstantiam rei conservat. David itaque unctus a Samuele, privatus mansit : Saul vero, transgressis Dei præceptis, impuro spiritui traditus est. Psallebat David, pastoralem tenens citharam, in desertisque degens locis, nemine quicum fabularetur præsente. Citharam compegit, ex cujus pulsatione et concentu duo in primis consequebatur : hujusmodi sono locorum solitudinem mitigabat, nec in dissolutas cantiones delabebatur, sed psalmos canebat, quorum modulatione delectaretur, et pietate juvaretur. Et psallebat in desertis : « Altitudines montium illius sunt [37] : » addebat illud : « Inter medium montium pertransibunt aquæ, et potabunt omnes bestiæ agri. Super eos volucres cœli habitabunt [38]. » Psallebat de homine, his verbis : « Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas [39]. » Psallebat insuper mirabilia Dei opera. Porro cum torqueretur Saul ab impuro spiritu, indicavit illud quidam Sauli : quæ causa fuit ut arcesseretur David. Et

Χριστὸν Ἡρώδης. Ἀλλ' οὔτε ὁ Σαοὺλ διώκων τὸν Δαβὶδ ἔβλαψεν, οὔτε Ἡρώδης διώκων τὸν Χριστὸν ἔβλαψεν. Ἐπανέστη τῷ Δαβὶδ Ἀβεσσαλὼμ υἱὸς ὢν· ἐπανέστη τῷ Σωτῆρι Ἰούδας υἱὸς ὢν καὶ αὐτὸς ἄλλος· τοὺς γὰρ μαθητὰς οἶδεν ὁ Σωτὴρ ὀνομάζειν υἱούς, λέγων· « Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός· » καὶ πάλιν πρὸς τοὺς μαθητὰς ἔλεγε, « Τεκνία. » Ὁ τόπος τῆς ἀπωλείας τοῦ Ἀβεσσαλὼμ Χεὶρ Ἀβεσσαλὼμ μέχρι τὴν σήμερον καλεῖται. Καὶ βλέπε μοι τὴν ἀκρίβειαν τῆς εἰκόνος τῶν πραγμάτων. Οὐ γέγραπται, Ποῦς Ἀβεσσαλὼμ, ἀλλὰ Χεὶρ Ἀβεσσαλώμ· οὐ γέγραπται Κεφαλὴ Ἀβεσσαλὼμ, καίτοιγε ἀπὸ τριχῶν κεφαλῆς ἀπώλετο, ἀλλὰ Χεὶρ Ἀβεσσαλώμ. Πρώτη γὰρ ἦν ἡ τῆς κεφαλῆς χεὶρ, ἡ προδοῦσα κατὰ τῆς εἰκόνος τῶν πραγμάτων· ἀλλ' ὡς ἐξελθούσης διὰ τῆς ὀνομασίας τῶν πραγμάτων τῆς χειρὸς, πλαγίως ἐμήνυσε τὸ ἐσόμενον ἡ Γραφή· Χεὶρ Ἀβεσσαλὼμ, καὶ τῶν πραγμάτων εἰκόνες. Ὅσας ὁμοιότητας ἔχει ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν Σωτῆρα !

10. Οὗτος τοίνυν ὁ Δαβὶδ, χρισθεὶς εἰς βασιλέα ὑπὸ τοῦ Σαμουὴλ, ἐλαίῳ αἰσθητῷ· ἄλλως δὲ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐχρίσθη. Πῶς καὶ τίνα τρόπον, ἄκουε τοῦ τεσσαρακοστοῦ τετάρτου Ψαλμοῦ λέγοντος· « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν. Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· » ἵνα μὴ τῇ ὁμοιολεξίᾳ τῆς χρίσεως ἰσοτιμίαν νομίσῃς εἶναι τῶν λεγομένων. Ἐχρίσθη Δαβὶδ, ἐχρίσθη καὶ ὁ Χριστός· ἀλλ' ὁ μὲν ἐχρίσθη ὑπὸ ἀνθρώπου, ὁ δὲ ἐχρίσθη ἐκ Πατρός· καὶ ἡ χρίσις ἀνεκδιήγητος, καὶ ἀκατάληπτα τὰ πράγματα. Διὰ τοῦτο λέγει ὁ Ψαλμῳδός· « Ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Τῆς ὁμοιότητός εἰσι μέτοχοι, οὐ μὴν ἰσότιμον ἔχουσι τὴν χρίσιν· πανταχοῦ γὰρ καὶ τὴν ὁμοιότητα τηρεῖ, καὶ τὸ ὑπερέχον τοῦ πράγματος φυλάττει. Ὁ τοίνυν Δαβὶδ, χρισθεὶς ὑπὸ τοῦ Σαμουὴλ, ἔμενεν ἐφ' ἑαυτοῦ. Ὁ δὲ Σαοὺλ. παραβὰς ἐντολὰς Θεοῦ, πνεύματι ἀκαθάρτῳ παρεδόθη. Ἔψαλλε δὲ ὁ Δαβὶδ, καὶ κιθάραν εἶχε ποιμενικὴν, καὶ ἐν ἐρήμοις διάγων, καὶ οὐκ ἔνων τίσιν ἀνθρώποις διαλεχθῆναι· καὶ κιθάραν πηξάμενος, καὶ διὰ τοῦ ἀνακρούεσθαι τὰ μέλη δόο εἰργάζετο· παρεμυθεῖτο γὰρ καὶ διὰ τοῦ ἤχου τὸ τῶν τόπων ἔρημον, οὐ μὴν εἰς ἔκλυτα ἐξέπιπτε μέλη, ἀλλὰ ψαλμοὺς ᾖδεν, ἵνα τέρπῃ μὲν τὸ εὔηχον, ὠφελῇ δὲ τὸ εὐσεβές. Καὶ ἔψαλλεν ἐν ταῖς ἐρήμοις λέγων, ὅτι καὶ « Τὰ ὕψη τῶν ὀρέων αὐτοῦ ἐστι· » προσετίθη δὲ πάλιν· « Ἀνὰ μέσον τῶν ὀρέων διελεύσεται ὕδατα, καὶ ποτιοῦσι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ. Ἐπ' αὐτὰ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσει. » Ἔψαλλε τὰ περὶ τοῦ ἀνθρώπου, λέγων· « Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πρόβατα καὶ βόας ἁπάσας. » Ἔτι δὲ καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ θαυματουργήματα ἔψαλλε. Ὀδυνωμένου δὲ τοῦ Σαοὺλ

[33] Isa. VIII, 18. [34] Joan. XIII, 33. [35] II Reg. XVIII, 18. [36] Psal. XLIV, 7, 8. [37] Psal. XCIV, 4. [38] Psal. CIII, 10. [39] Psal. VIII, 8.

(32) Obscurus locus.

ὑπό τοῦ πνεύματος τοῦ ἀκαθάρτου, γίνεταί τις μηνυτὴς τῷ Σαούλ· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ καλεῖται ὁ Δαβίδ. Καὶ ὁσάκις ἐπετίθετο αὐτῷ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, λαμβάνων τὴν κιθάραν ὁ Δαβὶδ, ἀνεκρούετο, ψάλλων καὶ ὕμνους λέγων τῷ Θεῷ.

11. Μὴ γάρ μοι τῆς κιθάρας μνημόνευε, ἀλλὰ τοῦ ψαλλομένου· μηδὲ, ἁρπάσας τὰ ῥήματα, εἰς θεατρομανεῖς ἐμπέσῃς ἡδονὰς, ἀλλὰ, μνημονεύσας τῶν ψαλμῶν, τῇ Ἐκκλησίᾳ παράμενε. Εἰς χεῖρας τοίνυν λαμβάνων τὴν κιθάραν ὁ Δαβὶδ, καὶ ψάλλων τῷ Θεῷ, τὸν πνίγοντα δαίμονα ἀπήλαυνεν. Ὦ μεγάλης ψαλμῶν δυνάμεως! Τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον πνίγον ἀοράτως ἐπνίγετο, καὶ ἀνέψυχεν ὁ Σαούλ. Ἐφθόνει δὲ τῷ Δαβὶδ διὰ τοιάνδε ὑπόθεσιν. Ἀλλόφυλοί ποτε ἐπέθεντο τῷ γένει τῶν Ἑβραίων· καὶ τις Γολιὰθ παμμεγέθης τὸ σῶμα, καὶ θρασὺς τὴν ψυχὴν, καὶ φοβερὸς ὀφθῆναι, ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ὠνείδιζε τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ᾔτει εἰς μονομαχίαν ἕνα, ἀσπίδα μὲν παμμεγέθη περικείμενος, δόρυ δὲ ἐξελὼν, καὶ φοβερὰς κνημίδας· καὶ οἱ βλέποντες ἔφυγον, καὶ ὁ Σαοὺλ ἐδειλίσ. Ἦκεν ἐπισκεψόμενος τοὺς ἀδελφοὺς ὁ Δαβὶδ, καὶ συμβάλλει εἰς μάχην, ὁ γυμνὸς τῷ ἐνόπλῳ, ὁ ἀπειροπόλεμος τῷ πολυπολέμῳ, ὁ νέος τῷ ἀνδρί· καὶ πάντων πτηξάντων, καὶ μηδενὸς τολμῶντος ἐπέξελθεῖν, Δαβὶδ ἀναδέχεται τὸν πόλεμον. Εἰδὼς δὲ ἔψαλλεν, ὅτι τοῦ Θεοῦ ὁ πόλεμος, καὶ ὅτι « Ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν, ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. » Ἤδει ἃ ἔψαλλεν· εἶχεν ὅπλον μέγιστον τὴν πίστιν, καὶ περικεφαλαίαν περιέθετο σωτηρίου, καὶ ἀναλαβὼν ῥάβδον καὶ σφενδόνην, τὸν λίθον περιειλήσας, πλήξας τὸν ἀντίδικον, συντόμως κατήνεγκε. Παρατρέχομεν γὰρ τὰ ῥήματα· ἐπειδὴ φοῦ τοῦτο νῦν ἐστι τὸ προκείμενον. Ἔπεσεν ὁ Γολιὰθ ὁ μέγας ὑπὸ τοῦ μικροῦ, καὶ ὁ ἔμπειρος ὑπὸ τοῦ ἀπείρου καὶ ἀφελεστέρου. Καὶ λαβὼν αὐτοῦ τὸ ξίφος, ἀπέτεμεν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. Καὶ ἡ μὲν κεφαλὴ ἀπηνέχθη ἐν Ἱεροσολύμοις· τὸ δὲ ξίφος αὐτοῦ ἐτηρεῖτο παρὰ Ἀβιμελὲχ τῷ ἱερεῖ. Ἐλυτρώθη ὁ λαὸς ὑπὸ τοῦ ἀντιδίκου. Ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν γυναῖκες χορεύουσαι· θυμηδία γὰρ ἦν τὸ προκείμενον· φόβος δὲ ἐλύθη, ὁ ἐχθρὸς ἔπεσεν, ὁ λαὸς ἐπήνθει· χορεῖαι, καὶ τύμπανα, καὶ ἁρμονία, καὶ εὐφροσύνη τὸ προκείμενον. Αἱ δὲ χορεύουσαι ᾖδον, οὐ πρὸς ἀξίαν ἀφορῶσαι, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἐνεργῆσαι· ἔλεγον γάρ· « Ἐπάταξεν ὁ Δαβὶδ ἐν μυριάσιν αὐτοῦ, καὶ Σαοὺλ ἐν χιλιάσιν αὐτοῦ. » Καὶ τῷ νικήσαντι ἔδωκαν τὰς χιλιάδας, καὶ οὐκ εἶπον, πόσαι χιλιάδες, οὐδὲ πόσαι μυριάδες. Δύνανται δὲ καὶ μυριάδες ἀναλυθῆναι εἰς χιλιάδας, καὶ χιλιάδες πολυπλασιασθῆναι εἰς μυριάδας. Ὁ Σαοὺλ, ἀκούσας, ἐπλήγη τὴν διάνοιαν. Ὦ μεγάλης ἀνοίας! Οὐκ ἔδει κἂν τὸ παρὸν αἰδεσθῆναι; Τί βασκαίνεις ἀνθρώπῳ νικητῇ, ἐν μιᾷ ὥρᾳ εὐφημουμένῳ, ὁ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας κρυπτόμενος; Τῶν ἐχθρῶν ἐλυτρώθης, τί βασκαίνεις ἀνθρώπῳ ἐπαινουμένῳ, ἔργα ἄξια ἐπαίνων ἐργασαμένῳ; Ἀλλὰ πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγεν. Ἔδωκαν τῷ Δαβὶδ τὰς μυριάδας, καὶ ἐμοὶ τὰς χιλιάδας. Καὶ ἦν ὑποβλεπόμενος τὸν Δαβίδ.

quotiescunque irrueret in eum spiritus malus, accepta David cithara pulsabat, psalmos hymnosque Deo decantans.

11. Ne mihi enim jam citaræ mentionem facias, sed ejus quod cithara canebatur: neve ex verbis captans occasionem ad theatralium voluptatum cupidinem delabare; sed memor psalmorum, in Ecclesia remane. Cithara igitur manibus accepta David, psallens Deo, præfocantem dæmonem propulsabat. O magnam psalmorum virtutem! Spiritus ille immundus qui præfocabat alium, invisibili et ipse modo præfocabatur, et respirabat Saul: invidia tamen ille flagrabat in Davidem, hac de causa. Allophyli aliquando invaserant gentem Hebræorum; tum Goliath quidam immani statura, animo feroce, visu terribilis, per quadraginta dies Israeli exprobrabat, et ad singulare certamen provocabat, prægrandi quidem opertus clypeo, hastam attollens, horrendasque gerens ocreas: quem qui viderent fugiebant, Saulque reformidabat. Venit fratres invisurus David, atque manus conserit nudus cum armato, pugnæ imperitus cum peritissimo, adolescens cum viro. Omnibusque terrore perculsis, ac nemine audente prodire, David pugnam suscipit [40]. Et cum non inscius esset, psallebat: Domini est bellum: et, « Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur [41]. » Sciebat quæ psalleret, maximum tenebat telum, nempe fidem, et galeam sibi salutis imposuerat: arreptaque virga et funda, circumvolvit lapidem, percussit adversarium, subitoque prostravit. Verba percurrimus: id quippe non jam nobis propositum est. Prostratus est immanis ille Goliath a parvulo, peritus ab imperito et simpliciore. Sumensque David illius gladium, caput ipsi præcidit. Caput vero deportatum est Hierosolymam, gladiusque ejus servabatur apud Abimelechum sacerdotem. Tum liberatus populus est ab adversario. Egressæ sunt in occursum ejus feminæ choreas agentes: læta quippe admodum res illa erat, depositus metus, prostratus hostis, populus florente vultu erat; hinc choreæ, tympana, harmonia et omnium lætus animus. Porro choreas agentes illæ, canebant, non habita dignitatis ratione, sed gestarum rerum, dicebantque: « Percussit David in myriadibus suis, et Saul in millibus suis. » Victori etiam (Davidi) millia dedere: neque dixere quot millia, vel quot myriadas. Possunt certe myriades resolvi in chiliadas, et chiliades multiplicari in myriadas. His Saul auditis animo perculsus est. O magnam stultitiam! Nonne oportuit vel quodam rei præsentis pudore teneri? Quid invides victori, una hora faustis vocibus celebrato, qui ad quadraginta dies latuisti? Ab hostibus ereptus, quid laudato viro invides, qui laudibus digna edidit facinora? Sed

[40] I Reg. xvii, 4-51. [41] Psal. xxxii, 17. [42] I Reg. xviii, 7.

apud sese dicebat: Dederunt Davidi myriadas; mihi chiliadas. Atque ideo infensis oculis Davidem intuebatur.

12. Vide, quæso, annon pronepotes ejus fuerint ii, apud quos hodie Salvator dexteram manum aridam sanavit. Egressique illi consultarunt, non qua ratione Deo gloriam tribuerent, sed qua bene dē se merito insidias pararent. Ait quippe Evangelium, ipsos quidem amentia plenos, exeuntesque deliberasse quid Jesu facerent [43]. Pronepotes persecutoris, pronepotes furiosi illius, pronepotes ejus qui bene de se meritis insidiabatur. Infenso igitur animo Davidem Saul intuebatur, neque rectis eum aspiciebat oculis. Tales enim sunt invidi, tales hypocritæ. Quamobrem tibi dicit Scriptura: « Oculi tui recta videant [44]: » nihil obliquum, nihil invidum, nihil quod cupidinem aut furorem aut quid simile præ se ferat. Aspice amicum rectis oculis, nihil dissimulanter, nihil virulenter. Sed Saul Davidem torvis oculis aspiciebat. Vide mihi, quæso, insidias [45]. Eum in pretio haberi conspicatus, filiam ipsi dare cupit uxorem. O tentatio invidiæ! Insidiatur ei quem generum accipit: nec parcit filiæ, ut honorato viro struat insidias. In dotem vero postulat centum præputia allophylorum. Opinabatur enim si ipsum in pugnam immitteret, centum cum uno congressos, unum interfecturos, atque sic sese rivali expeditum fore. Commissum prælium est; sed inimicus ut inimicus, Deus vero ut Deus. Exit David, solusque centum interficit. Verum Saul animadvertens esse Deum amico suo belli socium, ne ita quidem pudore affectus est: mansitque in parandis insidiis pertinax, atque id non contra inimicum, sed contra virum de se bene meritum. Jonathæque filio irascebatur, quod esset ei cum Davide amicitia: eoque cæcitatis ex invidia deductus est, ut proprium filium interficere tentaret. David autem cum sese videret insidiis appeti, ad tertiam se diem occultat: nam David quoque tertiam norat diem: et inito cum Jonatha fœdere, sese in fugam victor ille dedit: non quo non valeret inimicum ulcisci; sed nolens in virum cui beneficia contulisset, stringere gladium: ac Deo semel committens judicium, fuga se confert cum suis domesticis ad Abimelechum sacerdotem.

A

B

C

12. Βλέπε εἰ μὴ ἀπόγονοι αὐτοῦ ἦσαν, οἷς σήμερον ὁ Σωτὴρ ἐθεράπευσε τὴν δεξιὰν χεῖρα τὴν ξηράν. Καὶ ἐξελθόντες ἐκεῖνοι, οὐχ ἵνα δοξάσωσι τὸν Θεὸν, ἐσκέπτοντο, ἀλλὰ πῶς ἐπιβουλεύσωσι τῷ εὐεργέτῃ. Λέγει γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἐπλήσθησαν ἀνοίας, καὶ ἐξελθόντες, διελογίζοντο, τί ἂν ποιήσωμεν τῷ Ἰησοῦ; Ἀπόγονοι τοῦ διώκοντος, καὶ ἀπόγονοι τοῦ μανιώδους, καὶ ἀπόγονοι τοῦ ἐπιβουλεύοντος τοῖς εὐεργέταις. Ὑπεβλέπετο τοίνυν ὁ Σαοὺλ τὸν Δαβὶδ, καὶ οὐκ ἔτι ἔβλεπεν αὐτὸν ὀρθοῖς ὀφθαλμοῖς. Τοιοῦτοι γάρ οἱ βάσκανοι, καὶ τοιοῦτοι οἱ ὑποκριταί. Διὰ τοῦτο ἡ Γραφή σοι λέγει. « Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, » μηδὲν πλάγιον, μηδὲ βάσκανον, ἢ ἔρωτος ἢ μανίας, ἤ τι (33) τοιοῦτον ἐχόμενοι. Βλέπε τὸν φίλον ὀρθῶς, μηδὲν κεκρυμμένον, μηδὲν ἰοβόλον. Ἀλλ' ὁ Σαοὺλ ὑπεβλέπετο τὸν Δαβίδ. Καὶ βλέπε κατασκευήν· ἰδὼν αὐτὸν τιμώμενον, βούλεται αὐτῷ δοῦναι τὴν θυγατέρα ἐπιγαμβρίαν. Ὦ πείρασις βασκανίας! Ἐπιβουλεύει, καὶ νυμφίον αὐτὸν λαμβάνει· καὶ οὐ φείδεται θυγατρὸς, ἵνα τῷ τετιμημένῳ ἐπιβουλεύσῃ. Καὶ ἔπαθλον βούλεται ἑκατὸν ἀκροβυστίας ἀλλοφύλων. Ὑπώπτευε γὰρ, ὅτι, ἐὰν εἰς πόλεμον αὐτὸν ἐμβάλῃ, οἱ ἑκατὸν, συμπλακέντες τῷ ἑνὶ, ἀποκτενοῦσι τὸν ἕνα· καὶ οὕτως ἀπαλλαγείη. Καὶ γέγονεν· ἀλλ' ὁ μὲν ἐχθρὸς ὡς ἐχθρὸς, ὁ δὲ Θεὸς ὡς Θεός. Ἀπέρχεται ὁ Δαβὶδ, καὶ νικᾷ μόνος ἑκατόν. Ὁ δὲ Σαοὺλ ἰδὼν Θεὸν σύμμαχον τοῦ ἐχθροῦ, οὐδὲ οὕτως ἐδυσωπήθη· μᾶλλον δὲ οὐ τοῦ ἐχθροῦ, ἀλλὰ τοῦ εὐεργέτου ἐπέμεινεν ἐν τῇ βουλῇ. Καὶ τῷ υἱῷ Ἰωνάθαν ἠγανάκτει, διὰ τὸ ἔχειν φίλα πρὸς τὸν Δαβὶδ, καὶ ἐπεχείρησε τὸν ἴδιον υἱὸν ἀνελεῖν τῇ βασκανίᾳ τῆς διανοίας ἀδλεπτῶν. Ἰδὼν δὲ ἑαυτὸν ἐπιβουλευόμενον ὁ Δαβὶδ, κρύβεται ἕως τῆς τρίτης· καὶ ὁ Δαβὶδ οἶδε τὴν τρίτην, καὶ συνθήκας ποιεῖται πρὸς τὸν Ἰωνάθαν, καὶ οὕτως φεύγει ὁ νικητής· οὐκ ἀτονῶν ἀμύνασθαι τὸν ἐχθρὸν, ἀλλὰ μὴ βουλόμενος κατὰ τοῦ εὐεργετηθέντος ἐπαγαγεῖν ξίφος· καὶ παραδοὺς ἅπαξ τῷ Θεῷ τὸ κριτήριον, καὶ φεύγων, ἔρχεται μετὰ τῶν οἰκετῶν πρὸς τὸν Ἀβιμέλεχ τὸν ἱερέα.

13. Hæc autem omnia recensemus ob historiam Evangelii, ob verbum illud Salvatoris: « Annon legistis [46] quid fecerit David, cum esuriret: quomodo venerit 52 in domum Dei, et panes propositionis comederit [47]? » Venit itaque David ad Abimelechum sacerdotem cum paucis viæ comitibus. Obstupefactus Abimelech, Ecquid illud, ait, ut dux exercitus solus iter faciat, et vir insignis tam exiguo comitatu utatur? Tum David nequaquam insidias sibi paratas memorat, sed re celata, ait, Jussum pueris esse ut in locum conveniant, cui nomen, *Deo fides*. Nota apud Davidem quoque fi-

D

13. Πάντα δὲ ταῦτα λέγομεν διὰ τὴν ἱστορίαν τοῦ Εὐαγγελίου, διὰ τὸ ῥῆμα τοῦ Σωτῆρος τὸ εἰρημένον· « Οὐκ ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε ἐπείνασεν, ὡς ἦλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν; » Ἔρχεται τοίνυν ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν Ἀβιμέλεχ τὸν ἱερέα, μετ' ὀλίγων ὁδοιπορῶν. Ἐξεπλάγη ὁ Ἀβιμέλεχ· καὶ, Τί τοῦτο γέγονε, φησὶν, ὅτι μόνος ὁ στρατηλάτης ὁδεύει, καὶ ὁ ἐπίσημος λιτοτέραν ποιεῖται τὴν ὁδοιπορίαν; Ὁ δὲ Δαβὶδ οὐ λέγει τὴν ἐπιβουλὴν, ἀλλὰ σιωπᾷ τὸ πρᾶγμα καί φησιν, ὅτι τοῖς παιδαρίοις ἐντέταλται (34) ἐν τῷ τόπῳ τῷ λεγομένῳ, Θεῷ πίστις. Σημείωσαι καὶ τοῦτο

[43] Matth. XII, 14. [44] Psal. XVI, 2. [45] I Reg. XVIII, 25. [46] I Reg. XXI, 6. [47] Matth. XII, 4.

(33) Τι non habetur in Commelin., nec in mss. sed a Parisiensibus additum fuit.

(34) Commel. habet ἐντέταλμαι.

καὶ παρὰ τῷ Δαβὶδ ἡ πίστις· διὰ τὸν μέλλοντα ἐξ αὐτοῦ γεννᾶσθαι, τὸν λέγοντα· « Κατὰ τὴν πίστιν σου γενηθήτω σοι. » Εἰκόνες καὶ ἐνταῦθα πραγμάτων καὶ ὁμοιότητες. Αἰτεῖ ἄρτους ὁ Δαβὶδ παρὰ τοῦ Ἀβιμέλεχ. Ὁ δέ φησι πρὸς αὐτόν. Οὐκ εἰσὶν ἄρτοι ἀλλ' ἢ οἱ ἁφιερωμένοι ἐκ προσώπου Κυρίου. Πάλιν ἄλλου νόμου δεῖ ἡμᾶς μνημονεῦσαι. Ὁ τοῦ Μωϋσέως νόμος ἔγραψεν ἐν ταῖς τελεταῖς τῆς λατρείας ταῖς γινομέναις κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Σαββάτου, δώδεκα ἄρτους θερμοὺς πεφθέντας τεθῆναι ἐπὶ τῆς τραπέζης. Ὅπου δὲ θέρμη, ἐκεῖ πῦρ. Λεγέτωσαν νῦν ἡμῖν οἱ Ἰουδαῖοι πῶς τηροῦσι τὸ Σάββατον, καὶ τὸ πῦρ ἅπτειν παραιτοῦνται, ὅπου οἱ ἱερεῖς ἅπτουσι πῦρ, καὶ ἄρτους πέψαντες θερμοὺς παρατιθέασι; Μὴ ἐγὼ μόνος παραβαίνω τὸ Σάββατον; Ἰδοὺ οἱ ἱερεῖς τοὺς θερμοὺς πέπτουσιν ἐν Σαββάτῳ, καὶ περιτομὴν διδόασιν ἐν Σαββάτῳ. Ὅπου δὲ περιτομή, ἐκεῖ καὶ σίδηρος, καὶ σπόγγοι, καὶ τὰ ἀκόλουθα. Ὅπου ἄρτοποιΐαι, ἐκεῖ καὶ κλίβανοι, ἐκεῖ καὶ φρυγάνων συγκομιδή, καὶ ὅλως ἔργον αὐτοῖς, τὸ τῆς ἀρτοποιΐας. Τῷ μὲν οὖν λαῷ τῶν Ἰουδαίων ἀπηγορεύετο μὴ ἐργάζεσθαι ἐν Σαββάτῳ· τοῖς δὲ ἱερεῦσιν οὐκ ἦν ἀπηγορευμένον. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμῖν καὶ πᾶσιν ἀφίεται τὸ ἐν Σαββάτῳ ἐργάζεσθαι· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς πάντες βασίλειον ἱεράτευμα. Πάλαι μὲν οὖν τοῖς ἱερεῦσιν ἦφίετο· (35) ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς γεγόναμεν βασίλειον ἱεράτευμα καὶ ἔθνος ἅγιον. Τοῦ νόμου γράψαντος. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου τοὺς δώδεκα ἄρτους τίθεσθαι ἐν τραπέζῃ· ἄρτων γὰρ ἀφιερωμένων ἐκείνων, ἐκ τῆς τραπέζης (36) ἤτει ὁ Δαβὶδ τὴν τροφήν. Ὁ δὲ Ἀβιμέλεχ ἔλεγε· « Εἰ διαπεφυλαγμένα τὰ παιδάρια, πλὴν ἀπὸ γυναικός. » Ὠδέ μοι λοιπὸν, ἐν παρεκβάσει τοῦ λόγου, ἀσφαλίζου τὸ εἰρημένον, ὁ πιστὸς, καὶ νόει μοι τὸ λεγόμενον· καὶ τὴν ἁγνείαν ἀναλάμβανε σαρκός. Εἰ γὰρ ὁ Ἀβιμέλεχ τότε ταῦτα παρήγγειλε, πῶς οὐχὶ καὶ παραφυλακτέον; Καὶ οὕτως ἔλαβεν ὁ Δαβὶδ, καὶ ἤσθιε τοὺς ἄρτους, καὶ ἐν Σαββάτῳ ἴσως ἔλαβεν.

dem esse : ob eum qui ex illo ortum ducturus erat, qui ait : « Fiat tibi secundum fidem tuam [48]. » Adsunt hic quoque rerum imagines similitudinesque. Postulat panes David ab Abimelecho; respondet illi : Nulli sunt panes præter eos qui consecrati sunt ex conspectu Domini. Alterius hic denuo legis mentio facienda est. Scripsit Moyses [49] in lege de initiationibus sacri cultus die Sabbati faciendis, duodecim panes calidos coctos ponendos esse supra mensam. Ubi autem calefactio, ibi ignis. Dicant hic nobis Judæi, quare Sabbatum observant, quo ignem accendere recusant; cum sacerdotes ignem accenderent, coctosque panes calidos apponerent? Num ego solus transgredior Sabbatum? Ecce ipsi sacerdotes calidos panes apponunt, coquuntque Sabbato, et circumcidunt Sabbato? Ubi autem circumcisio, ibi ferrum, spongiæ, et cætera quæ ad rem pertinent. Ubi panis confectio, ibi fornaces, ibi sarmentorum commeatus; ac demum opus ab illis peragitur quo panes confi.iant. Judæorum itaque populo vetitum erat, ne Sabbato opus facerent : sacerdotibus vero id prohibitum non erat. Quapropter nobis omnibusque permittitur in Sabbato operari, cum nos omnes simus regale sacerdotium. Olim igitur sacerdotibus permittebatur : nobis quoque quoniam sumus regale sacerdotium, gens sancta, idipsum permissum est Scribente lege, in die Sabbati duodecim panes supra mensam ponendos esse, ex illis in mensa consecratis panibus postulabat David sibi alimentum. Respondit Abimelech : « Si pueri abstinuerunt maxime a mulieribus [50]. » Jam tu mihi, qui fidelis es, ut paululum digrediamur, his ad cautelam utere verbis, et quod dicitur animadverte, castimoniamque carnis assume. Si namque id tunc præcepit Abimelech, cur non observandum? Sic David accepit, panesque comedit, ac fortassis in Sabbato accepit.

14. Ἐπεὶ οὖν οἱ Ἰουδαῖοι κατεμέμφοντο τῷ Σωτῆρι, διὰ τὸ ἐν Σαββάτῳ τοὺς μαθητὰς τίλλειν στάχυας καὶ ἐσθίειν· διὰ τοῦτο εὐκαιρότατα ἐμνημόνευσε τῆς ἱστορίας τῆς ἐν Σαββάτῳ γενομένης· ἵνα δείξῃ αὐτοῖς, ὅτι, εἰ πρὸς σωτήριον τροφὴν ἤφίετο τῷ Δαβὶδ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ ἐφάψασθαι ἄρτων ἐκ τῆς τραπέζης, οὐκ ἦν ἀπηγορευμένον καὶ τὸ στάχυας λαμβάνοντας, καὶ ψώχοντας ἐσθίειν τοὺς μαθητάς. « Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν; » Ἔχεις ἐξῆς συνεζευγμένην καὶ τὴν ἱστορίαν περὶ τῆς ξηρᾶς χειρός· ὅπως ὁ Σωτὴρ ἡμῶν εἰς τὴν συναγωγὴν εἰσελθὼν (δεῖ γὰρ ἡμᾶς παραδραμεῖν τὴν ἱστορίαν διὰ τὸ μῆκος τῶν λόγων, ἵνα μὴ προσκορὴς γένηται ἡ ἀκρόασις·) καὶ ἰδών τινα ἔχοντα ξηρὰν χεῖρα, καὶ γνώσεων ὅτι ἕτοιμοί εἰσιν οἱ Ἰουδαῖοι εἰς τὸ κατη-

14. Cum itaque Judæi Salvatorem coarguerent, quod discipuli ejus in Sabbato spicas vellerent atque comederent, opportunissime ille historiam Sabbato gestam commemoravit, ut ostenderet ipsis, si Davidi et comitibus ejus concessum fuit ut pro salute panes ex sacra mensa in cibum attingerent; non fuisse discipulis vetitum ut spicas vellerent, et confricarent ad comedendum. « Annon, inquit, legistis quid fecerit David, cum esuriret ipse et qui cum eo erant, quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis comedit? » Habes exinde adjunctam historiam de arida manu : quo pacto videlicet Salvator noster, ingressus in synagogam, (nobis namque percurrenda historia est, ob ejus prolixitatem, ne nauseam pariat audientibus), et cum vidisset quemdam manum aridam habere : nossetque Judæos ad criminandum paratos esse.

[48] Matth. IX, 29. [49] Levit. XXIV, 5. [50] I Reg. XXI, 4.

(35) Locus, ut videtur, mutilus.

(36) Anglicanus, ἐξῆς τραπέζης.

30. Περὶ γὰρ τῆς γενομένης εἰς πάντας πανταχοῦ θεογνωσίας τί δεῖ καὶ λέγειν, νῶν γιγνομένων ἀφ' ἑαυτῶν ἐχόντων τὴν πίστιν ; Οὐκ ἔστι γὰρ ἡμέραν παρελθεῖν, ἐν ᾗ ὅτε τὰ μὲν εἴδωλα οὐ καταλιμπάνουσιν ἄνθρωποι, καὶ τοὺς ἰδίους καὶ πατρικοὺς ἀρνοῦνται C νόμους, πρὸς δὲ Θεὸν καταφεύγουσι, καὶ τοὺς Χριστοῦ λαμβάνειν νόμους ἀξιοῦσι, παραδόξῳ θαύματι πιστεύοντες εἰς αὐτόν. Ἔτι γὰρ εἰδωλολατροῦντες καὶ ὡς ἄνθρωπον διαβάλλοντες τὸν Χριστὸν, τοῦτον ὕστερον Θεὸν γινώσκοντες, καταλιμπάνουσι τὰ εἴδωλα· καὶ οὓς ἐφοβοῦντο δαίμονας ἐν τοῖς ἐδώλοις, τούτους (50) τὸν Κύριον ἐπιγνόντες λοιπὸν καταλείπουσι, καὶ ἀπὸ ἄλλων διώκουσι· καὶ ἣν εἰδωλολατροῦντες ἡδονὴν ἐφοβοῦντο, ταύτης ἐν Χριστῷ καταφρονοῦσι, καὶ τὴν τότε νικῶσαν αὐτοὺς ἁμαρτίαν ἄρτι τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ νικῶντες παίζουσι. Καὶ γὰρ ἀπιστοῦντες ὅλως τῇ παρθενίᾳ, καὶ ἀδύνατον εἶναι λέγοντες ἐν ἀνθρώποις ταύτην εὑρίσκεσθαι τὴν ἀρετὴν πιστεύσαντες τῷ ἐκ Παρθένου Σωτῆρι, οὐ μόνον ἐπιγινώσκουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ταύτην πολιτευόμενοι, ἀπιστοῦνται παρὰ τοῖς D ἔτι ἔθνεσιν εἰδωλολάτραις. Ἐπὶ τούτοις δὲ ἤργησε πᾶσα μὲν φαρμακεία, πᾶσα δὲ μαγεία κατήργηται, καὶ πᾶσα τῶν Ἑλλήνων μεμώραται σοφία. Ἐν γὰρ τοῖς θείοις (51), οὐ λόγων, ἀλλ' ἔργων ἐστὶ χρεία· καὶ οὐχ ἡ προφορὰ τῆς γλώττης, ἀλλ' ἡ τῆς ψυχῆς διάθεσις ὠφελεῖ. Οἱ γοῦν Ἕλληνες οὐ καταλαμβάνουσι λόγοις ταῦτα, ἃ τῇ πίστει Χριστιανοὶ ἐπιδείκνυνται· καὶ ἃ ἐνεργοῦσι λόγοις οἱ μάγοι, ταῦτα (52), σιωπῶν-

[3] Job VIII, 17. [4] II Cor. VIII, 9.

(48) Regius. τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ.
(49) Ἀπό deest in Basiliensi et Anglicano.
(50) Anglicanus, τούτους.
(51) Anglicanus, τοῖς θεοῖς.
(52) In Anglicano hæc, ταῦτα... περὶ ἀθανασίας, desunt. Ibidem. Regius, καταργεῖται.

των ἡμῶν, τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ καταργεῖται· καὶ A
ἃ ἀμφιβάλλουσι περὶ ἀθανασίας, ταῦτα οἱ μάρτυρες
τοῦ Χριστοῦ οὐ λόγοις, ἀλλ' ἔργοις ἐπιδείκνυνται· καὶ
περὶ ἧς διστάζουσι παρθενίας οἱ μάγοι (53), καὶ τῶν
Ἑλλήνων φιλόσοφοι, ταύτην ἐν Χριστῷ καὶ γυναῖκες
ἐπιδείκνυνται· καὶ οἷς εὔχονται δαίμοσιν, ὡς θεοῖς,
τούτους καὶ παιδία ἐν Χριστῷ διώκουσι. Καὶ ὅλως ὁ
χριστοφόρος ἀνὴρ ὡς Θεός ἐστιν ἐπὶ γῆς, τοῖς μὲν ἀν-
θρώποις ἀνεξίκακος γενόμενος, πᾶσι δὲ ὡς σὺν ἡλίῳ
περιπολῶν, τὸν οὐράνιον ἐπιδεικνύμενος βίον.

31. Ἰδοὺ ἓν τοῦτο τοῦ σταυροῦ κατόρθωμα· ἰδοὺ
ταῦτα πεποίηκεν ὁ θάνατος τοῦ Σωτῆρος. Οὐ γὰρ ἀν-
θρώπου ἐστὶ τὸ ἔργον, ἀλλὰ Θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο πέ-
πονθεν ὡς ἄνθρωπος, ἵνα τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὑπὲρ ἄν-
θρωπον καὶ θεῖα χαρίσηται. Αὐτοῦ γοῦν ἐστι τὰ νῦν
ἐν ἀνθρώποις κατορθώματα. Κἂν γὰρ Παῦλος λαλῇ, B
ἀλλὰ Χριστός ἐστιν ἐν (54) αὐτῷ λαλῶν· κἂν μεγάλα
καὶ θαυμαστὰ ποιῇ, ἀλλ' ἡ τοῦ Χριστοῦ χάρις ἐστὶν ἡ
ταῦτα ἐνεργοῦσα· καὶ ἐὰν εἰς πάντας ἔφθασεν ἡ περὶ
Θεοῦ γνῶσις, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ διδασκαλία,
ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Λόγου κσταβάντος μεσίτου Θεοῦ καὶ ἀν-
θρώπων. Τοῦτο γὰρ γέγραπται, ὃ οἱ Ἰουδαῖοι μὲν ἐσιώ-
πησαν πάλαι, ἄρτι δὲ πληρούμενον ὁρῶσι· γέγραπται
γάρ, ὅτι « Ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ, » καθάπερ
καὶ ὁ Ἱερεμίας λέγει· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει
Κύριος· » καὶ ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ οὐ μὴ διδάξει
ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ καὶ ἕκαστος (55) τὸν ἀδελ-
φὸν αὐτῷ λέγων· Γνῶθι τὸν Κύριον· ὅτι πάντες εἰδή-
σουσί με ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν, ὅτι ἵλεως
ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν. » Τίς γάρ ἐστιν ὁ ἐν τοῖς
εἰδώλοις κατανύττων, εἰ μὴ ὁ Κύριος; καὶ τίς ὁ ἀν-
άγων (56) αὐτοὺς ἐκεῖθεν ἔτι δουλεύοντας εἰδώλοις, εἰ C
μὴ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ὁ λέγων· « Ὅταν ὑψωθῶ, πάν-
τας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν; » Τὸ γὰρ παράδοξόν ἐστι
τοῦτο, ὅτι, ἔτι (57) δουλευόντων αὐτῶν εἰδώλοις, δι-
ανοίγεται τούτων ὁ νοῦς τῆς ψυχῆς ὡς τὸ νοεῖν, ὅτι
οὓς μὲν ἐνόμιζνν πάλαι θεοὺς, ξύλα καὶ λίθους εἶναι· ὃν
δὲ ἐχλεύαζον ἐσταυρωμένον, τοῦτον οὐκ ἄνθρωπον,
ἀλλὰ Θεὸν ἐπιγινώσκειν (58). Νοῦ δὲ διδάσκαλος οὐκ
ἄνθρωπός ἐστιν, ἀλλ' ὁ τὸν νοῦν μόνος ὁρῶν Θεός.
Μακάρια ἀληθῶς καὶ ζωοποιὰ σταυρὲ τοῦ Σωτῆρος·
τὸν μὲν θάνατον ἐθριάμβευσας, τὸν δὲ τοῦτον κατέ-
χοντα διάβολον ἀνεῖλες. Θεῖα Λόγε, καὶ ἀληθῶς σοφία
τοῦ Πατρός· σὺ καὶ τοῦ πανούργου τὸ πρόσωπον ἔδειξας, καὶ τὴν πτύξιν τοῦ θώρακος αὐτοῦ ἐγύμνωσας·
ὥστε καὶ ἡμᾶς λέγειν· « Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα
ἐγνοῦμεν. » Φιλάνθρωπε καὶ ἀγαθὲ Δέσποτα· σὺ καὶ D
αἰχμαλώτους ἡμᾶς ὄντας ἐλυτρώσω, καὶ δουλεύοντας
τῇ ἁμαρτίᾳ, διὰ τοῦ θανάτου ἰδίου, Κύριε, ἠλευθέ-
ρωσας. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ἠλευθερώθημεν ἀπὸ τῆς
ἁμαρτίας. Εἰρηνοποιὲ ἀληθῶς (59) Υἱὲ τοῦ Θεοῦ· σὺ
καὶ τὴν υἱοθεσίαν ἡμῖν ἀποδέδωκας, καὶ ἀποκαταλλά-

nobis, signo crucis evanescunt : item quæ de im-
mortalitate in dubium vocant, hæc martyres Chri-
sti, non verbis, sed operibus exhibent : et de qua
virginitate magi et Græci philosophi dubitant, hanc
in Christo mulieres colunt : et quibus dæmonibus,
ut diis illis supplicant, eos pueruli in Christo perse-
quuntur. Domum vir qui Christum gestat, quasi
Deus est in terra, erga homines quidem patiens et
mansuetus : et, ac si cum sole circum omnia gyra-
ret, omnibus cœlestem exhibet vitam.

31. En tibi unum ex præclaris crucis facinori-
bus : hæc mors effecit Salvatoris. Nequaquam enim
hominis est opus, sed Dei. Atque ideo ut homo pas-
sus est, ut hominibus quæ supra hominem et di-
vina sunt, largiretur. Illius ergo sunt præclara
gesta, quæ apud homines jam emicant. Nam si
Paulus loquatur, Christus in ipso loquitur : si ma-
gna et mirabilia perpetravit, Christi gratia est
quæ talia operatur : et si in omnes permeavit Dei
cognitio, non hominum est 80 ejusmodi doctrina,
sed ipsius descendentis Verbi mediatoris Dei et
hominum. Hoc enim scriptum est, quod Judæi
quidem olim reticuere, sed jam completum vident :
hoc, inquam, scriptum est : « Erunt omnes doci-
biles Dei [5] ; » ut ait Hieremias propheta : « Ecce
dies veniunt, dicit Dominus ; » ac deinde subinfert :
« Non docebit quisque proximum suum, et quisque
fratrem suum, dicentes : Cognosce Dominum, quia
omnes me cognoscent, a parvo usque ad magnum
eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum [6]. »
Quis enim est qui ipsos idola colentes ad pœni-
tentiam movet, nisi Dominus ? Et quis eos ex ido-
lorum servitute educit, nisi ipse Christus, qui ait :
« Cum exaltatus, fuero, omnes traham ad meip-
sum [7] ? » Nam id certe summopere mirandum, quod
dum idola colunt, eorum mens aperiatur, ut intel-
ligant, quos olim deos arbitrabantur, ligna et lapi-
des esse : quem vero crucifixum irridebant, cum
non hominem, sed Deum agnoscant. Mentis autem
magister non homo est, sed qui mentem solus vi-
det Deus. Beata vere et vivifica crux Salvatoris,
quæ de morte triumphasti, et cum qui in sua po-
testate mortem tenebat, diabolum nempe, sustu-
listi. O divinum Verbum et vere sapientia Patris,
tu versuti illius faciem ostendisti, et plicas pecto-
ris illius nudasti, ita ut et nos dicamus : « Non enim
ejus cognitiones ignoramus [8]. » Hominum amator
ac bone Domine, tu nos captivos redemisti, peccato
servientes, per propriam mortem, Domine, libe-
rasti. Scimus enim nos a peccato fuisse liberatos.
O vere pacis conciliator Fili Dei, tu adoptionem
filiorum dedisti nobis, reconciliatisque nobis Patri

[5] Isa. LIV, 13 ; Joan. VI, 55. [6] Jerem. XXI, 31. 34. [7] Joan. XII, 32. [8] II Cor. II, 11.

(53) Regius, οἱ μεγάλοι, male.
(54) In Anglicano, ἐν deest.
(55) Ita Regius. In editis vero, hæc, τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος, desunt.
(56) Regius, καὶ τίς ὁ ἀγων.
(57) Ἔτι deest in Anglic. Mox idem, ὁ νοῦς, ὡς τὸ νοεῖν, οὓς μέν. Ibidem. Edit. Paris., ὡς τὸ νοεῖν. Regius, ὥστε νοεῖν. Edit. Commel. vero cum aliis mss., εἰς τὸ νοεῖν.
(58) Regius prima manu et Anglic., ἐπιγινώσκουσι.
(59) Ἀληθῶς abest ab Anglicano.

tuo, inimicitiam in carne destruxisti. Ditissime Salvator et vere rex, tu namque pauper fuisti, ut nos tua paupertate ditesceremus; tu nobis regnum cœlorum largitus es. Creator et opifex omnium, Verbum Patris, tu nos iterum creasti, tuaque sumus opificia, conditi ad bona opera. Vere lux et splendor Patris, tu quippe nos in tenebris illustrasti, non videntes nos ad lucem adduxisti. Forma atque imago vera Patris, tu nos perditos formasti, et imaginem Dei iterum reddidisti. Deus Verbum et vere vita, tu mortuos vivificasti nos, corruptos renovasti, induens incorruptione. Vere virtus, brachium et dextera Patris, tu dolores mortis solvisti, portas æreas et vectes ferreos confregisti, quemadmodum ait Scriptura. Tu draconem serpentem diabolum, hamo circumegisti humano, in tropæo crucis. Per te tuamque divinam virtutem, omnes eum calcant, omnes ei illudunt. Te enim ei primum illudente, initium creaturæ Domini incepit esse, conditæ ad ei illudendum. Te illum prosternente, res mirabilis visa omnibus est, ut dicerent: « Quomodo cecidit de cœlo Lucifer, qui mane oriebatur [9] ? » Te accipiente ab illo chirographum adversum nos exaratum, affigenteque illud cruci, ludibrio illum habent universi, dicentes : « Quomodo cessavit exactor, quievit accelerator ? contrivit Deus jugum peccatorum. Jam enim ei substernitur putredo, et operimentum ejus efficitur vermis [10]. » Nec est ultra qui draconem reformidet; sed te, et per te Patrem odorant.

ξας ἡμᾶς τῷ σαυτοῦ Πατρὶ, τὴν ἔχρραν ἐν τῇ σαρκὶ κατήργησας. Πλούσιε Σωτὴρ καὶ ἀληθῶς βασιλεῦ· σὺ γὰρ ἐπτώχευσας, ἵνα τῇ σῇ πτεωχείᾳ πλουτήσωμεν· σὺ καὶ τὴν βασιλείαν ἡμῖν τῶν οὐρανῶν ἐχαρίσω, κτίστα καὶ δημιουργὲ τῶν πάντων, Λόγε τοῦ Πατρός· σὺ γὰρ πάλιν ἡμᾶς ἀνέκτισας, καὶ σου ποιήματά ἐσμεν, κτισθέντες ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς. Φῶς ἀληθῶς καὶ ἀπαύγασμα τοῦ Πατρός· σὺ γὰρ ἡμᾶς ἐν σκότει κατέλαμψας, καὶ μὴ βλέπονται ἡμᾶς εἰς φῶς ἤγαγες. Μορφὴ καὶ εἰκὼν ὄντως τοῦ Πατρός· σὺ γὰρ ἡμᾶς ἀπολλυμένους (60) ἐμόρφωσας, καὶ πάλιν ἐχαρίσω τὸ κατ' εἰκόνα. Θεὲ Λόγε καὶ ἀληθῶς ζωή· σὺ γὰρ ἀποθανόντας ἐζωοποίησας, καὶ φθαρέντας ἀνεκαίνισας, ἐνδύσας τὴν ἀφθαρσίαν. Λύναμις ἀληθῶς, καὶ βραχίων, καὶ δεξιὰ τοῦ Πατρός· σὺ γὰρ καὶ τὰς ὠδῖνας ἔλυσας τοῦ θανάτου, θύρας χαλκᾶς καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς κατέξας, ὡς ἡ Γραφὴ λέγει. Σὺ καὶ τὸν δράκοντα (61), τὸν ὄφιν, τὸν διάβολον, ἐν ἀνθρωπίνῳ ἀγκίστρῳ περιήγαγες ἐν τῷ τροπαίῳ τοῦ σταυροῦ. Διὰ σὲ καὶ τὴν σὴν θείαν ἀνδραγαθίαν πάντες μὲν αὐτὸν πατοῦσι, πάντες δὲ αὐτοῦ καταπαίζουσι. Σοῦ γὰρ πρώτου παίξαντος εἰς αὐτὸν, γέγονε λοιπὸν ἀρχὴ πλάσματος Κυρίου, πεποιημένου εἰς τὸ καταπαίζεσθαι. Καὶ σοῦ τοῦτον καταβαλόντος (62), γέγονε πᾶσι θαῦμα, ὥστε καὶ λέγειν· « Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος ὁ πρωῒ ἀνατέλλων ; » Καὶ σοῦ λαβόντος παρ' αὐτοῦ τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, καὶ προσηλώσαντος αὐτὸ τῷ σταυρῷ, πάντες κατ' αὐτοῦ κατακερτομοῦσι (63) λέγοντες· « Πῶς ἀναπέπαυται ὁ ἀπαιτῶν ; καὶ ἀναπέπαυται ὁ ἐπισπουδαστής ; συν-

ἔτριψεν ὁ Θεὸς τὸν ζυγὸν τῶν ἁμαρτωλῶν. Λοιπὸν γὰρ ὑποκάτω αὐτοῦ στρώννυται σῆψις, καὶ τὸ κατακάλυμμα (64) αὐτοῦ γίνεται σκώληξ, » καὶ πάντες οὐκέτι τὸν δράκοντα φοβοῦνται, ἀλλὰ σὲ, καὶ διὰ σοῦ τὸν Πατέρα προσκυνοῦσιν.

32. Sic resurgens Dominus, statim morti illusit, nosque ab ea liberavit. Judæi autem ne ista quidem videntes pudore sunt affecti, ignorantes se ista contra Salvatorem ausos, adversum sese ea ipsa moliri. Non videbant quippe se Dominum **81** tradendo, traditionem Jerusalem provocare, dicente Hieremia propheta: « Traditione tradetur Jerusalem in manus Nabuchodonosor regis Babylonis [11]. » Neque advertebant nolentes Domino servire, sese diabolo in servos subjicere, ipsique ministrare ad insidias adversus Christum. Ignorabant enim se Barabbam postulando, atque Dominum occidendo, Barabbæ vitam acturos esse, omneque seditionis cædisque genus apud se augendum fore, atque repudiare se lucem et veritatem, et quidquid est Dominus, ut ait Isaias : « Ecce dominator Dominus Sabaoth, auferet a Judæa, et a Jerusalem, validum et validam, robur panis et robur aquæ, gigantem et fortem, principem et bellatorem, et judicem et prophetam et ariolum et senem, quinquagenarium

32. Οὕτω μὲν οὖν ὁ Κύριος ἐξαναστὰς, ταχέως κατέπαιξε τοῦ θανάτου, καὶ ἡμᾶς ἠλευθέρωσεν ἀπ' αὐτοῦ. Ἰουδαῖοι δὲ, οὐδὲ ταῦτα βλέποντες, ᾐσχύνοντο, ἀλλὰ καὶ ἠγνόουν τολμῶντες κατὰ τοῦ Σωτῆρος, ὅτι καθ' ἑαυτῶν ἐπεχείρουν ταῦτα. Οὐκ ἔβλεπον γὰρ παραδιδόντες τὸν Κύριον, ὅτι τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ παράδοσιν προκαλοῦνται, λέγοντος τοῦ προφήτου Ἱερεμίου· « Παραδιδομένη παραδοθήσεται Ἱερουσαλὴμ εἰς χεῖρας Ναβουχοδονόσωρ βασιλέως Βαβυλῶνος. » Καὶ οὐκ ἔβλεπον, ὅτι, μὴ θέλοντες δουλεύειν τῷ Κυρίῳ, ὑπέβαλλον ἑαυτοὺς τῷ διαβόλῳ δούλους, καὶ ὑπηρέτουν αὐτῷ εἰς τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος, ἐπιβουλήν. Ἠγνόουν γὰρ τὸν Βαραββᾶν αἰτούμενοι, καὶ τὸν Κύριον ἀποκτείνοντες, ὅτι τὸν μὲν βίον βιώσονται τοῦ Βαραββᾶ, καὶ πᾶσα στάσις καὶ φόνος παρ' αὐτοῖς αὐξήσει· ἀποβαλοῦσι δὲ ἀφ' ἑαυτῶν τὸ φῶς καὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ὁ Κύριος, ὡς ὁ Ἡσαΐας λέγει· « Ἰδοὺ δὴ ὁ δεσπότης Κύριος Σαβαὼθ, ἀφελεῖ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας καὶ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος, γίγαντα

Isa. XIV. 12. [10] Ibid., 5, 4, 11. [11] Jerem. XXXII, 4.

(60) Regius, ἀπολλομένους.
(61) Τὸν δράκοντα deest in Anglicano.
(62) Regius, καταβάλλοντος.
(63) Regius, κερτομοῦσι.
(64) Basiliensis, κάλυμμα. Regius, κατάλυμμα. Editi, κατάλυμα, sed legendum cum O', κατακάλυμμα.

καὶ ἰσχύοντα, καὶ ἄρχοντα πολεμιστὴν, καὶ δικαστὴν, καὶ προφήτην, καὶ στοχαστὴν, καὶ πρεσβύτερον, καὶ πεντηκόνταρχον, καὶ θαυμαστὸν σύμβουλον, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατήν. Καὶ ἐπιστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐμπαῖκται κυριεύσουσιν αὐτῶν. » Ἐνέπαιζον γὰρ οἱ ἄθλιοι τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἔβλεπον, ὅτι τὸ προφητικὸν κατ' αὐτῶν ἐπληροῦτο ῥητὸν τὸ λέγον· « Ἐμπαῖκται κυριεύσουσιν αὐτῶν. » Τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ παράδοξον τοῦ Σωτῆρος, ὅτι σταυρούμενος ἔπασχε μὲν ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος, κατέπαιξε δὲ τοῦ θανάτου, καὶ κατὰ Ἰουδαίων ἐπληροῦτο τὰ γεγραμμένα. Ὅτι δὲ καὶ τὸ φῶς ἀφῄρηται ἀπ' αὐτῶν, γέγραπται ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ οὕτως· « Ὁ Λόγος ὁ γενόμενος ἐπὶ Ἱερεμίαν ἐπὶ πάντα τὸν λαὸν Ἰούδα. » Εἶτα ἐπιφέρει λέγων· « Ἀφελῶ ἀπ' αὐτῶν φωνὴν εὐφροσύνης, καὶ φωνὴν χαρᾶς, φωνὴν νυμφίου καὶ φωνὴν νύμφης, ὀσμὴν μύρου καὶ φῶς λύχνου. » Ἀμέλει παρεδίδουν τοῖς ἔθνεσι τὸν Κύριον, καὶ οὐκ ᾔδεισαν, ἀλλ' ἐτύφλωττον, ὅτι αὐτοὶ οὐ μετὰ πολὺ μιανθήσονται ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτῶν εἰσελεύσονται κατ' αὐτῶν τὰ ἔθνη, καθάπερ γέγραπται· « Ὁ Θεὸς, εἰσῆλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίανον τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ἔθεντο Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον. » Ἀρνούμενοι τὸν Κύριον ἔχειν βασιλέα, ἠγνόουν στερισκόμενοι τῆς Δαβιτικῆς (65) τιμῆς. Αὐτῷ γὰρ ἀπέκειτο τοῦ Δαβὶδ ἡ βασιλεία, καὶ μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἔφθανεν αὐτὴ, ἐπὶ μάρτυρι τῷ Ἰακὼβ λέγοντι· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ, ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Καὶ γυμνοῦντες δὲ τὸν Κύριον, καὶ τύπτοντες αὐτὸν, οὐκ ᾔδεισαν ἐκδιδυσκόμενοι παρ' αὐτοῦ, καὶ κοπετὸν καθ' ἑαυτῶν παροξύνοντες· λέγει γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος· « Ἀφελοῦμαι τὰ ἱμάτιά μου καὶ τὰ ὀθόνια, τοῦ μὴ καλύπτειν τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς· » καὶ πάλιν· « Ἕνεκεν τούτου κόψεται καὶ θρηνήσει, πορεύσεται ἀνυπόδητος, καὶ γυμνή. ποιήσεται κοπετὸν ὡς δρακόντων, καὶ πένθος ὡς θυγατέρων σειρήνων. » Καὶ ποιοῦντες ἐπιβληθῆναι χλαμύδα κοκκίνην, οὐκ ἔβλεπον καθ' ἑαυτῶν τὴν κατηγορίαν τοῦ Πνεύματος πληροῦντες, ὅτι « Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. » Χαίροντες (66) δὲ καὶ ἐπὶ τῷ περικεῖσθαι ἀκάνθας τὸν Σωτῆρα, ἐτύφλωττον, καθ' ἑαυτῶν αὐτὰς περιτιθέντες. Γέγραπται γάρ· « Ἔκστητε, λυπήθητε, ἀπεκοιθυΐσατε, ἐκδύσασθε, γυμναὶ γένεσθε, περιζώσασθε τὰς ὀσφύας, καὶ ἐπὶ τῶν μαστῶν κόπτεσθε ἀπ' ἀγροῦ ἐπιθυμήματος, καὶ ἀπὸ ἀμπέλου γενήματος. Ἡ γῆ τοῦ λαοῦ μου ἄκανθα, καὶ χόρτος ἀναβήσεται, καὶ ἐκ πάσης οἰκίας εὐφροσύνη ἀρθήσεται. » Ἐλεύα-

A et admirabilem consiliarium, et sapientem architectum et prudentem auscultatorem. Et constituam adolescentes principes eorum, et illusores eis dominabuntur [12].» Illudebant enim miseri Domino, neque advertebant propheticum adversum se sermonem impleri qui ait :« Illusores eorum dominabuntur.» Hoc enim est in Salvatore mirandum, quod cruci affixus pro humano quidem genere pateretur, morti vero illuderet, et in Judæorum malum implerentur quæ scripta essent. Quod autem lux ab illis ablata sit, scriptum est in Jeremia his verbis : « Verbum quod factum est super Jeremiam in omnem populum Juda [13]. » Postea hæc adjicit :« Auferam ab illis vocem lætitiæ et vocem gaudii, vocem sponsi et vocem sponsæ, odorem unguenti et lumen lucernæ [14]. » Revera tradidere Dominum gentibus at-

B que cæcutientes ignorabant se haud diu postea in gentibus polluendos esse, et in suam hæreditatem gentes contra se ingressuras esse, quemadmodum scriptum est : « Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam [15]. » Dum negarent se Dominum regem habere, ignorabant privari se Davidico honore siquidem illi repositum erat Davidis regnum, quod usque ad Salvatoris adventum perduravit, teste Jacobo : « Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat ille cui repositum est, et ipse est exspectatio gentium [16]. » Et nudantes Dominum, atque verberantes, nesciebant se ab illo nudari, et planctum sibimetipsis concitare; ait

C quippe ipse Dominus : « Auferam vestimenta mea, et linteamina, ut ne turpitudinem ejus operiant [16]»; et rursum : « Propterea planget et lugebit, incedet discalceata et nuda : faciet planctum veluti draconum, et luctum veluti filiarum sirenum [18]. » Et curantes ut imponeretur ei chlamys coccinea, non viderunt se adversum se implere illam Spiritus sancti accusationem : « Manus vestræ sanguine sunt plenæ [19]. » Gaudentes autem quod Salvator spinis circumdaretur, cæcutiebant, non videntes se illas contra sese circumponere : scriptum est enim :« Obstupescite, lugete, quæ in fiducia fuistis, exuite vos, nudæ estote, circumcingite lumbos, et super ubera planctum facite ab agro desiderii, et a vinea germinationis. Terra populi mei spina, et fenum ascendet, et ex omni domo lætitia auferetur [20]. » Dominum irridebant, ut Filium Dei (sese dicentem), neque videbant se adoptionem abjicere, ut ipse testatur his verbis : « Filios gene-

[12] Isa. III, 3, 1-4. [13] Jerem. XXV, 1. [14] ibid. 10. [15] Psal. LXXVIII, 1. [16] Genes. XLIX, 10. [17] Osee II, 9, [18] Mich. I, 8. [19] Isa. I, 15. [20] Isa. XXXII, 11, 12.

(65) Regius et edit. Commel., Δαυϊτικοῦς. Edit. vero Paris. et alii, Δαβιτικῆς. *Porro*, ait Felc., *est in codice quodam Biblioth. Archipalat. codex ms., qui inter alia continet quoque*, ἔρανον ἐκ τοῦ χρυσοκεφαλαίου (*sic inscribitur absque collectoris nomine*) *in particulam quamdam primi cap. Lucæ. Qui cento in illa verba :* Et erat in diebus Herodis regis Juda, *hunc locum sic citat :* Ἀθανασίου εἰς τὸν σταυρόν. Ὦ ἀπόκειται ἡ Δαβιτικὴ βασιλεία, καὶ μέχρι τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ ἔφθανεν αὕτη, ἐπὶ μάρτυρι τῷ Ἰακὼβ, λέγοντ.. Οὐκ ἐκλῆψει (sic) ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ τὰ ἑξῆς. *Hæc ibi.*

(66) Regius, χαίροντες.

ravi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me [21]. » Et : « Ecce relinquitur vobis domus vestra [22]. » Potabant eum aceto et felle, sed hac in re quoque valde cæci. Nam Deus vineam ex Ægypto transtulerat, et plantaverat illam, et exspectavit ex illa se percepturum fructum, uvam et vinum : illi autem insipientes pro vino acetum, pro uva fel reddidere : argumentum sane Sodomiticæ suæ improbitatis exhibentes; **82** illorum enim uva fel est, ut in Deuteronomio scriptum est [23]. Ideo namque Dominus et Salvator noster, cum sciret ejusmodi fructum ab illis proventurum, prædixit illis parabolam vitis, et quod ab illis auferendum esset regnum cœlorum, tradendumque genti facienti fructus ejus. Ad hæc, divisere carnificibus vestimenta, ignari divisionis dispersionisque futuræ sibi inter gentes : ait enim propheta : « Ecce venient dies Domini, et dividentur spolia tua in te. Et congregabo omnes gentes ad Jerusalem in prælium, et capietur civitas, et diripientur domus, et mulieres violabuntur [24]. » Et rursum : « Nunc comedet rubigo sortes eorum [25]. » Et ut Michæas ait : « In illa die sumetur super vos parabola, et ploratus cum cantico, his verbis : Ærumna ærumnosa facta est portio populi mei, funiculo dimensi sunt illam, nec erat qui impediret eum ne averteretur : agros vestros dimensi sunt [26]. » Et ut compendio dicam, adversus Dominum ausi, suam ipsa contra sese provocabant diem, quam prædixit propheta : « Dies enim judicii Domini, retributionis judicii Sion. Et convertentur valles in picem, et terra ejus in sulphur. Eritque terra eorum quasi pix ardens nocte et die, et non exstinguetur in sempiternum, ascendetque fumus ejus sursum. Hæc in generationem desolabitur, et habitabunt in ea volucres et erinacei, et ibides et corvi. Et inducetur in eam funiculus geometriæ eremi, et onocentauri habitabunt in ea. Principes ejus non erunt; reges et magnates ejus erunt in perniciem. Et pullulabunt in civitatibus ejus ligna spinea, et in præsidiis ejus. Et erit stabulum sirenum, et tugurium struthionum, et occurrent dæmonia onocentauris, et clamabunt alter ad alterum. Ibi requiescent onocentauri : invenerunt enim sibi requiem. Ibi nidum fecit erinaceus, et servavit terra campos suos cum securitate [27]. »

33. In has calamitates inciderunt Judæi, cum putarent se Dominum occidere : hæc adversum se provocarunt, dum clamarent in Salvatorem :

ζον τὸν Κύριον, ὡς Υἱὸν Θεοῦ, καὶ οὐκ ἔβλεπον ἀποβαλλόμενοι τὴν υἱοθεσίαν (67), ὡς αὐτὸς διαμαρτύρεται λέγων· « Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· » καὶ, « Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. » Ἐπότιζον αὐτὸν ὄξος καὶ χολήν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο σφόδρα τυφλὸν κατ' αὐτῶν. Ὁ μὲν, γὰρ Θεὸς ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρε, καὶ κατεφύτευσεν αὐτὴν, καὶ περιέμενε τοῦ λαβεῖν παρ' αὐτῶν τὸν καρπὸν, σταφυλὴν καὶ οἶνον· οἱ δὲ ἄφρονες, ἀντὶ οἴνου ὄξος, ἀντὶ δὲ σταφυλῆς χολὴν ἐπεδίδουν, γνώρισμα τῆς κατὰ Σοδομίτας αὐτῶν κακίας ἐμφαίνοντες· καὶ γὰρ αὐτῶν ἡ σταφυλὴ χολή ἐστι, κατὰ τὰ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ γεγραμμένα. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν, εἰδὼς τὸν παρ' αὐτῶν ἐσόμενον τοιοῦτον καρπὸν, προέλεγεν αὐτοῖς τὴν παραβολὴν τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν (68) ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. Πρὸς τούτοις διήρπουν τὰ ἱμάτια τοῖς δημίοις, οὐχ ὁρῶντες τὸν κατ' αὐτῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι γιγνόμενον μερισμόν (69)· φησὶ γὰρ ὁ προφήτης· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται τοῦ Κυρίου, καὶ διαμερισθήσεται τὰ σκύλα σου ἐν σοί. Καὶ ἐπισυνάξω πάντα τὰ ἔθνη εἰς πόλεμον εἰς Ἱερουσαλὴμ (70), καὶ ἁλώσεται ἡ πόλις, καὶ διαρπαγήσονται αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ γυναῖκες μολυνθήσονται· » καὶ πάλιν· « Νῦν καταφάγεται ἡ ἐρυσίβη (71) τοὺς κλήρους αὐτῶν· » καὶ καθὼς ὁ Μιχαίας φησί· « Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ληφθήσεται ἐφ' ὑμᾶς παραβολὴ, καὶ θρηνήσεται θρῆνος ἐμμελὲς (72) λέγων· Ταλαιπωρίᾳ ἐταλαιπώρησε μερὶς λαοῦ μου, κατεμετρήθη ἐν σχοινίῳ, οὐκ ἦν ὁ κωλύων αὐτὸν τοῦ ἀποστρέψαι· οἱ ἀγροὶ ὑμῶν διεμετρήθησαν. » Καὶ συνελόντι φράσαι, τολμήσαντες κατὰ τοῦ Κυρίου, καθ' ἑαυτῶν τὴν ἡμέραν προσεκαλέσαντο, ἣν προέλεγε καὶ ὁ προφήτης· « Ἡμέρα γὰρ κρίσεως Κυρίου, ἀνταποδόσεως κρίσεως Σιών. Καὶ στραφήσονται αἱ φάραγγες εἰς πίσσαν, καὶ ἡ γῆ αὐτῆς εἰς θεῖον. Καὶ ἔσται ἡ γῆ αὐτῆς ὡς πίσσα καιομένη νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ οὐ σβεσθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, καὶ ἀναβήσεται ὁ καπνὸς αὐτῆς ἄνω. Αὕτη (73) εἰς γενεὰν ἐρημωθήσεται, καὶ κατοικήσουσιν ἐν αὐτῇ ὄρνεα καὶ ἐχῖνοι, καὶ ἴβεις, καὶ κόρακες. Καὶ ἐπιβληθήσεται ἐπ' αὐτὴν σπαρτίον γεωμετρίας ἐρήμου, καὶ ὀνοκένταυροι οἰκήσουσιν ἐν αὐτῇ. Οἱ ἄρχοντες αὐτῆς οὐκ ἔσονται· καὶ οἱ βασιλεῖς καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτῆς ἔσονται εἰς ἀπώλειαν. Καὶ ἀναφύσει εἰς τὰς πόλεις αὐτῆς ἀκάνθινα ξύλα, καὶ εἰς τὰ ὀχυρώματα αὐτῆς. Καὶ ἔσται ἔπαυλις σειρήνων καὶ αὐλὴ στρουθῶν, καὶ συναντήσουσι δαιμόνια ὀνοκενταύροις, καὶ βοήσουσιν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον. Ἐκεῖ ἀναπαύσονται ὀνοκένταυροι· εὗρον γὰρ αὐτοῖς ἀνάπαυσιν. Ἐκεῖ ἐνόσσευσεν ἐχῖνος, καὶ ἔσωσεν ἡ γῆ τὰ πεδία αὐτῆς μετὰ ἀσφαλείας. »

33. Ταῦτα πεπόνθασιν οἱ Ἰουδαῖοι, δοκοῦντες τὸν Κύριον ἀποκτείνειν· ταῦτα καθ' ἑαυτῶν προεκολέσαντο, βοῶντες κατὰ τοῦ Σωτῆρος· ἐν τούτοις κατε-

[21] Isa. I, 2. [22] Matth. XXIII, 38. [23] Deut. XXXII, 12. [24] Zachar. XIV, 1, 2. [25] Osee. V, 7. [26] Mich. II, 4, 5. [27] Isa. XXXIV, 8-15.

(67) Regius, τῆς υἱοθεσίας.
(68) Ita Regius. Editi vero, ἀφ' ἡμῶν.
(69) Regius codex et Anglic. γιγνόμενον διαμερισμόν. Editi vero, γιγνόμενον μερισμόν.
(70) Regius, ἐπὶ Ἱερουσαλήμ.
(71) Ita Regius et Anglic. Editi vero, ἐρυσίμη.
(72) Ἐμμελεί, mendose pro ἐν μέλει.
(73) Αὕτη deest in Anglicano.

κρίθησαν θελήσαντες κρῖναι τὸν Κύριον. Καί μοι παρελθὼν ὁ βουλόμενος γενέσθω δικαστὴς, οὐκ ἐξ (74) ἀφανῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐκ τῶν γιγνομένων τὴν ἀλήθειαν ἀναλογιζόμενος. Καὶ σκοπείτω, τίς μὲν ὁ τοῦ Κυριακοῦ θανάτου καρπὸς, τί δὲ τῆς ἐπιβουλῆς τῶν Ἰουδαίων τὸ κέρδος. Ὁ μὲν γὰρ θάνατος τοῦ Σωτῆρος τὴν οἰκουμένην ἠλευθέρωσε, καὶ τὰ ἔθνη τὸν Θεὸν ἐδόξασεν· ὁ δὲ τῶν Ἰουδαίων θυμὸς σὺν αὐτοῖς τοῖς Ἰουδαίοις ἀπώλεσε καὶ τὴν πόλιν, καὶ τῆς θεογνωσίας αὐτοὺς ἐτύφλωσε. Καὶ ὁ μὲν θάνατος τοῦ Κυρίου τοὺς νεκροὺς ἐζωοποίησεν, ἡ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐπιβουλὴ τῆς ζωῆς αὐτοὺς τοὺς Ἰουδαίους ἐστέρησε, καὶ νῦν εἰσι χωρὶς τοῦ Κυρίου (75). Καὶ ὁ μὲν σταυρὸς τοῦ Σωτῆρος τὴν Ἐκκλησίαν τῶν ἐθνῶν ἔρημον οὖσαν κατῴκησεν· Ἰουδαῖοι δὲ τῇ κακίᾳ ἑαυτῶν καὶ τῆς οἰκουμένης ἑαυτοὺς ἐρήμωσαν, καὶ νῦν εἰσὶν οὐκ ἔχοντες πόλιν. Καὶ πάλιν ὁ μὲν θάνατος τοῦ Σωτῆρος τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀνέδειξεν· Ἰουδαῖοι δὲ τῷ θυμῷ καὶ τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἀπώλεσαν, καὶ τοὺς μεγιστᾶνας κατέβαλον. Πρὸς τούτοις ὁ σταυρὸς τοῦ Κυρίου ἀγγέλους συνῆψε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μεσίτης τῆς φιλίας αὐτῶν γέγονεν· Ἰουδαῖοι δὲ ἐπιβουλεύοντες ἐκέρδαναν τὴν μετὰ δαιμόνων κατοίκησιν. Καὶ ὁ μὲν θάνατος τοῦ Χριστοῦ ἐκούφισε τὴν τῶν ἀνθρώπων διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀλογίαν· Ἰουδαῖοι δὲ ἠλογίσθησαν τῷ θυμῷ, καὶ νῦν μετὰ σειρήνων, καὶ ἐχίνων, καὶ στρουθῶν (76) τοῖς τρόποις συναναστρέφονται, ἀλλόκοτον ἔχοντες καὶ οὕτως τὸν τρόπον, ὡς ὀνοκένταυροι. Καὶ γὰρ ἀντὶ τοῦ νόμου, ἀνομία παρ' αὐτοῖς ἐστιν· ἀντὶ δὲ πραότητος, « Θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως. » Καὶ ὅλως οὐδέν ἐστι παρ' αὐτοῖς, ὃ μὴ θάνατον αὐτοῖς κατεργάζεται (77)· Ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιον τῷ θανάτῳ προσκεῖσθαι, καὶ ἀφιέναι τῶν Φαρισαίων τὸ συνέδριον; Ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιον τῷ σταυρῷ μᾶλλον προσκυνεῖν ἢ τὴν Ἰουδαίων καὶ τοῦ κόσμου κερδάναι φιλίαν; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος γέγραφε· « Τὰ πάντα ἡγημαι ζημίαν, ἵνα κερδάνω Χριστόν· » διὰ τοῦτο καύχημα ἡγεῖται τὸν σταυρὸν, λέγων· « Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ κόσμῳ. » Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἔλεγεν· « Ὅς ἂν μὴ (78) ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσῃ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, οὐδὲ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι. ».

in his damnati sunt, dum vellent condemnare Dominum. Quisquis transierit, sit, si velit, judex, nec ex rebus occultis obscurisque, sed ex gestis veritatem colligat. Consideretque, qui sit Dominicæ mortis fructus : quod Judaicarum insidiarum emolumentum. Siquidem mors Salvatoris orbem terrarum liberavit, ita ut gentes Deum glorificent : Judæorum vero furor civitatem cum ipsis Judæis perdidit, et in Dei cognitione ipsos excæcavit. Mors Domini mortuos vivificavit : Judæorum insidiæ Judæos ipsos vita privarunt, et jam absque Domino sunt. Crux Salvatoris Ecclesiam gentium, dum deserta esset, habitatoribus frequentavit; Judæi vero improbitate sua orbe terrarum sese excluserunt, nec jam civitatem ullam habent. Ac rursum, mors Salvatoris, regnum cœlorum exhibuit : Judæi contra furore suo, reges suos perdiderunt, et magnates amiserunt. Ad hæc, crux Domini angelos cum hominibus sociavit, et conciliatrix ipsa fuit mutuæ illorum amicitiæ : et Judæi insidiis suis, dæmonum contubernium lucrati sunt. Mors Christi allevavit hominum peccandi insipientiam : Judæi vero præ furore insipientes facti sunt, jamque cum sirenis, erinaceis et struthionibus moribus conversantur, moribus absurdi perinde atque onocentauri. Pro lege enim apud illos injustitia obtinet : pro mansuetudine. « Furor illis secundum similitudinem serpentis [28]. » In summa, nihil apud illos SS quod non ipsis mortem inferat. Annon morti Domini adhærere convenit, ac dimittere consessum Pharisæorum? Annon præstat crucem potius adorare, quam Judæorum et mundi amicitiam nobis conciliare? Ideo namque scripsit beatus Paulus : « Omnia arbitratus sum detrimenta, ut Christum lucrifaciam [29] : » quare gloriam sibi crucem arbitratur, aiens : « Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [30]. » Quamobrem ipse Dominus ait :« Quicunque non tulerit crucem suam et secutus me fuerit, non est me dignus, nec potest meus esse discipulus [31]. »

34. Ἀλλ' ἐνταῦθα πολλῆς ἀσφαλείας ἐστὶ χρεία, μήποτε κατὰ τοὺς Ἰουδαίους αἴρωμεν τὸν σταυρὸν, καὶ μὴ κατὰ τὸν Παῦλον. Ὁ μὲν γὰρ Παῦλος ὡς τρόπαιον τῆς ἁμαρτίας ἐφόρει τὸν σταυρόν· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἐπὶ τῷ τὸν Κύριον ἀνελεῖν. Διὰ τοῦτο ἀσφαλίζεσθαι χρὴ καὶ νήφειν, μήποτε, κατηγοροῦντες Ἰουδαίων, τὰ αὐτὰ αὐτοῖς κατὰ τοῦ Κυρίου πράττωμεν. Πολλοὶ γὰρ προσκυνοῦντες τὸν Κύριον, καὶ

34. Sed hic multa cautione est opus, ne sicut Judæi tollamus crucem, non sicut Paulus. Paulus namque ut tropæum peccati gestabat crucem; Judæi vero ut Dominum occiderent. Quapropter caute ac sobrie agendum, ne, dum incusamus Judæos, paria cum illis contra Dominum faciamus. Multi siquidem adorantes Dominum, nec sicut dignum illo est vitam agentes, non advertunt se

[28] Psal. LVII, 5. [29] Philipp. III, 8. [30] Galat. VI, 14. [31] Matth. X, 38; Luc. XIV, 27.

(74) Ἐξ deest in Anglicano.
(75) Anglican. Basiliens. et Reg., prima manu, χωρὶς τοῦ νεκροῦ. Regius, secunda manu, χωρὶς τοῦ Κυρίου νεκροί. Editi, χωρὶς τοῦ Κυρίου.
(76) Basiliensis, στρουθίων.
(77) Regius, κατ' αὐτῶν ἐργάζεται.
(78) Regius et Basiliensis, Ὅς ἐὰν μή.

reos effici mortis Salvatoris : nam, « Quicunque manducaverit panem, et biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini [32], » testatur Apostolus. Eadem ratione, « Qui odit fratrem suum, non diligit Dominum ; » sed perinde atque Judæi illum odio habet. Qui autem pauperem nihili facit, is Dominum, ut Judæi, contumelia afficit. Hoc Salomon ait : « Qui despicit pauperem, exprobrat factori ejus [33]. » Qui negligit pauperem esurientem, sitientem et nudum, similis est Judæis qui Dominum exuerunt, et potaverunt aceto et felle. Et qui munera super innocentes acceperit, nihil differt ab eo qui Dominum vendidit, Juda : ipse enim quoque justitiam, quæ est Dominus, vendit, ut ille Christum vendidit. Et qui non judicat pupillo, nec viduæ jus suum reddit, is est similis insidiatoribus et calumniatoribus Domini. Demum, quæ quis in proximum operatur, ea reputantur facta in Dominum, qui propter nos descendit, et pro nobis mortuus est. Ita namque ait ipse Dominus in Evangeliis : « In quantum uni ex pusillis istis fecistis, mihi fecistis [34]. » Rursum hoc necessarie sciendum observandumque est. Qui fornicatur, suam ipse animam perdit, contumeliaque afficit, ut Judæi templum et corpus Domini. Qui vero, « templum Domini violaverit, disperdet illum Deus [35], » ut Paulus scribit. Et qui sub regno peccati degit, nihil differt a Judæis abnegantibus dicentibusque se, non Dominum, sed Cæsarem regem habere. Nec ignorandum est, eum qui voluptatibus subjicitur, iisque multum delectatur, ipsum, inquam, ut Judæos, Barabbam postulare, et Dominum occidere. Ita namque Judæi, improbos Barabbæ mores diligentes, demum virtutem sunt persecuti. Sciendum item, eum qui in fide firmus non est, similem iis esse qui incredduli aiebant : « Si Filius Dei est, descendat nunc de cruce, et credemus ei [36]. » Nam hæc illi per incredulitatem dicebant. Quid igitur in hisce agendum? Nihil aliud quam credere Christo, et secundum illum vitam instituere, quemadmodum et Paulus ait : « Imitatores mei estote, sicut et ego Christi [37], » et Judæorum aversari amicitiam, incredulitatem, subsannationes, fabulas, genealogias interminatas, quæ potius quæstiones afferunt, quam ædificationem Dei in fide; adhærere autem cruci, et ut illa dignum est vitam instituere : atque easdem quas Paulus voces proferre : « Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi [38]. » Nam si ita vitam agamus, credamusque in Dominum, cognoscemus ejus in cœlos assumptionem, ejusque ad dexteram majestatis sessionem; videbimusque angelorum

A ἀναξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι, ἀγνοοῦσιν ὑπεύθυνοι γινόμενοι τοῦ θανάτου τοῦ Σωτῆρος· « Ὃς » γὰρ « ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον, καὶ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχός ἐστι τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου, » ὁ Ἀπόστολος μαρτύρεται. Οὕτως· « Καὶ ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ οὐκ ἀγαπᾷ τὸν Κύριον, » ἀλλ' ὥσπερ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ αὐτὸς οὕτως (79) ἐμίσει τοῦτον. Ὁ δὲ τὸν πένητα ἐξουθενῶν ἀτιμάζει καὶ αὐτὸς, ὡς οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν Κύριον· τοῦτο λέγει Σαλομών· « Ὁ ἐξουθενῶν τὸν πένητα, ἀτιμάζει τὸν ποιήσαντα αὐτόν. » Ὁ παρορῶν πένητα πεινῶντα καὶ διψῶντα καὶ γυμνὸν, ὅμοιός ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, τοῖς καὶ τὸν Κύριον ἐκδύσασι, καὶ ποτίσασιν αὐτὸν ὄξος καὶ χολήν. Καὶ ὁ λαμβάνων δῶρα ἐπ' ἀθώοις οὐκ ἔστιν ἄλλος τοῦ πωλήσαντος τὸν Κύριον, ὡς ὁ Ἰούδας· καὶ αὐτὸς γὰρ τὴν δικαιοσύνην, ἥτις ἐστὶν B ὁ Κύριος, πωλεῖ, ὡς ἐκεῖνος τὸν Χριστόν. Καὶ ὁ μὴ κρίνων ὀρφανῷ, καὶ τὸ δίκαιον ἀποδιδοὺς τῇ χήρᾳ, ὁ αὐτός ἐστι τοῖς ἐπιβουλεύσασι τῷ Κυρίῳ καὶ συκοφαντήσασιν αὐτόν. Καὶ τέλος, ὁποῖα ἄν τις εἰς τὸν πλησίον ἐργάσηται, ταῦτα εἰς τὸν Κύριον λογίζεται, τὸν δι' ἡμᾶς κατελθόντα καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις λέγει· « Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν μικρῶν τούτων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. » Καὶ πάλιν, ὅπερ ἐστὶν ἀναγκαῖον εἰδέναι καὶ τηρεῖν· « Ὁ πορνεύων τὴν μὲν ἰδίαν ψυχὴν ἀπολλύει, ὑβρίζει δὲ καὶ αὐτὸς, ὡς Ἰουδαῖοι, τὸν ναὸν καὶ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου (80). » Ὁ γὰρ « τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρων, φθείρεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, » ὡς Παῦλος γράφει. Καὶ ὁ μὲν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας βασιλευόμενος οὐδὲν ἀποδέει τῶν ἀρνουμένων Ἰουδαίων, καὶ C λεγόντων μὴ ἔχειν βασιλέα τὸν Κύριον, ἀλλὰ Καίσαρα. Μὴ ἀγνοείτω δὲ ὁ κρατούμενος ὑπὸ τῶν ἡδονῶν, καὶ μᾶλλον αὐταῖς τερπόμενος, ὅτι καὶ αὐτὸς, ὡς οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν Βαραββᾶν αἰτεῖται, καὶ τὸν Κύριον ἀποκτείνει. Οὕτω γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι, τὸν φαῦλον τρόπον ἀγαπήσαντες τὸν τοῦ Βαραββᾶ, λοιπὸν τὴν ἀρετὴν ἀπεδίωξαν. Γινωσκέτω δὲ καὶ ὁ μὴ τῇ πίστει ἰσχυρὸς, ὅτι τοιοῦτός ἐστιν, ὡς οἱ ἀπιστοῦντες καὶ λέγοντες· « Εἰ Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ. » Καὶ γὰρ κἀκεῖνοι ἀπιστοῦντες ἐφθέγγοντο ταῦτα (81). Τί οὖν ἐπὶ τούτοις χρὴ ποιεῖν ; Οὐδὲν ἕτερον ἢ πιστεύειν τῷ Χριστῷ, καὶ κατ' αὐτὸν πολιτεύεσθαι, καθὼς καὶ ὁ Παῦλος λέγει· « Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ· » καὶ τὴν μὲν Ἰουδαίων ἐκτρέπεσθαι φιλίαν, D καὶ ἀπιστίαν, καὶ χλεύην, καὶ μύθους, καὶ γενεαλογίας ἀπεράντους, αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκονομίαν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει· ἔχεσθαι δὲ τοῦ σταυροῦ καὶ ἀξίως αὐτοῦ πολιτεύεσθαι, καὶ λέγειν τὰς αὐτὰς τῷ Παύλῳ φωνάς· « Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Οὕτω γὰρ πολιτευσάμενοι καὶ

[32] I Cor. xi, 27. [33] Prov. xiv, 31. [34] Matth. xxv, 40. [35] I Cor. iii. 17. [36] Matth. xxvii, 42. [37] I Cor. iv, 16. [38] Galat. vi, 14.

(79) Anglicanus, καὶ αὐτὸς οὗτος.
(80) Anglicanus, τοῦ Ἰησοῦ. Infra in codice Regio, ὡς omissum ante Παῦλος γράφει.
(81) Regius, τοιαῦτα.

πιστεύσαντες εἰς τὸν Κύριον, γνωσόμεθα τὴν εἰς οὐ- A subjectionem, ejusque secundum adventum cum
ρανοὺς ἀνάληψιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγα- gloria futurum : 84 quem angeli prænuntiant,
λοσύνης κάθισιν, καὶ τὴν τῶν ἀγγέλων ὑποταγὴν sancti decantant: omnes autem qui vident, ex-
ὀψόμεθα, καὶ τὴν μετὰ δόξης αὐτοῦ πάλιν παρουσίαν· sultant, et gaudent in Christo Jesu, per quem
ἣν ἄγγελοι μὲν προσημαίνουσιν, ἅγιοι δὲ ὑμνοῦσι· Patri gloria et imperium in sæcula sæculorum.
πάντες δὲ ὁρῶντες ἀγαλλιῶνται, καὶ χαίρουσιν ἐν Amen.
Χριστῷ Ἰησοῦ, δι' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΘΟΣ (81*).

ATHANASII DE PASSIONE DOMINI.

(Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, II, 578.)

« Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μω- « Regnavit mors ab Adamo usque ad Moysem. »
σέως. » Ἄρτι δὲ τολμήσας κατὰ τοῦ Κυρίου, θεωρεῖ Nunc vero facinus ausa adversus Dominum, videt
ἑαυτὸν ἐκβληθέντα τοῦ παντὸς, καὶ ὑπὸ πάντων κα- se omni ope dejectam, conculcatam ab omnibus,
ταπατούμενον (82), καὶ συντριβόμενον ὑπὸ τοὺς πό- pedibusque nostris protritam. Sed quod magnum
δας ἡμῶν· τό γε μὴν μέγα καὶ παράδοξον, ὅτι καὶ est et inexspectatum, ipso in cruce pendente Do-
ἐπ' αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ κρεμαμένου τοῦ Κυρίου, mino (hujus enim corpus erat, in eoque Verbum
(αὐτοῦ γὰρ ἦν τὸ σῶμα, καὶ ἐν αὐτῷ ἦν ὁ Λόγος·) ὁ existebat) sole obtenebrato, terra trementе, petris
μὲν ἥλιος ἐσκοτίσθη, ἡ δὲ γῆ ἐτρόμαξεν, αἱ πέτραι B scissis, velo templi diviso, multisque præmortuo-
ἐσχίσθησαν, καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη, rum corporibus ad vitam revocatis, nemo tamen
καὶ πολλὰ σώματα τῶν προκεκοιμωμένων ἀνέστη· ambigebat, ut nunc audacter faciunt Ariani, an in-
καὶ οὐδεὶς, ὥσπερ νῦν Ἀρειανοὶ τολμῶσι, διελογί- carnato Verbo esset credendum : sed hominem
σατο εἰ δεῖ σαρκωθέντι τῷ Λόγῳ πείθεσθαι· ἀλλὰ cernentes, agnoverunt eum Creatorem suum: et
καὶ ἄνθρωπον βλέποντες, ἐπεγίνωσκον αὐτὸν ὄντα humanam vocem audientes, non tamen ob humani-
δημιουργὸν αὐτῶν· καὶ ἀνθρωπίνης φωνῆς ἀκούοντες, tatem aiebant Verbum esse creaturam : sed vehe-
οὐ διὰ τὸ ἀνθρώπινον ἔλεγον ὅτι ὁ Λόγος κτίσμα mentiusimo metuebant : neque eum secius agnosce-
ἐστίν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἔτρεμον, καὶ οὐδὲν ἧττον bant, quam si de templo sancto oracula emitteret.
ἐγίνωσκον, ὅτι ἐκ ναοῦν ἁγίου ἐφθέγγετο· οὐ γὰρ Non enim rem creatam creatura adorat ; neque item
κτίσμα ἡ κτίσις προσκυνεῖ· οὐδὲ πάλιν διὰ τὴν carnis causa renuebat Dominum suum venerari,
σάρκα, παρητεῖτο τὸν Κύριον ἑαυτῆς προσκυνεῖν, sed Creatorem suum in corpore spectabat : atque
ἀλλὰ τὸν ἑαυτῆς δημιουργὸν ἔβλεπεν ἐν τῷ σώματι· in nomine Jesu Christi omne genu tum flectebatur ac porro flectetur, et omnis lingua confitebitur,
καὶ ἐν τῷ ἀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ ἔκαμπτε quod Dominus est Jesus Christus. Etenim caro in-
καὶ κάμψει, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι glorium Verbum non effecit ; absit ; sed ipsa magis
Κύριος Ἰησοῦς Χριστός· οὐ γὰρ ἀδοξίαν ἤνεγκεν ἡ C a Verbo glorificata fuit. Nec quia servi formam ac-
σὰρξ τῷ Λόγῳ· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ μᾶλλον αὕτη δεδό- cepit, qui in forma Dei erat Filius, ideo divinitate
ξασται παρ' αὐτοῦ· οὐδὲ ἐπειδὴ δούλου μορφὴν ἀνέ- deminutus fuit ; imo vero ipse liberator universæ
λαβεν ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων Υἱὸς, ἠλαττώθη carnis omnisque creaturæ evasit : quem etiam cru-
τῆς θεότητος, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ αὐτὸς ἐλευθερωτὴς πά- cifixum testabantur Dominum esse creatarum re-
σης σαρκὸς καὶ πάσης κτίσεως γέγονεν· ὃς καὶ σταυ- rum, sol radios suos contrahens, terra concussa,
ρούμενος, ἐμαρτυρεῖτο Δεσπότης τῆς κτίσεως· συ- petræ scissæ, carnifices agnoscentes vere Dei Fi-
στείλαντος μὲν ἡλίου τὰς ἀκτῖνας, καὶ τῆς γῆς τρε- lium esse quem crucifixerant. Quippe haud alicu-
μούσης, τῶν δὲ πετρῶν σχιζομένων, καὶ τῶν δημίων jus hominis corpus erat quod spectabatur, sed Dei ;
ἐπιγνόντων, ὅτι ἀληθῶς Θεοῦ Υἱός ἐστιν ὁ σταυρω- in quo deitas existens, tum etiam cum crucifigeba-
θείς· οὐ γὰρ ἀνθρώπου τινὸς ἦν τὸ βλεπόμενον tur, mortuos suscitabat. Quo tempore sol indigna-
σῶμα, ἀλλὰ Θεοῦ· ἐν ᾧ τυγχάνων καὶ ὅτε ἐσταυ- tus faciem avertit, minime videre sustinens illatas
ροῦτο, ἤγειρε νεκρούς· ὅτε καὶ ὁ ἥλιος ἀγανακτῶν, communi omnium Domino corporales injurias, quas
καὶ μὴ φέρων τὰς κατὰ τοῦ κοινοῦ πάντων Δεσπότου hic sponte pro nobis toleravit. Itaque radiis con-
γενομένας σωματικὰς ὕβρεις, ἃς ἐκὼν αὐτὸς ὑπὲρ tractis, diem illum sine sole præstitit.
ἡμῶν ὑπέμεινεν, ἀπεστράφη· καὶ τὰς ἀκτῖνας συ- D
στείλας, τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀνήλιον ἔδειξεν.

(81*) Ita diserte cod. Vat. 1611. — Jam vero in Veneta S. Athanasii editione t. II, p. 61 seq., sermo habetur *De passione Domini*, quem cum ego cum hac et aliis de passione partibus in codice nostro a Niceta eclogario positis conferrem, deprehendi sermonem illum mutilum esse, partesque aliquot codicis cum editione congruere, partes tamen alias modo novas esse, modo satis diversas. Omissis itaque partibus omnino editis, hæc tamen præclara additamenta in lucem proferenda putavi. Nihil moror alterum de die Parasceves sermonem, qui in eodem Athanasii tomo, p. 385, legitur, qui neque Athanasii nomine dignus est, neque ad excerpta nostra pertinet.

(82) Hactenus ed. cit. p. 78 C. Sequitur deinde nova hæc pars. ID.

IN LIBRUM DE VIRGINITATE MONITUM.

1. *Haud abs re dubitavit Erasmus, sitne Athanasii hic liber, cujus sane stylus simplex et incultus, Athanasiano longe inferior videtur. Post Erasmum vero Sculletus hujusmodi ea de re tulit judicium:* De virginitate, *inquit*, sive de meditatione liber, si Athanasii est, mire dejecit stylum, inquit Erasmus. Ego vero et gravitatem theologicam abjecisse Athanasium dixerim, si istas pueriles præceptiones virgini præscripsit. Certe commune nihil habent cum germanis Patris celeberrimi scriptis. *Sed obstupescas plane si advertas, cujusmodi sint istæ pueriles præceptiones.* Hortatur virgines, *subdit Sculletus*, ad comtemptum pecuniæ jejunium, sobriam vitam, castita tem, preces, conversationem sanctam, eleemosynam, meditationes sanctas, recitationem Psalmorum et alia id genus. Præscribit et certas horas lectioni, synaxi, deprecationi, hymnis. Testificatur, illum in tertio ordine angelorum inventum iri,qui præcepta hæc servaverit. De salute sua neminem ante obitum certum esse posse docet. *En tibi, Sculleti judicio*, pueriles præceptiones, *quæ tamen aliæ non sunt quam eæ quas Dominus in Evangelio, D. Paulus in Epistolis suis tradidit. Unde præceptiones istas arbitramur esse pii cujusdam, rerumque ecclesiasticarum periti viri: Athanasii tamen esse vix crediderimus,cum ob diversum orationis genus,tum quia in antiquis collectionibus Athanasianis non reperitur.*

II. *Cæterum palam est diversum esse hunc librum, a sermonibus consolatoriis ad virginem laudatis a Theodoreto, lib.* II Hist. Eccl., *c.* 4, *de quibus alias. Nulla quippe hic mentio persecutionis, cujus causa illos edidit Athanasius. Porro hoc in opusculo memorantur hymnus* Gloria in excelsis, *cantus* Alleluia *versiculus* Gloria Patri, *etc.* Et nunc et semper, *etc., et alia id genus, quæ fortassis sequioris quam Athanasiani ævi videbuntur. Sed de his fuse in Præfatione generali.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ, ΗΤΟΙ ΠΕΡΙ ΑΣΚΗΣΕΩΣ

—

S. P. N. ATHANASII

DE VIRGINITATE, SIVE DE ASCESI.

—

1. Exordium sermonis salutis ad virginem. Primum omnium crede in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium et invisibilium conditorem. Et in unigenitum ejus Filium Jesum Christum, qui est substantia Patris, Patrique per omnia potentia æqualis, qui ante sæcula fuit. Et in Spiritum sanctum, qui est in Patre et in Filio, quique a Patre mittitur, et per Filium datur. Pater et Filius et Spiritus sanctus, tres hypostases, deitas una, una potestas, unum baptisma. Ipse enim Deus noster, Pater omnium, intra sex dies fecit cœlum, et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt. Ipse namque cœlum sole, et luna, et sideribus pulcherrimis exornavit, et terram decenter fundavit super aquas, et ornavit eam plantis omnique genere lignorum. Jussu ejus erumpunt fluvii melliflui, et fontes perennes, et injunxit terræ, et produxit carnem, et creavit omnes bestias terræ secundum genus suum, et volucria cœli secundum

A

B

1. Ἀρχὴ λόγου σωτηρίας πρὸς τὴν παρθένον. Πρῶτον πάντων πίστευσον εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ὄντα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, κατὰ πάντα ἰσοδύναμον τῷ Πατρὶ, τὸν πρὸ αἰώνων ὄντα· καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα (82*) τὸ ἅγιον, τὸ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ ὂν, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀποστελλόμενον, καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ διδόμενον. Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τρεῖς ὑποστάσεις, μία θεότης, μία δύναμις, ἓν βάπτισμα. Αὐτὸς γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Αὐτὸς γὰρ διεκόσμησεν τὸν οὐρανὸν (83) ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις παγκάλοις, καὶ τὴν γῆν εὐπρεπῶς ἐθεμελίωσεν ἐπάνω τῶν ὑδάτων, διακοσμήσας αὐτὴν ἐν φυτοῖς καὶ ξύλοις παντοδαποῖς. Καὶ τῇ κελεύσει αὐτοῦ ἐκπορεύονται ποταμοὶ μελίῤῥυτοι, καὶ πηγαὶ ἀέννααι, καὶ προσέταξε τῇ γῇ, καὶ ἐπήγαγε σάρκα (84), καὶ ἐποίησε πάντα τὰ θηρία

(82*) Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα. Hæc ex Athanasio citantur tom. VII. Concil. Epist. Adriani ad Carolum M. pag. 916.

(83) Ita Anglicanus. Editi vero, καὶ τὸν οὐρανόν.

(84) Felc. 2, καὶ ἐποίησε σάρκα. Paulo post, hæc, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατὰ γένος, desunt in Basiliensi.

τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατὰ γένος. Ἐκέλευσε τοῖς ὕδασι, καὶ ἐξήγαγον ἰχθύας, καὶ ἐποίησε τὰ κήτη τὰ μεγάλα. Ὕστερον δὲ πάντων ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάντα παρέδωκεν αὐτῷ εἰς ὑπηρεσίαν. Εἶπε γάρ Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Υἱῷ αὐτοῦ· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἔπλασε Κύριος ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς. Ἔβαλε δὲ Κύριος ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ ἔκστασιν, καὶ ὕπνωσε, καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς, καὶ ᾠκοδόμησε τὴν πλευρὰν, ἣν ἔλαβε, εἰς γυναῖκα, καὶ ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ εἶπεν Ἀδάμ· Αὕτη νῦν σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου, καὶ ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου. Αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν Πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. »

A genus suum. Præcepit aquis, et produxerunt pisces, et condidit immanes balænas. Postremo omnium fecit hominem, et omnia ei ad ministerium donavit. Dixit enim Dominus Deus Filio suo : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram : et formavit Deus hominem, sumens limum de terra, et posuit eum in paradiso voluptatis. Immisit autem Deus in Adam stuporem et consopivit eum, et sumpsit unam ex costis ejus, et carnem pro ea substituit, et ædificavit costam, quam sumpserat, in mulierem, eamque ad Adam perduxit, et dixit Adam : Hæc caro nunc ex 85 carne mea, et os ex ossibus meis. Ipsa vocabitur virago, quoniam ex viro suo sumpta est. Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam, et conjungetur uxori suæ, eruntque duo in carne una [39]. »

2. Ἄκουε, δούλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάντες, ὅσοι θέλουσι σωθῆναι, καὶ ἐνωτίζονται τὰ ῥήματα τοῦ (85) στόματός μου· καὶ καταδεξάσθωσαν τὰ ὦτά σου θεοπνεύστους λόγους. « Τὸ μυστήριον γὰρ τοῦτο, φησὶ, μέγα ἐστὶ, » καθὼς εἶπεν ὁ μακάριος Παῦλος, ὅτι πᾶς (86) ὁ κολλώμενος τῇ γυναικὶ, ἓν σῶμά εἰσιν ἀμφότεροι. Οὕτω πάλιν πᾶς ἀνὴρ ἡ γυνὴ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι. Εἰ γὰρ οἱ τῷ κόσμῳ συναπτόμενοι καταλιμπάνουσι τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ συνάπτονται φθαρτοῖς ἀνθρώποις (87). κόσῳ μᾶλλον ἡ παρθένος ἐγκρατευομένη ὀφείλει καταλιπεῖν τὰ γήϊνα πάντα, καὶ τῷ Κυρίῳ μόνῳ κολληθῆναι ; Μαρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπόστολος, λέγων· « Ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι. Ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρὶ (88), καὶ μεμέρισται. » Τοῦτο οὖν λέγω, ὅτι πᾶσα παρθένος, ἡ χήρα ἐγκρατευομένη, ἐὰν ἔχῃ φροντίδα ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, αὐτὴ ἡ φροντὶς ἀνὴρ αὐτῆς ἐστι· κἂν κτήματα, κἂν ὑπάρχοντα ἔχῃ, αὐτὴ ἡ μέριμνα μολύνει αὐτῆς τὴν διάνοιαν. Ὥσπερ γὰρ διὰ τοῦ ἀνδρὸς τὸ σῶμα μολύνεται, οὕτως καὶ αἱ σχέσεις αἱ κοσμικαὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα τῆς ἐγκρατευομένης μιαίνουσι, καὶ οὐκ ἔστιν ἁγία τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι. Ἡ δὲ φροντίζουσα τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, νυμφίος αὐτῆς ὁ Χριστός ἐστιν. Ἡ γὰρ ἁρμοσομένη ἀνδρὶ φθαρτῷ τὸ θέλημα τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ποιεῖ· οὕτως γὰρ εἴρηται, ὅτι « Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ. » Καὶ πάλιν· « Ὥσπερ ἡ Ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ Κυρίῳ, οὕτω καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἀνδράσιν ἐν παντί. » Ἀπ' αὐτῶν γὰρ τῶν κοσμικῶν, ἐὰν θέλωμεν, καὶ τὰ ἄνω νοοῦμεν. Ἡ δὲ συναπτομένη τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ, τὸ θέλημα τοῦ νυμφίου αὐτῆς κατεργάζεται.

2. Audi, ancilla Christi, et quicunque salutem quæruntet auscultant verba oris mei : et accipiant aures tuæ a Deo inspiratos sermones. « Hoc enim mysterium, » inquit divus Paulus, « magnum est [40], » eo quod omnis, qui agglutinatur uxori, ambo unum corpus sint. Ita quoque omnis vir sive mulier agglutinatus Domino, unus spiritus est. Si enim qui mundo copulantur, relinquunt patrem et matrem, ut mortalibus hominibus copulentur ; quanto magis virgo continens relinquere debet terrestria omnia, et Domino soli agglutinari ? Hujus mei dicti testis est ipse Apostolus, ita loquens : « Mulier innupta sollicita est eorum, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu. Nupta vero sollicita est eorum, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro, et divisa est [41]. » Hoc igitur dico, quod omnis virgo, aut vidua continens, si curam suam collocet in hoc mundo, ejus rei cura illi pro marito est : sive possessiones, sive alias substantias possideat, ipsa sollicitudo contaminat ejus animam. Ut enim per virum corpus contaminatur, ita quoque habitus mundani, et animam et corpus continentis conspurcant, neque jam est sancta corpore et spiritu. Quæ autem curat opus Domini, hujus sponsus est Christus. Ea enim, quæ coaptatur viro corruptibili, voluntatem viri sui facit, ita enim scriptum est : « Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir [42] : » ac rursum : « Quemadmodum Ecclesia subjicitur Domino, ita quoque mulieres viris suis in omnibus [43]. » Exemplo namque mundanarum rerum, si ita velimus, cœlestia intellexerimus. Quæ autem conjungitur cœlesti sponso, voluntatem sui sponsi facit.

3. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ, τὸν κολ-

3. Ea autem est voluntas Christi, ut is qui ipsi

[39] Genes. I, 26 ; II, 7, 8, 21-24. [40] Ephes. V, 32. [41] I Cor. VII, 34. [42] Ibid. 4. [43] Ephes. V, 24.

(85) Basiliensis, Anglicanus et Felc. 2, τὰ ῥήματά μου. Editi vero, τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου.
(86) Πᾶς deest in Basiliensi.
(87) Anglicanus, θνητοῖς ἀνθρώποις.
(88) Sic Basiliensis. Editi vero, τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

54. Pari modo et ista ab eodem conscripta, ejusdem nomen præfert. Nam idem Petrus et hanc ad eos scripsit, qui jam crediderant. Est autem hæc Epistola, commemoratio priorum. Cum nosset enim cito futuram corporis sui resolutionem, mature omnes admonuit de doctrina, qua pridem fuerant instituti. Et primum quidem de fide disserit, et ostendit, quod a prophetis illa sit annuntiata, et quod prophetiæ de Salvatore non sint humanæ, sed a Deo prænuntiate. Deinde denuntiat illis, ne seductoribus attendant, illorum perditionem futuram prædicens, quemadmodum et angelis transgressoribus contigit. Significat autem in hac Epistola futuros dies, quibus illusores passim circuibunt, et conabuntur aliquos seducere, dicentes, quod inaniter a nobis prædicetur adventus Salvatoris futurus, eo quod is cum semper prædicetur, nondum venerit. Ab his igitur maxime abstinere præcipit, docens, ne moræ causa animum despondeamus : omne namque tempus nihil esse in conspectu Domini, cum una dies sit instar mille annorum, et

54. Ὁμοίως καὶ αὕτη παρὰ τοῦ αὐτοῦ γραφεῖσα τὴν τούτου ἔχει ὀνομασίαν. Αὐτὸς γὰρ Πέτρος καὶ ταύτην ἐπιστέλλει τοῖς ἤδη πιστεύσασιν. Ἔστι δὲ ἡ Ἐπιστολὴ ὑπόμνησις τῶν πρώτων. Εἰδὼς γὰρ ταχεῖαν αὐτοῦ ἔσεσθαι τὴν ἀνάλυσιν τοῦ σώματος, ἐσπούδασε πάντας ὑπομνῆσαι περὶ ὧν κατηχήθησαν τὴν διδασκαλίαν. Καὶ πρῶτον μὲν περὶ τῆς πίστεως ἐξηγεῖται, καὶ δείκνυσιν ἀπὸ τῶν προφητῶν αὐτὴν εὐηγγελίσθαι· καὶ ὅτι αἱ προφητεῖαι αἱ περὶ τοο Σωτῆρος οὐκ εἰσὶν ἀνθρώπιναι, ἀλλὰ παρὰ Θεοῦ ἐλαλήθησαν. Ἔπειτα παραγγέλλει μὴ προσέχειν τοῖς ἀπατῶσι, λέγων ἔσεσθαι αὐτῶν ἀπώλειαν, ὥσπερ καὶ τῶν παραβάντων ἀγγέλων γέγονε. Προμηνύει δὲ ἐν τῇ Ἐπιστολῇ ἡμέρας ἔσεσθαι, ἐν αἷς ἐμπαίκται περιπατήσουσι, καὶ θελήσουσιν ἀπατᾶν τινας, λέγοντες μάτην λέγεσθαι παρ' ἡμῶν τὴν παρουσίαν τοῦ Σωτῆρος, διὰ τὸ ἀεὶ λέγεσθαι, καὶ μήπω παραγενέσθαι. Ἀπὸ τούτων οὖν καὶ μάλιστα ἀπέχεσθαι παραγγέλλει, διδάσκων, μὴ ὀλιγωρεῖν ἐν τοῖς χρόνοις. Πάντα γὰρ τὸν χρόνον μηδὲν εἶναι ἐνώπιον Κυρίου, διὰ τὸ καὶ τὴν μίαν ἡμέραν ὡς χίλια ἔτη εἶναι, καὶ τὰ χίλια ἔτη ὡς ἡμέραν μίαν. Ἔσεσθαι δὲ

ταχέως τὴν ἡμέραν Κυρίου διαβεβαιοῦται, καὶ ἀποδείκνυσι, καὶ ἐντέλλεται ἑτοίμους εἶναι πάντας εἰς αὐτὴν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, καὶ ἀγαπᾷν τὰ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου Παύλου γραφέντα, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς διαβάλλουσιν αὐτὰ διὰ τὸ καὶ πάσας τὰς θείας Γραφὰς διαβάλλειν αὐτούς. Ὑπομνήσας οὖν καὶ διδάξας πάντας προειδέναι τὰ πράγματα, παραινεῖ μὴ ἐκπίπτειν τοῦ σκοποῦ τῆς πίστεως, καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν. A

mille anni instar unius diei. Affirmat simul et declarat, cito futurum Domini diem, præcipitque omnibus, ut ad illius adventum parati sint in bonis operibus, et amplectantur quæ ab apostolo Paulo scripta sunt, nec aures accommodent his, qui ea calumniantur; cum iidem et universas divinas Scripturas calumnientur. Postquam igitur omnes admonuit ac docuit, ut ista futura sciant, hortatur ne quisquam a fidei scopo aberret, atque ita finit Epistolam.

Τετάρτη, Ἰωάννου.

55. Οὕτως καὶ αὕτη καλεῖται, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς καὶ ταύτην ἐπιστέλλει, ὑπομιμνήσκων τοὺς ἤδη πιστεύσαντας εἰς τὸν Κύριον. Καὶ πρῶτον μὲν ὥσπερ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, οὕτως καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Ἐπιστολῇ θεολογεῖ περὶ τοῦ Λόγου, ἀποδεικνὺς αὐτὸν ἀεὶ εἶναι ἐν τῷ Θεῷ, καὶ διδάσκων τὸν Πατέρα φῶς εἶναι, ἵνα καὶ οὕτως γνῶμεν τὸν Λόγον ἀπαύγασμα ἐξ αὐτοῦ εἶναι. Θεολογῶν δὲ, ἐξηγεῖται μὴ νεώτερον εἶναι τὸ κατ' ἡμᾶς μυστήριον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀεὶ τυγχάνειν αὐτό, νῦν δὲ πεφανερῶσθαι ἐν τῷ Κυρίῳ, ἅστις ἐστὶ ζωὴ αἰώνιος, καὶ Θεὸς ἀληθινός. Καὶ τὸ αἴτιον δὲ τῆς τοῦ Λόγου παρουσίας καὶ ἐπιφανείας αὐτοῦ τίθησιν εἶναι λέγων τοῦτο, ἐπὶ τὸ καταλῦσαι τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, καὶ ἡμᾶς ἐλευθερωθῆναι τοῦ θανάτου, καὶ γινώσκειν ἡμᾶς τὸν Πατέρα, καὶ αὐτὸν τὸν Υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Γράφει γοῦν πρὸς πᾶσαν ἡλικίαν, πρὸς παιδία, πρὸς νεανίσκους, πρὸς γέροντας, ὅτι ὁ μὲν Θεὸς ἐγνώσθη, ἡ δὲ διαβολικὴ ἐνέργεια λοιπὸν νενίκηται, καταργηθέντος τοῦ θανάτου. Εἶτα λοιπὸν δι' ὅλης τῆς Ἐπιστολῆς περὶ ἀγάπης διδάσκει, θέλων ἡμᾶς ἀλλήλους ἀγαπᾷν, ἐπειδὴ καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς. Ἐξηγεῖται οὖν ἐπὶ διαφορᾶς φόβου καὶ ἀγάπης, καὶ τέκνων Θεοῦ καὶ τέκνων διαβόλου, καὶ περὶ ἁμαρτίας θανατικῆς, καὶ μὴ θανατικῆς, καὶ διαφορᾶς πνευμάτων. Καὶ λοιπὸν διαιρεῖ, ποῖον μὲν πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι, ποῖον δὲ τῆς πλάνης, καὶ πότε μὲν γινωσκόμεθα τέκνα Θεοῦ, πότε δὲ διαβόλου· καὶ περὶ ποίας ἁμαρτίας ὀφείλομεν εὔχεσθαι· καὶ ὅτι ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν πλησίον οὐκ ἔστιν ἄξιος τῆς κλήσεως, οὐδὲ δύναται λέγεσθαι τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τὴν ἑνότητα δὲ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα δείκνυσι· καὶ ὅτι ὁ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει. Διακρίνει δὲ ἐν τῇ Ἐπιστολῇ ταύτῃ, λέγων καὶ τὸ ἴδιον τοῦ Ἀντιχρίστου· εἶναι δὲ τοῦτο τὸ λέγειν μὴ εἶναι τὸν Ἰησοῦν αὐτὸν τὸν Χριστόν, ἵνα, ὡς μὴ ὄντος ἐκείνου, ἑαυτὸν εἴπῃ εἶναι ὁ ψεύστης. Παραινεῖ δὲ δι' ὅλης τῆς Ἐπιστολῆς μὴ ἀθυμεῖν τοὺς πιστεύοντας τῷ Κυρίῳ, εἰ μισοῦνται ἐν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ μᾶλλον χαίρειν, ὅτι τὸ μῖσος τοῦ κόσμου δείκνυσι τοὺς πιστεύσαντας μεταβεβηκέναι ἀπ' αὐτοῦ κόσμου, καὶ εἶναι λοιπὸν τῆς οὐρανίου πολιτείας. Καὶ ἐν τῷ τέλει δὲ τῆς Ἐπιστολῆς πάλιν ὑπομιμνήσκει λέγων, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ζωὴ αἰώνιός ἐστι, καὶ Θεὸς ἀληθινός, καὶ ἵνα τούτῳ δουλεύωμεν, καὶ φυλάττωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων. B C D

Quarta Jonanis.

55. Hoc nomine vocatur et ista, quod ipse Joannes evangelista eam conscripserit, ut commoneaceret eos qui jam in Dominum crediderant. Et primum quidem perinde atque in Evangelio, ita et in hac Epistola, de Verbi divinitate loquitur, ostendens illud in Deo semper esse, ac docens Patrem esse lucem, ut ita cognoscamus Verbum esse splendorem ex luce. Disserens autem de divinitate Verbi, exponit nostrum mysterium non esse novum, sed esse sempiternum ab initio : nunc vero manifestatum in Domino, qui vita est sempiterna et verus Deus. Causam etiam ob quam Verbum ad nos venerit et apparuerit, ponit; hanc videlicet, ut opera diaboli dissolveret, ac nos a morte liberaret efficeretque ut Patrem agnosceremus, et Filium Dominum nostrum Jesum Christum. Scribit igitur ad omnem ætatem, ad pueros, ad adolescentes, ad senes, quod Deus innotuerit, diabolica operatio deinceps, deleta morte, devicta sit. Quod reliquum est per totam Epistolam, dilectionem docet, volens, ut nos mutuo diligamus : propterea quod et Christus dilexit nos. Disserit itaque de differentia timoris et dilectionis, filiorum Dei et filiorum diaboli, de peccato mortali, et non mortali, de differentia spirituum. Discernit demum, quisnam spiritus ex Deo, quis vero seductionis sit, et quando cognoscamur filii Dei, quando vero diaboli. Item pro quo peccato orare debeamus. Et quod vocatione indignus sit, nec Christi esse dici possit, qui proximum non diligit. Unitatem etiam Filii cum Patre ostendit, et quod qui Filium negat, nec Patrem habeat Discernit quoque in hac Epistola, quodnam sit proprium Antichristi, nempe hoc, si **146** dicat Jesum non esse Christum, ita ut quasi ille non sit, seipsum mendax ille dicat esse Christum. Hortatur autem per totam Epistolam eos qui Domino credunt, ut ne animo sint abjecto, si odio habeantur in hoc mundo; sed magis gaudeant, quod odium mundi hujus declaret credentes migrasse ex hoc mundo; et posthac conversari in cœlis. Et in calce Epistolæ iterum admonet Filium Dei esse vitam æternam ac verum Deum, et ut illi serviamus, nosque ipsos ab idolis custodiamus.

Πέμπτη, πάλιν καὶ αὕτη Ἰωάννου.

56. Ταύτην ὡς πρεσβύτερος γράφει κυρίᾳ καὶ τοῖς

Quinta, et ipsa Joannis.

56. Hanc quasi senior dominæ scribit et liberis

ejus. Est autem argumentum Epistolæ tale : Cum videret liberos hujus recte in fide conversari, multos autem seductores circumire, qui dicerent adventum Christi in carne non esse factum, Epistolam hanc scribit. Et principio quidem laudat liberos ejus, quod bene procederent. Deinde docet fidei nostræ mysterium non esse recens. Hortatur iterum ad dilectionem, et ut maneant in doctrina quæ ipsis erat tradita. Deinceps docet eos, antichristum esse, qui Christum in carne non venisse dicat. Denuntiat autem illis, ne eos, qui hujusmodi sunt, in domum suam quisquam recipiat, neque salutem illis dicat, atque ita terminat Epistolam.

A τέκνοις αὐτῆς. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Ὁρῶν τὰ τέκνα ταύτης καλῶς ἀναστρεφόμενα ἐν τῇ πίστει, καὶ πολλοὺς πλάνους περιερχομένους, καὶ λέγοντας μὴ εἶναι τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ἐν σαρκὶ, γράφει τὴν Ἐπιστολήν. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται αὐτῆς τὰ τέκνα καλῶς περιπατοῦντα· εἶτα, διδάσκων μὴ νεώτερον εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον, παραινεῖ πάλιν περὶ ἀγάπης, καὶ ἵνα μείνωσιν ἐν τῇ διδαχῇ τῇ παραδοθείσῃ αὐτοῖς. Καὶ λοιπὸν διδάσκει ἀντίχριστον εἶναι τὸν λέγοντα μὴ ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι τὸν Χριστόν. Παραγγέλλει δὲ, ὥστε μὴ δέχεσθαι τοὺς τοιούτους τινὰ εἰς οἰκίαν, μηδὲ λέγειν αὐτοῖς χαίρειν, καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

Sexta et ipsa Joannis.

57. Hæc quoque Joannis est, ut et inscriptio habet. Missa est autem ad Gaium. Et primum quidem laudat eum propter testimonium hospitalitatis, quod habebat ab omnibus, hortaturque eum, ut in proposito persistat, ac fratres deducat ac recipiat. Rursum laudat ejus propositum. Accusat autem Diotrephen, quod is non solum nihil præberet pauperibus, sed etiam alios prohiberet, ac multa nugaretur. Tales autem alienos esse dicit a veritate, neque cognoscere Deum. Demetrium vero commendat, optimum illi testimonium impendens.

Ἕκτη, πάλιν καὶ αὕτη Ἰωάννου.

57. Καὶ αὕτη Ἰωάννου μέν ἐστι, καθὼς καὶ ἐπιB γέγραπται. Ἐπέσταλται δὲ πρὸς Γάϊον. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται αὐτὸν μαρτυρούμενον ὑπὸ πάντων ἐπὶ φιλοξενίᾳ, καὶ προτρέπει τῇ αὐτῇ προθέσει προσμένειν, καὶ προπέμπειν καὶ δεξιοῦσθαι τοὺς ἀδελφούς. Πάλιν δὲ αὐτοῦ μὲν τὴν πρόθεσιν ἀποδέχεται· αἰτιᾶται δὲ Διοτρεφῆ, ὡς μήτε αὐτὸν παρέχοντα τοῖς πτωχοῖς, ἀλλὰ καὶ κωλύοντα τοὺς ἄλλους, καὶ πολλὰ φλυαροῦντα. Τοὺς δὲ τοιούτους λέγει ἀλλοτρίους εἶναι τῆς ἀληθείας, καὶ μηδὲ εἰδέναι τὸν Θεόν. Δημήτριον δὲ συνίστησι μαρτυρῶν αὐτῷ τὰ κάλλιστα.

Septima, Judæ.

58. Hanc, quemadmodum fert inscriptio, Judas Epistolam scripsit iis qui jam crediderant. Est autem argumentum ejus tale : Cum quidam fraudulenter ingressi docerent, indifferens esse peccatum, C etiam eorum qui Dominum negant, necesse habuit ut scriberet, et cautos redderet fratres. Et initio quidem hortatur eos ut certent, atque in tradita sibi fide maneant. Deinde repudiat tales tanquam seductores, et denuntiat ne prorsus ullam cum ipsis communionem haberent, scientes non esse satis quod vocati simus, nisi etiam digne ambulemus vocatione. Siquidem et priorem populum Dominus ex Ægypto eduetum, cum in fido videret non persistere, perdiderit : et angelis ordinem suum non custodientibus, non pepercerit. Oportere igitur ab hujusmodi hominibus secedere. Et Michaelem namque archangelum non sustinuisse blasphemiam diaboli. Docet itaque perditionem istorum sicut Sodomorum futuram. Post hæc adhortatus ad bonos mores, et fidei stabilitatem a Domino appreca- D tus, claudit Epistolam.

Ἑβδόμη, Ἰούδα.

58. Ταύτην, καθὼς καὶ ἐπιγέγραπται, Ἰούδας γράφει τὴν Ἐπιστολὴν τοῖς ἤδη πιστεύσασιν. Ἡ δὲ πρόφασις αὕτη· Παρεισελθόντων τινῶν καὶ διδασκόντων ἀδιάφορον εἶναι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀρνουμένων τὸν Κύριον, ἀνάγκην ἔσχε γράψαι, καὶ ἀσφαλίσασθαι τοὺς ἀδελφούς. Καὶ πρῶτον μὲν παρακαλεῖ αὐτοὺς ἀγωνίζεσθαι καὶ ἐμμένειν τῇ παραδοθείσῃ αὐτοῖς πίστει ἔπειτα ἀποκηρύττει τοὺς τοιούτους ὡς πλάνους, καὶ παραγγέλλει μηδεμίαν αὐτοὺς ἔχειν κοινωνίαν περὶ τοὺς τοιούτους, εἰδότας, ὅτι οὐκ ἀρκεῖ τὸ κληθῆναι μόνον, ἐὰν μὴ καὶ ἀξίως περιπατήσωμεν τῆς κλήσεως. Καὶ γὰρ καὶ τὸν πρότερον λαὸν ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγὼν ὁ Κύριος, καὶ μὴ ἐμμείναντα τῇ πίστει ἐωρακὼς, ἀπώλεσε· καὶ ἀγγέλων δὲ μὴ τηρησάντων τὴν ἰδίαν τάξιν οὐκ ἐφείσατο. Δεῖ οὖν ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀναχωρεῖν. Καὶ γὰρ καὶ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος οὐχ ὑπήνεγκε βλασφημίαν τοῦ διαβόλου. Ἔσεσθαι γοῦν τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν ὡς Σοδόμων διδάσκει. Εἶτα παραινεῖ εἰς τὰ ἤθη, καὶ ὑπευξάμενος αὐτοῖς βεβαιότητα τῆς πίστεως παρὰ τοῦ Κυρίου, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

Liber VII, Quatuordecim Epistolæ Pauli, quarum prima est ad Romanos.

59. Pauli vocantur Epistolæ, propterea quod eas ille scripsit, et per has cum eos, quos viderat ac docuerat, admonet ac corrigit, tum quos non viderat, instruere conatur ac docere, **147** quemadmodum a legentibus odisci potest. Hanc autem ad Romanos Corintho scripsit, cum Romanos nondum quidem vidisset, audisset vero de illis, cupereteque videre eos. Et initio quidem laudat eorum fidem, quam videbat ubique annuntiari. Deinde

Βιβλίον ξ', Ἐπιστολαὶ Παύλου ιδ'. Τούτων πρώτη ἡ πρὸς Ῥωμαίους.

59. Οὕτω καλοῦνται, ἐπειδὴ αὐτὸς Παῦλος ἰδίᾳ ταύτας ἐπιστέλλων, καὶ διὰ τούτων, οὓς μὲν ἤδη ἑώρακε καὶ ἐδίδαξεν, ὑπομιμνήσκει καὶ ἐπιδιορθοῦται· οὓς δὲ μὴ ἑώρακε, σπουδάζει κατηχεῖν καὶ διδάσκειν, ὡς ἔστιν ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐντυγχανόντων καταμαθεῖν. Ταύτην δὲ τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστέλλει ἀπὸ Κορίνθου, μήπω μὲν ἑωρακὼς Ῥωμαίους, ἀκούων δὲ περὶ αὐτῶν, καὶ ἐπιποθῶν αὐτοὺς ἰδεῖν. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται τὴν πίστιν αὐτῶν, καταγγελλομένην

ὁρῶν πανταχοῦ· ἔπειτα σημαίνει πολλάκις ἑαυτὸν προθέμενον ἐλθεῖν διὰ τὸν εἰς αὐτοὺς πόθον, καὶ τέως μὴ δεδυνῆσθαι. Καὶ λοιπὸν διδασκαλικὴν τὴν Ἐπιστολὴν ποιεῖται περὶ κλήσεως ἐθνῶν, καὶ ὅτι ἡ περιτομὴ ἕως καιροῦ ἦν, καὶ νῦν πέπαυται· καὶ ὅτι διὰ τοῦ Χριστοῦ λέλυται τὸ παράπτωμα τοῦ Ἀδάμ, καὶ ἡ σκιὰ τοῦ νόμου παρῆλθε. Τὴν μὲν οὖν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν ἀκολούθως γεγενῆσθαι κατασκευάζει οὕτως, ἀποδεικνὺς πᾶσιν ἀνθρώποις ἔμφυτον εἶναι τὸν νόμον, καὶ πάντας ἀδιδάκτῳ τῇ φύσει καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς κτίσεως δύνασθαι γινώσκειν τὸν Θεόν. Διὸ καὶ εἰκότως αἰτιᾶται πρῶτον Ἕλληνας, ὡς τοῦ μὲν Θεοῦ φανερώσαντος αὐτοῖς ἐκ τῶν ποιημάτων τοῦ κόσμου τὴν περὶ ἑαυτοῦ γνῶσιν, καὶ τῆς ἀϊδίου δυνάμεως αὐτοῦ, ἥτις ἐστὶν ὁ Λόγος αὐτοῦ, ἐν ᾧ καὶ δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν· ἐκείνους δὲ μὴ ἐγνωκέναι μᾶλλον ἐκ τῶν κτισμάτων εἶναι Θεὸν τὸν τούτων δημιουργόν· ἀλλὰ τοὐναντίον αὐτὰ τὰ ποιήματα θεοποιήσαντας, καὶ τῇ κτίσει μᾶλλον ἢ τῷ κτίστῃ λατρεύσαντας. Αἰτιᾶται δὲ καὶ Ἰουδαίους, ὡς μὴ φυλάξαντας τὸν νόμον· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάσαντας. Καὶ οὕτως ἀμφότερα τὰ μέρη Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας ἐλέγχει, καὶ συγκλείει ἐπὶ παρανομίᾳ· ἵνα δείξῃ, ὅτι ἴσοι γενόμενοι οἱ πάντες, ὡς ὑπεύθυνοι ἐπίσης, καὶ τοῦ Λυτρουμένου δέονται. Τῆς δὲ χάριτος καὶ λυτρώσεως ἐπίσης καὶ τοῖς Ἰουδαίοις γενομένης καὶ τοῖς ἔθνεσιν, εἰκότως καὶ ἡ κλῆσις γέγονε τῶν ἐθνῶν· τῆς δὲ κλήσεως τῶν ἐθνῶν γενομένης, ἐξ ἀνάγκης πέπαυται ἡ περιτομὴ καὶ ἡ ἐν τῷ νόμῳ σκιά. Ὁ γὰρ Ἀβραὰμ, φησὶν, οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλὰ πρὸ τῆς περιτομῆς δικαιωθεὶς, μετωνομάσθη μὲν Ἀβραὰμ, ὅτι πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν ἔμελλεν εἶναι, κατὰ τὴν ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστιν· ἔλαβε δὲ μετὰ τὸ δικαιωθῆναι, καὶ τὴν περιτομὴν ἐν τῇ σαρκὶ, ἵνα σημεῖον ᾖ τοῖς κατὰ σάρκα γεννωμένοις ἐξ αὐτοῦ παύσεσθαι τότε περιτομὴν, ὅταν τὰ ἔθνη γένηται τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, ἀρξάμενα πολιτεύεσθαι κατὰ τὴν πίστιν τοῦ Ἀβραὰμ, ἐν ᾗ ἐδικαιώθη, ὅτε ἦν ἐν ἀκροβυστίᾳ. Τούτων γὰρ χάριν καὶ μετωνομάσθη ἀπὸ Ἀβρὰμ, Ἀβραάμ. Ἀνάγκη δὲ, ἐλθόντων τῶν σημαινομένων, παύεσθαι τὸ σημαῖνον. Εἰ μὲν οὖν τὰ ἔθνη ἀναγκάζουσι περιτέμνεσθαι, παυέτωσαν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ καλείσθω Ἀβράμ· εἰ δὲ Ἀβραὰμ παρὰ τοῦ Θεοῦ μετωνομάσθη, οὐ δεῖ περιτέμνεσθαι τὰ ἔθνη· ἀλλ' οὐδὲ αὐτοὺς ἔτι τοὺς κατὰ σάρκα Ἰουδαίους, ἵνα ᾖ τὸ ὄνομα βέβαιον, καὶ πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν καλῆται. Καὶ γὰρ οὐ χρείαν ἔχει λοιπόν τις περιτέμνεσθαι, ἀρκούμενος τῇ πίστει τοῦ Ἀβραάμ· ἀλλ' οὐδὲ τῆς ἄλλης τῆς ἐν τῷ νόμῳ σκιᾶς. Οὐ γὰρ ἐκ τούτων, ἀλλ' ἐκ πίστεως δικαιοῦταί τις, καθάπερ καὶ Ἀβραάμ. Ταῦτα οὕτως κατασκευάσας, ἀποδείκνυσι πάλιν, ὅτι ἄλλως οὐκ ἂν γένοιτο λύτρωσις καὶ χάρις τῷ Ἰσραὴλ καὶ τοῖς ἔθνεσιν, εἰ μὴ λυθῇ ἡ ἀρχαία ἁμαρτία, ἡ διὰ τοῦ Ἀδὰμ εἰς ἅπαντας γενομένη. Δι' ἄλλου δὲ ταύτην μὴ δύνασθαι ἐξαλιφῆναί φησιν, ἢ διὰ τοῦ Υἱοῦ, δι' οὗ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἡ κατάρα γέγονεν. Οὐ γὰρ δυνατὸν ἦν ἄλλον λῦσαι τὸ παράπτωμα. Εἶτα γράφει, ὅτι ἄλλως τοῦτο οὐ μὴ γένη-

significat sæpenumero propositum sibi fuisse veniendi ad eos, propter desiderium, quo erga eos affectus erat, hactenus vero non licuisse. Deinceps docendi modo Epistolam prosequitur, de vocatione gentium et quod circumcisio usque ad quoddam tempus fuerit, jam vero cessaverit. Quod per Christum solutum sit delictum Adæ: quod umbra legis transierit. Vocationem itaque gentium consequenter recto ordine factam esse ad hunc modum probat, postquam ostendit universis hominibus insitam esse legem, et quosvis citra doctrinam (legis) naturali judicio ex ipsa rerum conditione Deum cognoscere posse. Quapropter et merito gentes priore loco accusat, quod cum ipsis cognitionem sui Deus ex operibus mundi patefecerit, et simul sempiternam potentiam suam, quæ Verbum ipsius est, in quo et per quod omnia fecit, ostenderit, ipsi non cognoverunt ex creaturis, Deum esse talium opificem; sed contra, operibus illius divinitatem ascribentes, creaturas potius adorarunt, quam Creatorem. Accusat autem et Judæos, ut qui legem non servarent, imo per transgressionem legis Deum potius dedecore afficerent. Atque ita utramque partem, tam Judæos, quam gentes arguit, et sub iniquitate transgressionis concludit, ut ostendat omnes pares esse factos, utpote ex æquo reos, et Redemptoris egentes. Porro quandoquidem gratia et missio æqualiter contigit et Judæis et gentibus, jure ac merito gentium facta vocatio est: vocatione vero gentium facta, necessario cessasse circumcisionem et legis umbram. Nam Abraham, inquit, non in circumcisione, sed ante circumcisionem justificatus, mutato nomine Abraham dictus est, quoniam futurus erat pater multarum gentium, secundum fidem, quæ erat in præputio. Circumcisionem autem, postquam justificatus erat, accepit in carne, ut signum esset iis qui ex ipso secundum carnem nascituri erant, quod desitura tunc esset circumcisio, quando gentes fierent filii Abrahæ, inciperentque vivere secundum fidem Abrahæ, in qua ille, cum adhuc esset in præputio, justificatus est. Etenim horum gratia cum antea dictus esset Abram, vocatus est Abraham. Erat autem necessarium ut, venientibus rebus significatis, desineret signum. Quapropter si qui cogunt gentes circumcidi, iidem tollant et nomen Abraham, et vocent eum Abram. Si vero Abraham vocatus est a Deo, non oportet gentes circumcidi: imo ne Judæi quidem secundum carnem amplius circumcidendi sunt, ut firmum sit nomen (Abrahæ) voceturque pater multarum gentium. Nulli enim posthac opus est, ut circumcidatur, cum sufficiat fides Abrahæ: nec opus est ulla legis umbra. Non enim justificatur quisquam ex talibus, sed ex fide, quemadmodum et Abraham. Postquam ista ad hunc modum probavit, iterum ostendit, quod nec Israeli, nec gentibus alia possit ratione redemptio et gratia obtingere, nisi vetustum illud peccatum, quod per Adam in omnes mortales pervenit, solvatur. Deleri au-

tem per alium non posse, nisi per Filium Dei, per quem et ab initio maledictio facta sit. Neque enim possibile erat, ut alius delictum hoc solveret. Deinde scribit, quod nullo alio pacto id fieri potuit, quam ut corpore assumpto Filius Dei fieret homo: ut corpus hoc, inquam, quod passionibus nobis simile esset, pro omnibus offerret, et omnes a morte liberaret, et quemadmodum per unum hominem peccatum in mundum ingressum est, ita et per unum hominem ad omnes mortales **148** gratia perveniret. Deinceps vero, tanquam bonus œconomus, Judæos consolatur, quod legis transgressores futuri non sint, si in Christum credant: iis vero, qui ex gentibus crediderant; edicit, ne contra Israelem erigantur, sed agnoscant se, veluti ramos radici, ita Judæis insertos. His absolutis, hortatorios sermones pro moribus instituendis tradit, atque ita Epistolam finit.

A ται, εἰ μὴ σωματωθεὶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ γένηται ἄνθρωπος, ἵνα, τοῦτο, φημὶ δή, τὸ ὁμοιοπαθὲς ἡμῖν σῶμα προσενέγκας ὑπὲρ πάντων, τοὺς πάντας ἐλευθερώσῃ ἀπὸ τοῦ θανάτου, καὶ ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς κόσμον εἰσῆλθεν, οὕτως καὶ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου εἰς πάντας ἀνθρώπους ἡ χάρις γένηται. Καὶ λοιπὸν, ὡς καλὸς οἰκονόμος, τοὺς μὲν Ἰουδαίους παραμυθεῖται, ὅτι Οὐ παραβάται γίνεσθε τοῦ νόμου, ἐὰν εἰς τὸν Χριστὸν πιστεύσητε· τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν παρεγγυᾷ μὴ ἐπαίρεσθαι κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γινώσκειν, ὅτι, ὡς κλάδοι ἐπὶ τὴν ῥίζαν, οὕτως ἐπ' ἐκείνους ἐνεκεντρίσθησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα παραινετικοὺς λόγους εἰς τὰ ἤθη διδάξας, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

Secunda, ad Corinthios.

B

Δευτέρα, πρὸς Κορινθίους.

60. Hanc ad Corinthios scripsit ipse Paulus, ex Epheso Asiæ, tametsi eos jam viderat et docuerat, ut nihilominus eos admoneret. Occasio autem Epistolæ hæc est: Corinthii, per contentionem congregati, sententiis inter se dissidebant, et denique erant inter eos schismata, quorum vitio fiebat, ut negligerent eum, qui noverat suam in uxorem sibi sumpserat. Alii volebant uxores suas, continentiæ obtentu, relinquere. Quidam in templis idolorum edebant, quasi indifferentia essent idolothyta. Erant qui reliquos contemnerent, eos vero, qui linguis loquebantur, suspicerent. Postremo et in mysterio resurrectionis quidam seducti erant, ita ut dicerent, futurum non esse, ut hæc nostra caro resurgat. Cum hæc omnia Corinthi moverentur, C scribunt populi Apostolo, qui et ad omnia rescribit. Et primum quidem, testimonium illis dat prudentiæ et scientiæ, non autem laudat eos schismata facientes, sed suadet, ut virtutem putent non in sermone esse, sed in opere et potestate. Deinde postquam increpuit eum, qui novercam duxisset, adhortatusque ne litibus inter se contenderent, deinceps ad ea respondet, de quibus illi scripserant. De nuptiis docet, infractum esse debere conjugium, et precum gratia ad tempus ab illo vacari posse. Quoniam vero continentiam diligebant, de virginitate scribit, quod necessaria non sit, sed cujusque arbitrio permittenda. Subdit de idolothytis, ne abutantur scientia, sed conversentur in dilectione. Prohibet igitur convivia, quæ in templis idolorum fierent, ne pusilli scandalizarentur. D Postea de donis spiritualibus scribit, ne charismatum gratia discrimen inter se statuant, neve præferant eum, qui charisma aliquod habet, ei, qui alio donatus est: nam omnia ejusdem esse Spiritus dicit. Deinde et de resurrectione docet, quod scilicet caro resurrectura sit, mortua quidem corruptibilis, excitanda vero incorrupta secundum gratiam Christi. Resurrectionem vero ex eo astruit, quod Christus excitatus est. In calce hortatur de moribus instituendis, et de collecta ad subsidium sanctorum facienda præcipit, atque ita absolvit Epistolam.

60. Ταύτην ἐπιστέλλει ὁ αὐτὸς Παῦλος πρὸς Κορινθίους ἀπὸ Ἐφέσου τῆς Ἀσίας, ἐωρακὼς μὲν αὐτοὺς ἤδη καὶ διδάξας, ὑπομιμνήσκων δὲ ὅμως διὰ τῆς Ἐπιστολῆς ταύτης. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Κορίνθιοι, ἐκ φιλονεικίας συναγόμενοι, ἐσχίζοντο ταῖς γνώμαις, καὶ λοιπὸν ἦν ἐν αὐτοῖς σχίσματα· καὶ ὄντων σχισμάτων, παρεβλέποντο τὸν λαβόντα τὴν μητρυιὰν εἰς γυναῖκα. Ἄλλοι δὲ ἤθελον καταλιμπάνειν τὰς γυναῖκας προφάσει τῆς ἐγκρατείας. Τινὲς δὲ καὶ ἐν εἰδωλείοις ἤσθιον ὡς ἀδιαφόρων ὄντων τῶν εἰδωλοθύτων. Ἄλλοι δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἐξουθένουν, τοὺς δὲ λαλοῦντας γλώσσαις ἐθαύμαζον. Καὶ τέλος ἠπάτηντο καὶ εἰς τὸ περὶ ἀναστάσεως μυστήριον, λέγοντες μὴ ἐγείρεσθαι τὴν σάρκα ταύτην. Τούτων πάντων ἐν Κορίνθῳ κινουμένων, γράφουσιν οἱ λαοὶ τῷ Ἀποστόλῳ, καὶ λοιπὸν πρὸς πάντα ἀντιγράφει. Καὶ πρῶτον μὲν μαρτυρεῖ αὐτοῖς ἐν φρονήσει καὶ γνώσει· οὐκ ἀποδέχεται δὲ αὐτοὺς ποιοῦντας τὰ σχίσματα, ἀλλὰ καὶ συμβουλεύει μὴ ἐν λόγῳ τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἐν ἔργῳ καὶ δυνάμει ἡγεῖσθαι· ἔπειτα, ἐπιτιμήσας τῷ τὴν μητρυιὰν λαβόντι, καὶ παραινέσας μὴ ἔχειν κρίματα πρὸς ἑαυτοὺς, λοιπὸν περὶ ὧν ἔγραψαν ἀποκρίνεται. Περὶ μὲν τοῦ γάμου διδάσκων, ἄῤῥηκτον εἶναι τὴν συζυγίαν, καὶ ἐν καιρῷ μόνον σχολάζειν διὰ τὴν εὐχήν· διὰ δὲ τὸ ἀγαπᾶν αὐτοὺς τὴν ἐγκράτειαν, γράφει περὶ παρθενίας, ὅτι μὴ ἀνάγκη, ἀλλὰ πειθοῖ τοῦτο γινέσθω. Εἶτα περὶ τῶν εἰδωλοθύτων, ἵνα μὴ καταχρῶνται τῇ γνώσει, ἀλλὰ τῇ ἀγάπῃ πολιτεύωνται. Κωλύει οὖν τὰ ἐν εἰδωλίῳ συμπόσια, ἵνα μὴ σκανδαλίζωνται οἱ μικροί. Εἶτα περὶ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων γράφει· ἵνα μὴ διαφέρωνται ἐν τοῖς χαρίσμασι, μηδὲ προκρίνωσι τὸν ἔχοντα τὸ χάρισμα τόδε τοῦ ἔχοντος τόδε· πάντα γὰρ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος εἶναι λέγει. Καὶ λοιπὸν περὶ ἀναστάσεως διδάσκει· ὅτι ἡ σὰρξ ἐγείρεται, ἀποθνήσκουσα μὲν φθαρτὴ, ἐγειρομένη δὲ ἄφθαρτος κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν. Τὴν δὲ ἀνάστασιν ἀπὸ τοῦ ἐγηγέρθαι τὸν Χριστὸν συνίστησι. Καὶ εἰς τὸ τέλος παραινετικοὺς λόγους εἰς τὰ ἤθη γράφει, καὶ περὶ λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους παραγγέλλει, καὶ οὕτω τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

Τρίτη, πάλιν καὶ αὕτη πρὸς Κορινθίους.

61. Καὶ ταύτην πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἐπιστέλλει ἀπὸ Μακεδονίας. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Δεξάμενοι Κορίνθιοι τὴν Ἐπιστολὴν τὴν προτέραν, κατενύγησαν ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ λαβόντος τὴν μητρυιὰν, καὶ ἐλυπήθησαν δὲ, ὡς παριδόντες τοιοῦτον ἁμάρτημα· εἶτα ὑφηρπάζοντο παρά τινων τῶν καὶ τὰς προφάσεις τῶν σχισμάτων ποιούντων, ὥστε παρακαθέζεσθαι τῷ γράμματι τοῦ νόμου, καὶ ἀδιάφορον ἡγεῖσθαι τὴν παρὰ τοῦ Χριστοῦ χάριν, καὶ μᾶλλον προσεῖχον τοῖς ἐν προσώπῳ καυχωμένοις. Ἦσαν δὲ καὶ περὶ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους φροντίζοντες καλῶς. Πρὸς ταῦτα οὖν ἀντιγράφει ὁ Ἀπόστολος. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται αὐτοὺς, ἐκβαλόντας τὸν παρανομήσαντα· ἔπειτα ἀξιώσασιν αὐτοῖς συγκατανεύει, καὶ μετανοήσαντα ἐκεῖνον κελεύει δεχθῆναι. Ἐν αὐτῇ δὲ διδάσκει περὶ τοῦ νόμου, διαιρῶν τὸ γράμμα, καὶ δείκνυσιν, ὅτι οὐ δεῖ λαμβάνειν τὸ γράμμα μόνον τοῦ νόμου, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ γράμματι τὴν διάνοιαν ἐρευνᾷν· οὐ γὰρ μόνον ῥητά ἐστιν ὁ νόμος, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ῥητοῖς ἐστι καὶ ὁ νοῦς τοῦ πνεύματος· ἔπειτα, ὅτι τοῦ Χριστοῦ ἐλθόντος, καινὴ κτίσις γέγονε, καὶ οὐ δεῖ κατὰ τὸ παλαιὸν ζῆν, ἀλλ' ὡς ἐν καινῇ κτίσει ἐν πᾶσιν ἀνανεοῦσθαι καὶ ἀργὴν εἶναι λοιπὸν τὴν περιτομήν. Ἀποδέχεται δὲ αὐτοὺς καὶ περὶ τῆς διακονίας, καὶ προτρέπεται μᾶλλον αὐτοὺς πλεονάζειν. Εἶτα αἰτιώμενος τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους, καταλέγει πάντα, ἅπερ πέπονθε διὰ τὸν Κύριον, καὶ τὰς ὀπτασίας δὲ διηγεῖται, ἅσπερ ἑώρακεν, εἴς τε τὸν Παράδεισον καὶ εἰς τὸν τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγείς. Εἶτα παραγγείλας μὴ ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ μετανοεῖν τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἐν εὐχαριστίᾳ τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

Tertia, iterum ad Corinthios.

61. Ad eosdem et hanc mittit e Macedonia. Est autem illius occasio talis: Priore accepta Epistola Corinthii, compuncti super peccato ejus qui novercam suam duxerat, contristatique fuerant, quod tale peccatum neglexissent: deinde seducti fuerant ab illis, qui schismatum occasionem dederant, ita ut litteræ legis servandæ studerent, et gratiam Christi indifferentem judicarent, atque iis, qui in faciem sese jactabant, plus attenderent. De collecta vero in usus sanctorum facienda, probe curabant. Ad ista igitur rescribit Apostolus. Et primum quidem laudat ipsos, quod ejecissent eum qui deliquerat: deinde petentibus ipsis annuit et resipiscentem illum recipi jubet. Docet etiam hac Epistola de lege, discriminans illic litteram, et ostendens, non esse litteram legis solam accipiendam, sed in littera sententiam eruendam: non enim verba tantum sunt lex, sed in **149** verbis est sensus spiritus. Deinde, quod veniente Christo nova creatura facta sit, nec oporteat secundum vetustatem vivere, sed in omnibus, velut in nova creatura, renovari et superfluam deinceps esse circumcisionem. Laudat eos etiam ministerii gratia, et adhortatur, ut ea in re abundent. Postea reprehendit eos, qui in faciem gloriabantur, ac recenset quæcunque passus erat propter Dominum, et visiones, quas viderat, exponit, et quomodo in Paradisum ad tertium cœlum raptus sit. Tandem postquam illis denuntiavit ne peccent, sed si qui peccarint, resipiscant, cum gratiarum actione terminat Epistolam.

Τετάρτη, πρὸς Γαλάτας.

62. Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ῥώμης, ἑωρακὼς αὐτοὺς ἤδη καὶ διδάξας. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Διδαχθέντες καλῶς οἱ Γαλάται παρὰ τοῦ Ἀποστόλου, καὶ πιστεύσαντες γνησίως εἰς τὸν Χριστὸν, ἀποδημησαντος αὐτοῦ, ὑφηρπάσθησαν παρά τινων, ὥστε περιτέμνεσθαι. Ταῦτα τοίνυν μαθὼν ὁ Ἀπόστολος, γράφει πρὸς αὐτούς. Καὶ πρῶτον μὲν μαρτυρῶν αὐτοῖς περὶ ἧς εἶχον πίστεως, καὶ γνησίας ἐν Χριστῷ διαθέσεως, μέμφεται ὡς ἀνοήτως πράξαντας, καὶ μεταβαλομένους αὐτούς· ἔπειτα δὲ διαλαμβάνει περὶ τοῦ νόμου, καὶ τῆς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ πίστεως· καὶ ἀποδείκνυσιν ἔκ τε τοῦ νόμου καὶ τῶν γυναικῶν Ἀβραὰμ, ἀλληγορήσας αὐτὰς, μέχρι καιροῦ δεδόσθαι τὴν σκιὰν, καὶ τὴν περιτομὴν, καὶ ἀργεῖν λοιπὸν αὐτὰ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ. Καὶ οὕτως ἀποδείξας, παραγγέλλει λοιπὸν αὐτοῖς μηκέτι προσέχειν τοῖς ἀπατήσασιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἔχεσθαι τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, καὶ γινώσκειν, ὅτι ἡ ἐν Χριστῷ χάρις καταργεῖ τὴν κατὰ σάρκα περιτομήν. Καὶ οὕτω πάλιν εἰς τὰ ἤθη παραινέσας καὶ διδάξας, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

Quarta, ad Galatas.

62. Hanc misit Roma, cum jam vidisset Galatas ac docuisset. Est autem ea epistolæ occasio: Galatæ postquam recte fuissent instituti ab Apostolo, et sincere in Christum credidissent, cum Apostolus profectus fuisset, seducti fuerant a quibusdam, ita ut circumciderentur. Hæc cum didicisset Apostolus, scribit ad eos: et initio quidem testimonium illis dat fidei, quam habuerant, et sinceri erga Christum animi; mox vero ideo reprehendit, quod stulte egissent ac mutati fuissent. Consequenter disputat de lege, et de fide quæ secundum Abraham est, ac ostendit cum ex lege, tum ex uxoribus Abrahæ, allegorice usurpatis, ad tempus usque datam esse umbram et circumcisionem, adventu vero Christi hæc fuisse abrogata. Hæc ubi ostendit, suadet illis, ne posthac amplius seductoribus aurem præbeant, sed magis fidei, quæ in Christo est, adhæreant cognoscantque per gratiam, quæ in Christo est, abolitam esse carnis circumcisionem. Postremo adhortatus ad bonos mores, claudit Epistolam.

Πέμπτη, πρὸς Ἐφεσίους.

63. Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ῥώμης, οὔπω μὲν αὐτοὺς ἑωρακὼς, ἀκούσας δὲ περὶ αὐτῶν. Ἡ δὲ πρό-

Quinta, ad Ephesios.

63. Misit et istam Roma, cum nondum eos vidisset, audisset autem de illis. Occasio autem Epi-

stolæ hæc est : Ephesii, cum credidissent in Dominum nostrum Jesum Christum, genuinam habebant in ipsum fidem, et erga omnes sanctos dilectionem, cupiebantque a Paulo confirmari. Hoc ubi cognovisset, scribit ad eos hanc Epistolam velut instituendi gratia. Et principio ostendit mysterium nostrum non esse recens, sed ab initio et ante mundi creationem beneplacitum Deo fuisse, ut Christus pro nobis pateretur, nosque salutem consequeremur. Deinde disserit de vocatione gentium, ut ostenderet eos merito credidisse, declaratque vocationem nostram non per hominem aliquem esse factam, sed per Christum, qui Filius Dei est, ut etiam ex eo discerent, hominis se cultores non esse factos, ubi in Christum crediderunt, sed veros cultores Dei. Significat se quoque hujus gratia missum fuisse, ut prædicaret Evangelium, et quod curam ipsorum habeat. Postea, adhortatorios sermones viris ac mulieribus, patribus et liberis, dominis ac servis in hac Epistola ponit : atque universos omnino contra diabolum et dæmones ejus instruit, dicens adversum illos nobis esse luctam. Et ubi tanquam bonus athletarum præceptor omnes contra diabolicas operationes verbis suis inunxit, Epistolam claudit.

Sexta, ad Philippenses.

64. Hanc quoque Roma misit, cum jam (Philippenses) vidisset ac docuisset. Argumentum Epistolæ hoc est : Cum Philippenses subsidii ministerium Paulo 150 misissent, et nonnulli circumirent, qui simplicium aures obtentu umbræ legis et circumcisionis corrumperent, ac dicerent sine illa non posse quemquam justificari, Apostolus re cognita Philippensibus scribit. Et primum quidem laudat eorum fidem, et significat, quod memoriam ipsorum habeat. Deinde enarrat, quomodo Romæ doctrinæ suæ rationem reddiderit, et quomodo nonnulli molestiam intulerint, dum in vinculis esset, invidiam ipsi excitantes. Postea adhortatur eos, ut se mutuo diligant : exposita Salvatoris benignitate, qui cum Deus esset, homo nostri gratia factus est. Postea de circumcisione ac veteri lege disputans, inutilem esse deinceps circumcisionem ostendit, sumpto de se exemplo, cum dicit : « Hæc omnia propter Christum damnum esse judico[13]. » Quapropter eos quoque, qui circumcisionem adhuc docebant, ac Philippenses seducere volebant, reprehendit, inimicosque, Christi esse dicit. Laudat autem Philippenses propter communicationis, quod sibi impenderant, beneficium, et ubi ad bonos mores rursum adhortatus est, terminat Epistolam.

Septima, ad Colossenses.

65. Hanc quoque Roma misit, cum Colossenses nondum vidisset quidem, audissetque tantum de illis. Occasio autem Epistolæ hæc est : Colossenses Græcis sophismatibus seducere tentabant quidam contra fidem Christi loquentes : nec non circa legales cibos, et circumcisionem. Hoc ubi didicisset

[13] Philipp. III, 7.

A φασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Ἐφέσιοι, πιστεύσαντες εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, γνησίαν εἶχον ε᾽ς αὐτὸν τὴν πίστιν, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους τὴν ἀγάπην, καὶ ἐβούλοντο παρὰ τοῦ Παύλου βεβαιωθῆναι. Μαθὼν τοίνυν ὁ Ἀπόστολος, γράφει πρὸς αὐτοὺς ταύτην τὴν Ἐπιστολὴν, ὥσπερ κατηχητικήν. Καὶ πρότερον μὲν δείκνυσι μὴ νεώτερον εἶναι τὸ καθ᾽ ἡμᾶς μυστήριον. ἀλλ᾽ ἐξ ἀρχῆς καὶ καταβολῆς κόσμου εἶναι ταύτην εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ, ὥστε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν, καὶ ἡμᾶς σωθῆναι· ἔπειτα περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν διαλέγεται, ἵνα δείξῃ ἀξίως αὐτοὺς πεπιστευκέναι· καὶ ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἡ κλῆσις ἡμῶν γέγονεν οὐ δι᾽ ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵνα καὶ ἐν τούτου μάθωσιν, ὅτι οὐκ ἀνθρωπολάτραι γεγόνασι, πιστεύσαντες τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ ἀληθικοὶ θεοσεβεῖς. ΣημαίB νει δὲ καὶ ἑαυτὸν διὰ τοῦτο ἀπεστάλθαι κηρύσσειν τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ὅτι περὶ αὐτῶν ἐφρόντιζεν. Εἶτα παραινετικοὺς λόγους ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ, πατράσι καὶ τέκνοις, κυρίοις καὶ δούλοις τίθησιν ἐν τῇ Ἐπιστολῇ, καὶ καθόλου πάντας παρασκευάζει κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν δαιμόνων αὐτοῦ, λέγων πρὸς ἐκείνους εἶναι ἡμῖν τὴν πάλην. Καὶ ὥσπερ ἀγαθὸς ἀλείπτης, ἀλείψας τοῖς λόγοις πάντας κατὰ τῆς διαβολικῆς ἐνεργείας, οὕτω τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

Ἕκτη, πρὸς Φιλιππησίους.

64. Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ῥώμης, ἐωρακὼς αὐτοὺς ἅμα καὶ διδάξας. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Πεμψάντων Φιλιππησίων διακονίαν τῷ Παύλῳ, καί τινων περιερχομένων, καὶ διαφθειρόντων τὰς ἀκοὰς τῶν ἀκεραίων προφάσει τῆς σκιᾶς τοῦ νόμου C καὶ τῆς περιτομῆς, καὶ λεγόντων χωρὶς ταύτης μὴ δύνασθαι δικαιωθῆναι, μαθὼν ὁ Ἀπόστολος γράφει Φιλιππησίοις. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται αὐτῶν τὴν πίστιν, καὶ σημαίνει μνημονεύειν αὐτῶν· ἔπειτα διηγεῖται ὡς ἀπελογήσατο ἐν Ῥώμῃ, καὶ ὅτι τινὲς αὐτῷ βαρεῖς γεγόνασιν ἐν τοῖς δεσμοῖς, φθόνον αὐτῷ κινοῦντες. Εἶτα αὐτοὺς προτρέπεται ἀλλήλους ἀγαπᾷν, ἐξηγούμενος τὴν τοῦ Σωτῆρος φιλανθρωπίαν, ὅτι Θεὸς ὢν ἐνηνθρώπησε δι᾽ ἡμᾶς. Εἶτα περὶ τῆς περιτομῆς καὶ τοῦ παλαιοῦ νόμου διαλαβὼν ἀποδεικνύει ἀργὴν γεγενῆσθαι λοιπὸν τὴν περιτομὴν, λαμD βάνων ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ παράδειγμα, καὶ λέγων, ὅτι « Ταῦτα πάντα ἡγοῦμαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. » Διὸ καὶ τοὺς μὲν διδάσκοντας ἔτι περιτομὴν, καὶ θέλοντας αὐτοὺς ἀπατῆσαι, μέμφεται, καὶ λέγει ἐγθροὺς εἶναι τοῦ Χριστοῦ. Ἀποδέχεται δὲ Φιλιππησίους διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν τῆς κοινωνίας δόσιν· καὶ προτρεψάμενος πάλιν εἰς τὰ ἤθη αὐτοὺς, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

Ἑβδόμη, πρὸς Κολασσαεῖς.

65. Ταύτην ἀποστέλλει ἀπὸ Ῥώμης, οὐχ ἑωρακὼς μὲν αὐτοὺς, ἀκούσας δὲ περὶ αὐτῶν. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Τοὺς Κολασσαεῖς ἐπειρῶντό τινες ἀπατῆσαι σοφίσμασιν Ἑλληνικοῖς κατὰ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως, καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ βρωμάτων, καὶ τῆς περιτομῆς. Ταῦτα τοίνυν

μαθὼν ὁ Ἀπόστολος, γράφει τὴν Ἐπιστολὴν αὐτοῖς ταύτην, ὥσπερ κατηχητικήν. Καὶ πρῶτον μὲν εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, σημαίνει ἀπὸ τοῦ σκότους αὐτοὺς μεταβεβηκέναι εἰς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας, καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς, εἰς ὃν ἐπίστευσαν, εἰκών ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ Λόγος δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε· καὶ ὅτι ἔπρεπεν αὐτὸν δημιουργὸν ὄντα γενέσθαι καὶ πρωτότοκον τῆς κτίσεως καὶ πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα τὰ ἀμφότερα συνάψῃ, καὶ ζωοποιήσῃ τὰ πάντα. Προτρέπει τε αὐτοὺς ἐμμένειν τῇ πίστει, σημαίνων, ὅτι αὐτὸς Παῦλος διάκονός ἐστι τοῦ Εὐαγγελίου, ἐν ᾧ κατηχήθησαν· εἶτα δὲ καὶ περὶ τοῦ νόμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ βρωμάτων διαλαμβάνει, καὶ περὶ ἡμερῶν καὶ ἐνιαυτῶν, ἃ ἐξηγεῖται, καὶ ἀποδείκνυσιν ἠργηκέναι λοιπὸν πάντα τὰ παλαιὰ καὶ τὴν περιτομήν· συμβουλεύει τε αὐτοὺς μὴ πλανᾶσθαι ἀπὸ τῶν σοφιζομένων, καὶ πλανᾷν αὐτοὺς θελόντων. Καὶ λοιπὸν παραινέσας κάνταῦθα γονεῦσι καὶ τέκνοις, καὶ ἀνδράσι, καὶ γυναιξὶ, δούλοις καὶ κυρίοις, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὰ ἤθη συμβουλεύσας, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν. Παραγγέλλει μέντοι αὐτοὺς, ἵνα, ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' αὐτοῖς ἡ Ἐπιστολὴ, ποιήσωσι καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων Ἐκκλησίᾳ αὐτὴν ἀναγνωσθῆναι· καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας πάλιν καὶ αὐτοὺς ἀναγνῶναι.

A Apostolus, hanc illis Epistolam instruendi modo scribit. Et principio gratias agens Deo, significat eos e tenebris ad veritatis lucem esse translatos, et quod Christus, in quem crediderant, imago Dei sit, et Verbum per quod omnia facta sunt, et quod decuerit eum, qui rerum est opifex, primogenitum fieri creaturæ, et primogenitum ex, mortuis; ut utraque conjungeret, et omnia vivificaret. Adhortatur etiam eos, ut in fide persistant, significans eis se Paulum esse ministrum Evangelii, in quo instructi jam erant. Deinde de lege, et de cibis in lege memoratis disputat, de diebus etiam et annis exponit, et deinceps vetera omnia, circumcisionem quoque, abolita esse declarat. Auctor est etiam, ne decipi se sinant a sophistis, iisque qui se subornare vellent. Tandem hortatus parentes, liberos, B viros, mulieres, servos et dominos, et alia quæ bonos mores concernunt locutus, Epistolam finit. Denuntiat etiam illis, ut posteaquam apud illos lecta fuerit Epistola, curent, ut et in Ecclesia Laodicensi legatur, et ut vicissim eam legant, quæ Laodicensibus scripta est.

Ὀγδόη, ἀρὸς Θεσσαλονικεῖς.

66. Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ἀθηνῶν, ἐωρακὼς πρότερον αὐτοὺς, καὶ διατρίψας παρ' αὐτοῖς. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Ὁ Ἀπόστολος πολλὰς θλίψεις παθὼν ἐν Βερρόῃ, καὶ ἐν Φιλίπποις τῆς Μακεδονίας, καὶ ἐν Κορίνθῳ, γινώσκων τε ὅσα πέπονθε καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ, φοβούμενος, μὴ ἀκούσαντες Θεσσαλονικεῖς, ἃ πέπονθεν ἐν ταῖς προειρημέναις C πόλεσι, πειρασθῶσιν ὑπὸ τοῦ πειράζοντος, καὶ σκανδαλισθῶσι· μαθὼν δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσι κατώδυνοι ἐγίνοντο, ἀποστέλλει Τιμόθεον πρὸς αὐτοὺς μετὰ τῆς Ἐπιστολῆς ταύτης. Καὶ πρῶτον μὲν ἐπιστηρίζει αὐτοὺς ἐν τῇ πίστει, ὥστε μὴ σαλεύεσθαι διὰ τὰς θλίψεις, ὑπομιμνήσκει γὰρ αὐτοὺς, ὡς καὶ ἐν τῇ κατηχήσει διδαχθέντας ὑπομένειν τὰς θλίψεις, καὶ μηδὲν ξένον αὐτοὺς πεπονθέναι ὑπὸ Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν Χριστὸν ἀποκτεινάντων. Χριστιανῶν γὰρ ἴδιον τὸ θλίβεσθαι ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἔλεγε. Πολλὰ δὲ παραινέσας αὐτοῖς οὕτως ἀναστρέφεσθαι, ὡς παρέλαβον ἀπ' αὐτοῦ, γράφει καὶ περὶ τῶν τελευτώντων, παραμυθούμενος αὐτοὺς καὶ διδάσκων, μὴ βαρέως φέρειν. Οὐ γὰρ εἶναι τὸν θάνατον ἀπώλειαν, ἀλλ' ὁδὸν ἀναστάσεως. Ἔπειτα καὶ περὶ τῶν χρόνων αὐτοὺς D διδάσκει, ἵν', ἄδηλον τὴν ἡμέραν γινώσκοντες. ἀεὶ ἕτοιμοι γίνωνται, καὶ μηδενὶ προσέχωσιν ἐπαγγελλομένῳ περὶ αὐτῆς. Ἔσεσθαι γάρ φησι τὴν παρουσίαν οὕτως, ὥστε τοὺς περιλειπομένους, καὶ εὑρισκομένους ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, μὴ φθάνειν τοὺς ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένους. Ἅμα γὰρ γίνεσθαι τὴν πάντων ἀλλαγὴν διδάσκει. Πρὸς τούτοις, προτρέπων αὐτοὺς βελτιοῦσθαι ἐν τοῖς ἤθεσι, παραινεῖ ἀεὶ αὐτοῖς καὶ χαίρειν τῇ ἐλπίδι, καὶ προσεύχεσθαι, καὶ εὐχαριστεῖν ἀεὶ τῷ Κυρίῳ, ἐνορκίζων αὐτοὺς ἀναγνῶναι τὴν Ἐπιστολὴν ταύτην πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ οὕτως αὐτὴν τελειοῖ.

Octava, ad Thessalonicenses.

66. Hanc mittit Athenis, cum eos jam antea vidisset, et cum ipsis conversatus esset. Occasio vero epistolæ hæc est: Cum multas afflictiones Berrhœæ perpessus esset Apostolus, Philippis quoque Macedoniæ et Corinthi, sciretque, quæ passus fuerat Thessalonicæ, veritus, ne Thessalonicenses, auditis quæ passus erat in prædictis civitatibus, tentarentur a tentatore et scandalizarentur, præsertim cum intellexisset eos mortuorum gratia multum lugere, misit ad eos Timotheum cum hac Epistola. Et primum confirmat eos in fide, ne propter afflictiones concutiantur. Commonefacit enim eos, quomodo et in prima institutione didicerant, ferendas esse tribulationes, et quod insolens non sit, quod passi essent a Judæis, qui etiam Christum occidernnt. Esse enim 151 proprium Christianorum affligi in hac vita. Hortatus autem eos multis, ut ita conversarentur sicuti ab ipso acceperant, de mortuis etiam scribit, consolans eos ac docens, ne moleste ferant. Mortem enim non esse perditionem, sed viam resurrectionis. Deinde et de temporibus eos edocet, ut diem Domini occultum esse scientes, semper parati sint, nec quemquam attendant de illo nuntiantem : futurum enim ita illis adventum, ut qui residui invenientur in eo die, non sint præventuri eos, qui ex mortuis excitabuntur, eo quod simul ac subito omnium sit futura mutatio. Denique ubi admonuit eos, ut meliores moribus evadant, hortatur etiam, ut semper in spe gaudeant, et precationi insistant, ac perpetuo gratias agant Domino. Tandem adjurat eos, ut Epistolam hanc fratribus omnibus legant, atque illam finit.

Nona, item ad Thessalonicenses.

67. Hanc Roma mittit. Occasio autem ejus talis est : Thessalonicæ quidam otiosi et inordinate viventes circumibant,ac fratres seducebant : quasi jam tum adventus Domini instaret. Seducebant autem auditores quasi Apostolo id manifestante, et ab ipso Spiritu sancto audissent. Quod ubi cognovit Apostolus, hanc ad eos Epistolam scripsit. Et primum quidem crescentem eorum fidem laudat, et gloriatur in ipsis, quod afflictiones fortiter tolerabant propter Christum:consolatur eos etiam, quod futura sit a Deo ultio eorum, a quibus immerito affligebantur. Deinde vero et de adventu Salvatoris eos edocet, ne cuiquam credant, neve turbentur, sive per Spiritum, sive tanquam ipse ea de re scripserit; nec ullo modo putent, eam jam instare, aut futuram esse priusquam defectio veniat, et post hanc Antichristus, filius ille perditionis, cujus adventum in signis ac prodigiis mendacibus secundum operationem Satanæ futurum esse significat. Postea adhortatus eos, ut fortiter persistant, et traditiones, quas a se didicerant, servent, denuntiat illis ne quam cum iis, qui inordinate vivebant, communionem habeant, sed magis repudient eos. Declarat enim hujusmodi curiosos esse et erronos. Prorsus autem præcipit eis, ut si quis sermonibus suis immorigerus sit, hunc e synagoga ejiciant. Cæterum pacem illis precatus, finit Epistolam, salutatione propria manu scripta,quod cujusque Epistolæ suæ signum esse indicat.

A

B

C

Decima, ad Hebræos.

68. Hanc mittit ex Italia. Occasio autem Epistolæ talis est : Quoniam Judæi legi et umbris illius incumbebant, ob eam causam Paulus apostolus, doctor gentium factus et ad gentes missus,ut Evangelium illis prædicaret, cum omnibus gentibus scripsisset, jam deinceps omnibus etiam Hebræis, qui ex circumcisione crediderant, Epistolam hanc scribit declarationibus et probationibus instructam, de Christi adventu, et quod legis umbra desierit. Et principio declarat prophetas ideo esse missos, ut de Salvatore prænuntiarent,et ut post illos ipse Salvator veniret : servos esse prophetas, et nuntios adventus ipsius. Ipsum vero Christum Filium esse Dei,per quem omnia facta sint. Et quod hunc Filium incarnari hominemque fieri oportuerit, ut per corporis sui immolationem mortem aboleret : neque enim per sanguinem vituli aut hirci, sed per sanguinem Christi fore mortalibus salutem. Ostendit etiam, quod lex neminem perfectum reddiderit, sed umbram habuerit futurorum **152** bonorum, et quod populus requiem per illam non invenerit, sed communis nobis omnibus relinquatur quietis dies. Item declarat sacerdotale illud summi sacerdotis munus ab Aarone ad Christum translatum esse, cujus typus fuit Melchisedec, non ex Levi ortus : et quod patres fide sint,

D

Ἑνάτη, πάλιν καὶ αὕτη πρὸς Θεσσαλονικεῖς.

67. Ταύτην ἀποστέλλει ἀπὸ Ῥώμης. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Τινὲς ἐν Θεσσαλονίκῃ ἀργοὶ καὶ ἄτακτοι περιερχόμενοι τοὺς ἀδελφοὺς ὑφῄρπαζον, ὡς ἤδη τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἐνστάσης. Ἠπάτων δὲ τοὺς ἀκούοντας, ὡς τοῦ Ἀποστόλου τοῦτο δηλοῦντος, καὶ ὑπὸ Πνεύματος ἀκούσαντες. Ταῦτα τοίνυν μαθὼν ὁ Ἀπόστολος γράφει τὴν Ἐπιστολήν. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται τὴν πίστιν αὐτῶν αὐξάνουσαν, καὶ ὅτι ἐν αὐτοῖς ἐκαυχᾶτο, τὰς θλίψεις γενναίως ὑποφέρουσι διὰ τὸν Χριστόν· καὶ παραμυθεῖται δὲ αὐτοὺς, ὡς ἐσομένης ἐκδικίας παρὰ τοῦ Θεοῦ κατὰ τῶν ἀδικούντων· ἔπειτα δὲ καὶ περὶ τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος διδάσκει, μηδενὶ αὐτοὺς πείθεσθαι, μηδὲ θροεῖσθαι, μήτε διὰ Πνεύματος, μήτε ὡς αὐτοῦ γράψαντος, μηδὲ ὅλως νομίζειν ἤδη παρεῖναι αὐτήν, μηδὲ πρότερον ἔσεσθαι ταύτην, ἐὰν μὴ ἡ ἀποστασία πρότερον ἔλθῃ, καὶ μετ' αὐτὴν ὁ Ἀντίχριστος, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, οὗ τὴν παρουσίαν ἐν σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ ἔσεσθαι σημαίνει. Εἶτα παραινέσας αὐτοῖς στήκειν γενναίως, καὶ κρατεῖν τὰς παραδόσεις, ὡς ἐδιδάχθησαν παρ' αὐτοῦ, παραγγέλλει μηδεμίαν κοινωνίαν ἔχειν μετὰ τῶν ἀτάκτων, ἀλλὰ καὶ ἀποβάλλειν αὐτούς. Εἶναι γὰρ καὶ περιέργους καὶ πλάνους ἐδήλωσε τοὺς τοιούτους. Καὶ καθόλου δὲ παρήγγειλε τὸν μὴ ὑπακούοντα τοῖς λόγοις αὐτοῦ, τοῦτον ἀποσυνάγωγον γίνεσθαι. Καὶ λοιπὸν ὑπευξάμενος αὐτοῖς εἰρήνην, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν, τὸν ὀσπασμὸν τῇ ἰδίᾳ χειρὶ γράψας, ἅπερ σημεῖον εἶναι πάσης Ἐπιστολῆς οἰκείας δεδήλωκεν·

Δεκάτη, πρὸς Ἑβραίους.

68. Ταύτην ἀποστέλλει ἀπὸ Ἰταλίας. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Ἐπειδὴ Ἰουδαῖοι ἐνίσταντο ἐν τῷ νόμῳ καὶ ταῖς σκιαῖς, διὰ τοῦτο ὁ ἀπόστολος Παῦλος, διδάσκαλος ἐθνῶν γενόμενος, καὶ εἰς τὰ ἔθνη ἀποσταλεὶς κηρύττειν, τὸ Εὐαγγέλιον, γράψας τε πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, γράφει λοιπὸν καὶ πᾶσι τοῖς ἐκ περιτομῆς πιστεύσασιν Ἑβραίοις ἀποδεικτικὴν ταύτην Ἐπιστολὴν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, καὶ τοῦ πεπκυσθαι τὴν σκιὰν τοῦ νόμου. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδείκνυσι τοὺς προφήτας διὰ τοῦτο ἀπεστάλθαι, ἵνα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἀπαγγείλωσι, καὶ μετ' αὐτοὺς αὐτὸς ἔλθῃ· δούλους τε εἶναι τοὺς προφήτας, καὶ μηνυτὰς τῆς αὐτοῦ παρουσίας· αὐτὸν δὲ τὸν Χριστὸν Υἱὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε· καὶ ὅτι τοῦτον τὸν Υἱὸν ἔδει ἄνθρωπον γενέσθαι σαρκωθέντα, ἵνα διὰ τῆς τοῦ σώματος αὐτοῦ θυσίας καταργήσῃ τὸν θάνατον· οὐ γὰρ δι' αἵματος μόσχου ἢ τράγου, ἀλλὰ δι' αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἔσεσθαι τὴν σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις. Ἀποδείκνυσι δὲ, ὅτι ὁ νόμος οὐδένα ἐτελείωσεν, ἀλλὰ σκιὰν εἶχε τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ οὐ κατέπαυσεν ὁ λαὸς, ἀλλὰ κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν ἀπολείπεται ἡ ἡμέρα τῆς καταπαύσεως. Πάλιν δὲ ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἡ ἀρχιερατικὴ λειτουργία μετέθη ἀπο Ἀ'αρὼν εἰς τὸν Χριστὸν, οὗ τύπος ἦν ὁ Μελχισεδὶκ, οὐκ ὢν ἐκ τοῦ Λευΐ· πίστει τε δεδικαιῶσθαι τοὺς τοὺς πατέρας

σημαίνει, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων τοῦ νόμου. Εἶτα πάλιν εἰς τὰ ἤθη προτρεψάμενος καὶ τούτους, καὶ ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν διὰ τὸν Χριστὸν ὑπομονήν, καὶ πείσας τιμᾷν τοὺς πρεσβυτέρους, τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

A non ex operibus legis, justificati. Tandem ubi et istos ad morum institutionem adhortatus est, ac tolerantiam eorum propter Christum laudavit, suasitque ut presbyteros honore afficiant, absolvit Epistolam.

Ἐνδεκάτη, πρὸς Τιμόθεον.

69. Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Μακεδονίας. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς αὕτη· Ἐν τῇ Ἐφέσῳ τινὲς Ἰουδαΐζοντες ἐπεχείρουν ἑτεροδιδασκαλεῖν, καὶ ἀπατᾷν τοὺς ἀκεραίους προφάσει τοῦ νόμου. Τοῦτο οὖν μαθὼν ὁ Ἀπόστολος, προτρέπει τὸν Τιμόθεον ἐκεῖ προσμεῖναι πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν· γράφει τε αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην. Καὶ πρῶτον μὲν ὑπομιμνήσκει τοῦτον, εἰδότα τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν, διδάσκων αὐτὸν περὶ τοῦ νόμου, κωλύειν τοὺς παρὰ τὴν ὀρθὴν διδασκαλίαν λαλοῦντας, ἐπιτιμᾷν τε αὐτούς. Καὶ γὰρ καὶ, αὐτὸς Ὑμέναιον καὶ Ἀλέξανδρον, ναυαγήσαντας περὶ τὴν πίστιν, παρέδωκε τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. Ταῦτα ὑπομνήσας, λοιπὸν διατάττει αὐτῷ κανόνας ἐκκλησιαστικοὺς περὶ προσευχῆς, πῶς, καὶ ποῦ, καὶ περὶ τίνων δεῖ προσεύχεσθαι· περὶ τοῦ σιγᾷν ἐν ἐκκλησίαις τὰς γυναῖκας, καὶ μᾶλλον μανθάνειν ἢ διδάσκειν αὐτάς· περὶ καταστάσεως ἐπισκόπων, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων, πῶς καὶ ὁποίους εἶναι δεῖ τοὺς καθισταμένους· περὶ τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ χηρῶν, ἀπὸ πόσων ἐτῶν χρὴ ταύτας καταλέγεσθαι, καὶ ὁποίας αὐτὰς εἶναι δεῖ, καὶ πῶς αὐταῖς δεῖ προσέχειν· περὶ τοῦ σωφρονεῖν τὰς νεωτέρας, καὶ γαμεῖν μᾶλλον, καὶ μὴ αἰσχρῶς ζῆν· περὶ τοῦ παραγγέλλειν τοῖς πλουσίοις μὴ ὑψηλὰ φρονεῖν, μηδὲ ἐλπίζειν ἐπὶ τῷ πλούτῳ. Περὶ τούτων διαταξάμενος, προτρέπεται αὐτὸν ταῦτα διδάσκειν, καὶ μηκέτι μὲν ὑδροποτεῖν· προσέχειν δὲ ἑαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, εἰδότα ἔσεσθαι καιροὺς, ἐν οἷς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως. Διδάξας δὲ καθαρὰ εἶναι καὶ τὰ βρώματα, καὶ παραγγείλας αὐτῷ ἐκτρέπεσθαι τὰς ἐμφιλονείκους ζητήσεις ὡς βεβήλους, ἐφ' αἷς καί τινες καυχώμενοι παρέβησαν τὴν πίστιν, τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

Undecima, ad Timotheum.

69. Hanc Epistolam misit e Macedonia, cujus hæc est occasio. Ephesi quidam Judaizantes alienam conabantur invehere doctrinam, et simpliciores prætextu legis seducere. Hoc cum comperisset Apostolus, admonuit Timotheum, ut illic hæreret, quo eos corrigeret. Scribit autem illi Epistolam hanc : et primum commonefacit eum, fidei, quæ in Christo est, gnarum, de lege docens, ut cohibeat eos, qui præter rectam doctrinam B loquebantur, illosque increpet. Nam et ipse Apostolus Hymenæum et Alexandrum, naufragium circa fidem passos, Satanæ jam tradiderat, ut discerent non blasphemare. Ubi de istis admonuit, canones illi ecclesiasticos deinceps præscribit de oratione, quomodo, et ubi, et pro quibus sit orandum. Quod mulieres in Ecclesiis tacere debeant, et magis discere, quam docere. De constitutione episcoporum, presbyterorum et diaconorum; quomodo se gerere et quales esse debeant, qui constituuntur. De viduis in Ecclesia, qua illæ ætate eligi, et quales esse debeant, ac quomodo illarum cura habenda sit. Juniores ad castitatem instituendas esse, ut nubant potius quam turpiter vivant; divitibus denuntiandum esse ne superbiant neve spem collocent in divitiis suis. Postquam C de istis præcepit, hortatur eum, ut hæc doceat, et ut aquam ultra non bibat, sed sibi ipsi et doctrinæ attendat, quod sciat fore tempora, quibus nonnulli a fide defecturi sint. Ubi etiam escas mundas esse docuit, ac præcepit, ut contentiosas et profanas quæstiones aversetur, in quibus quidam gloriantes fidem transgressi jam erant, finit Epistolam.

Δωδεκάτη, καὶ αὕτη πάλιν πρὸς Τιμόθεον.

Ἀπόκ. Ἡ μνησικακία, κατὰ τὸν λογον τοῦ Κυρίου τὸν λέγοντα· « Ὅταν ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε· πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου· » ὡς τῆς μνησικακίας δῆλον ὅτι ποιούσης ἀπρόσδεκτον τὸ δῶρον τῆς προσευχῆς.

Resp. Offensarum recordatio juxta hæc Domini verba : « Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade; prius reconciliare fratri tuo, et tunc veniens offer munus tuum [30]. » Quia scilicet offensarum recordatio facit ut orationis munus acceptum Deo non sit.

Ἐρώτ. οε'. Ποία ἁμαρτία οὐ δύναται μετανοῆσαι τῷ Θεῷ;

Quæst. LXXV. Cujusnam peccati nullam admittit Deus pœnitentiam?

Ἀπόκ. Δῆλον, ὅτι ἡ ἀπόγνωσις, ὑφ' ἧς κρατηθεὶς Ἰούδας ἀπήγξατο.

Resp. Manifestum est esse desperationem, qua occupatus Judas se ipse strangulavit.

Ἐρώτ. ος'. Ποία ἁμαρτία ἐστὶ βαρυτέρα πάντων τῶν πταισμάτων;

Quæst. LXXVI. Quodnam peccatum omnibus aliis est gravius?

Ἀπόκ. Ἐὰν, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος, μεῖζον πάντων τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀγάπη, πρόδηλον, ὅτι μεῖζον πάντων τῶν κακῶν ἡ μισαδελφία, καὶ ἡ ἀσπλαγχνία, καὶ ἡ ἀνελεημοσύνη.

Resp. Si, ut ait Apostolus, omnium bonorum præstantissima est charitas [31], clarum est omnium malorum gravissimum esse fratres odio prosequi, immisericordem esse, nec eleemosynam amare.

Ἐρώτ. οζ'. Ποία τῶν ἐντολῶν συγχωρεῖ τῷ ἀνθρώπῳ πάσας τὰς ἁμαρτίας;

Quæst. LXXVII. Quod mandatum condonat homini omnia peccata?

Ἀπόκ. Τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· » καὶ πάλιν· « Ἄφες ἡμῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· » πρόδηλον, ὅτι καὶ τὸ μὴ κρίνειν τὸν πλησίον συγχωρεῖ τὰς ἁμαρτίας· ὡσαύτως καὶ τὸ μὴ μνησικακῆσαι ἀνθρώπῳ. « Ἄφετε » γὰρ, φησὶ, « καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν. »

Resp. Quandoquidem dicit Dominus : « Nolite judicare, et non judicabimini [32], » et rursus. « Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris [33]; » perspicuum est, eo quod quis proximum non judicet, veniam peccatorum obtinere; similiter eo quod quis injuriam sibi illatarum obliviscatur. Nam « Dimittite, » inquit, « et dimittetur vobis [34]. »

Ἐρώτ. οη'. Ἐάν τις ποιήσῃ βαρύτατον ἁμάρτημα, καὶ μετανοήσῃ, πόθεν ὀφείλει μαθεῖν εἰ συνεχωρήθη αὐτῷ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἢ οὔ;

Quæst. LXXVIII. Si quis post commissum gravissimum peccatum pœnitentiam egerit, undenam possit rescire, an aliud sibi Deus condonarit, necne?

Ἀπόκ. Τοῦτο μὲν ὀλίγοις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ γῆς κατάδηλον γίνεται. Ὅμως ὥσπερ δεσπότης καὶ δοῦλος, οὕτως ὑπάρχει τὸ συνειδὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ ὁ Θεός. Ὥσπερ οὖν ὁ δοῦλος ὁ πταίσας ἐπιγινώσκει ἐκ τῶν σχημάτων, καὶ τῶν ῥημάτων τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι πρὸς αὐτὸν εὐμενὴς, ὡς ἦν πρὸ τοῦ πταίσματος· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος ἁμαρτάνων ἀπολλύει τὴν παῤῥησίαν, ἣν εἶχε τὸ συνειδὸς αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ἐν τῇ εὐχῇ αὐτοῦ. Μετανοοῦντος οὖν τοῦ ἀνθρώπου κατ' ἀξίαν, πάλιν χαρίζεται αὐτῷ ὁ Θεὸς τὴν παῤῥησίαν, ἣν εἶχε πρὸς αὐτὸν πρὸ τοῦ πταίσματος· καὶ ἐντεῦθεν δὲ γινώσκει ὁ ἄνθρωπος, ὅτι συνεχώρησεν αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸ ἁμάρτημα.

Resp. Id quidem paucis hominibus in terris fit manifestum. Verumtamen conscientia hominis et Deus perinde se habent ac herus et servus. Quemadmodum igitur servus qui herum offendit, et gestu et verbis heri intelligit ipsum non esse sibi benevolum, ut erat ante offensam : ita homo qui peccat, fiduciam amittit, qua antea ejus conscientia fruebatur, cum Deum oraret. Cum autem dignam idem egerit pœnitentiam, illi rursus Deus fiduciam reddit, qua ante peccatum gaudebat; indeque novit homo Deum sibi peccatum condonasse.

[29] Ezech. xxxiii, 14, 16. [30] Matth. v, 23, 24. [31] 1 Cor. xiii, 13. [32] Matth. vii, 1, [33] Matth. vi, 12. [34] Luc. vi, 7.

(27) Duo mss., μολύναντες ἑαυτοὺς μετὰ τὸ ἅγιον.

Quæst. LXXIX. Si quis post grave peccatum seipsum condemnet, incipiatque agere pœnitentiam, ac post tres dies moriatur, quid de illo cogitandum est?

Resp. Si, incepta pœnitentia, animam suam a malis compescuit cogitationibus, pactusque cum Deo est se non amplius eadem quæ antea commissurum peccata, ac postero die moriatur: Deus gratam habuit ejus pœnitentiam, ut olim latronis, siquidem incipere pœnitentiam agere penes hominem est: at vivere vel mori, penes Deum est. Namque multos, cum pœnitentiam agere incepissent, statim eripit Deus; quippe qui, ut bonus, eorum commodo prospiciens, prænoscat illos, si diutius viverent, lapsuros iterum esse ac perituros.

Quæst. LXXX. Quare quidam ex levi tantum causa, fluvios prope lacrymarum profundunt: alii vero, etiamsi in mille incidant calamitates et miserias, aut alios incidisse videant, nunquam possunt lacrymari.

235 Resp. Talia sunt animarum et corporum temperamenta, quæ ex natura facile vel ægre lacrymantur. Qui enim calidæ et teneræ sunt habitudinis, statim commiseratione lacrymantur quod in omnibus ferme mulieribus animadvertimus. Alii autem propter agrestem mentem, et siccissimam naturam, et cordis arrogantiam flere non possunt. Hæc porro loquimur de iis qui in medio mundo versantur. Nam qui monasticam vitam agunt, donum lacrymarum ex divina gratia sæpe consequuntur. Multa autem in lacrymis reperitur differentia. Quidam enim sæpe ex ebrietate lacrymantur: quidam vero, ut gloriam hominum aucupentur. Quocirca bonus ille est fletus, qui occulte Deo offertur quemadmodum nobis de eleemosyna quoque præcipitur.

Quæst. LXXXI. Si quis a mendicis secus viam, multis præsentibus, rogetur, quid agendum est? Annon potest eleemosynam præbere?

Resp. Cogitationem et mentem hominis judicat Deus: si quis igitur coram sexcentis hominibus propter Deum, non autem ut hominibus placeat, bonum egerit, ille nequaquam condemnabitur.

Quæst. LXXXII. Undenam fit ut anima aliquando prona sit ad commiserandum, aliquando vero dura et immitis?

Resp. Solam divinam naturam novimus esse immutabilem ac semper eodem modo se habere. Nam et ex angelis quidam immutati sunt. Quocirca ita de mutabili hominum natura censendum est; aliquando nempe facilem et mitem esse, utpote quæ secundum imaginem Dei sit facta, aliquando autem duram et immitem esse, utpote ab hoste oppugnatam, et vitæ affectionibus adhærentem. Verumtamen si homo sibi ipse vim faciat ut

A Ἐρώτ. οθ'. Ἐάν τις, ποιήσας ἁμαρτίαν μεγάλην, εἶτα καταγνῷ ἑαυτοῦ, καὶ ἄρξηται μετανοεῖν, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀποθάνῃ, τί χρὴ νομίζειν ἐπ' αὐτοῦ;

Ἀπόκ. Ἐὰν, ἀρξάμενος τῆς μετανοίας, συνέστειλε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπὸ τῶν πονηρῶν βουλευμάτων, καὶ διέθετο πρὸς τὸν Θεὸν συνταγὰς, ὅτι οὐκ ἔτι παρέρχεται διὰ τῶν προτέρων αὐτοῦ ἁμαρτιῶν, ὧν ἔπραξε, καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον τελευτήσῃ· ἐδέξατο ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ, ὡς καὶ τοῦ λῃστοῦ. Τὸ μὲν γὰρ ἄρξασθαι τῆς μετανοίας ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐστί· τὸ δὲ ζῆσαι ἢ τελευτῆσαι ἐν τῷ Θεῷ ἐστι. Πολλοὺς γὰρ ἀρξαμένους μετανοεῖν εὐθέως ἁρπάζει ὁ Θεὸς ὡς ἀγαθὸς πρός τι συμφέρον, προγινώσκων, ὅτι, ἂν πολυχρονήσωσι, πάλιν πεσεῖν καὶ ἀπολέσθαι

B ἐμελλον.

Ἐρώτ. π'. Πῶς τινες ἐκ ψιλῆς καὶ μόνης προφάσεως ποταμοὺς σχεδὸν δακρύων καταφέρουσιν· ἕτεροι δὲ, ἐὰν μυρίαις συμφοραῖς καὶ θλίψεσι περιπέσωσιν, ἢ καὶ ἄλλους περιπεσόντας θεάσωνται, οὐδαμῶς δακρῦσαι δύνανται;

Ἀπόκ· Εἰσὶ μὲν καὶ κράσεις τοιαῦται ψυχῶν καὶ σωμάτων, ἐκ φύσεως, τὸ δάκρυον ἔχουσαι καὶ μὴ ἔχωσαι. Οἱ μὲν γὰρ, θερμῆς καὶ ἀπαλῆς ἕξεως ὄντες, εὐθέως δακρύουσι συμπαθῶς, οἷόν τι καὶ ἐπὶ πασῶν τῶν γυναικῶν ὁρῶμεν γενόμενον· οἱ δὲ πάλιν καὶ ἐξ ἀγρίας γνώμης καὶ ξηροτάτης φύσεως, καὶ ὑπερηφάνου καρδίας, δακρῦσαι οὐ δύνανται. Ταῦτα μέν φαμεν ἐπὶ τῶν ἐν μέσῳ τοῦ κόσμου διαγόντων. Οἱ γὰρ τὸν μονήρη βίον μετερχόμενοι πολλάκις καὶ

C ἐκ θείας χάριτος τὸ δῶρον τῶν δακρύων κομίζονται. Πλὴν πολλή τις ἐν τοῖς δακρύοις διαφορὰ καθέστηκε. Τινὲς γὰρ πολλάκις καὶ ἀπὸ μέθης οἴνου δακρύουσι· τινὲς δὲ καὶ δόξαν ἀνθρώπων θηρώμενοι. Διόπερ ἐκεῖνο ἀγαθὸν καθέστηκε δάκρυον, τὸ κρυπτῶς Θεῷ προσαγόμενον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης παραγγελλόμεθα.

Ἐρώτ. πα'. Ἐάν τίς ὑπὸ πτωχῶν αἰτούμενος ἐν ὁδῷ, καὶ ἑτέρων πολλῶν ἀνδρῶν παρόντων, τί χρὴ ποιεῖν; Ἢ οὐ δυνατὸν καὶ τὴν ἐλεημοσύνην ποιεῖν;

Ἀπόκ. Τὸν λογισμὸν τοῦ ἀνθρώπου κρίνει ὁ Θεός. Ἐὰν οὖν ἐνώπιον μυριάδων διὰ Θεὸν, καὶ οὐ δι' ἀνθρωπαρέσκειαν ποιήσει τὸ ἀγαθὸν, οὐ κατακέκριται.

Ἐρώτησις πβ'. Πόθεν ποτὲ μὲν ἀγαθὴ γίνεται ἡ

D ψυχὴ πρὸς συμπάθειαν, ποτὲ δὲ πάλιν σκληρὰ καὶ ἀσπλαγχνος;

Ἀπόκ. Μόνην ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὡσαύτως μένουσαν τὴν θείαν φύσιν γινώσκομεν. Ἐπεὶ καὶ ἐξ ἀγγέλων τινὲς ἐτράπησαν. Διὸ οὕτω χρὴ λοιπὸν (28) ἐπὶ τῆς τρεπτῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων νοεῖν· ὅτι ποτὲ μὲν ἀγαθύνεται, ὡς κατ' εἰκόνα Θεοῦ ὑπάρχουσα· ποτὲ δὲ σκληρύνεται, ὡς πολεμουμένη ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ, καὶ προσκειμένη τοῖς τοῦ βίου πάθεσι. Πλὴν ἐὰν ὁ ἄνθρωπος ἑαυτὸν πρὸς τὴν συμπάθειαν βιάζεται, τοῦ πάντως ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν, προκόπτει λοι-

(28) Ita quidam mss., Editi, Οὕτω δὴ οὖν λοιπόν.

πὸν τῇ ἀγαθῇ συνηθείᾳ, εἰς τὸ πάντοτε προθύμως διδόναι.

Ἐρώτ. πγ'. Τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· « Μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης· ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός· » οὐ χρὴ λοιπὸν βιάζεσθαι τὸν λογισμὸν ἑαυτοῦ τὸν ἄνθρωπον, καὶ ποιῆσαι ἐλεημοσύνην;

Ἀπόκ. Τῶν τελείων ἐστὶ τὸ πάντοτε ἱλαρῶς ποιεῖν τὸ ἀγαθόν· καὶ οἱ βιαζόμενοι δὲ ἑαυτοὺς εἰς τὴν τοῦ πτωχοῦ ἐντολὴν εὐπρόσδεκτοί εἰσι παρὰ Θεῷ τῷ εἰπόντι· « Βιασταὶ ἁρπάζουσι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. »

Ἐρώτ. πδ'. Ἐάν τις περὶ τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν μετανοήσῃ, πρόδηλον ὅτι ἐξαλείφει τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ· ἆρα λοιπὸν καὶ ἐάν τις ποιήσας εὐποιΐαν μεταμεληθῇ, ἐξαλείφει τὸν μισθὸν ὃν ἐποίησε διὰ τῆς μεταμελείας;

Ἀπόκ. Μὴ γένοιτο! ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς μετανοίας τῶν ἁμαρτιῶν ὁ Θεός ἐστιν ὁ ταύτης πρόξενος, οὕτως ἐπὶ τῆς μετανοίας τῆς περὶ τὴν ἐλεημοσύνην ὁ διάβολός ἐστι ποιητὴς αὐτῆς, καὶ οὐχ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου. Διὸ οὐδὲ ἀναλύεται ὁ γινόμενος μισθός. Ὅμως οὐ καλὸν τὸ μεταγινώσκειν ἐπ' ἀγαθῷ γινομένῳ. Ὁ γὰρ συνεχῶς μεταμελούμενος ὀκνηρότερος εἰς τὸ ἀγαθὸν γίνεται.

Ἐρώτ. πε'. Τινές φασιν, ὅτι οὐ δεῖ ἀνεξέταστον παρέχειν ἐλεημοσύνην, ἀλλ' ἐρωτᾷν μετὰ ἀκριβείας, εἰ ἐν ἀληθείᾳ ἐνδεής ἐστιν ὁ ἡμῖν προσερχόμενος. Λέγει γάρ, φησίν ὁ Σολομών, ὅτι, « Ἐὰν ποιῇς ἀγαθόν, βλέπε τίνι ποιεῖς. »

Ἀπόκρ. Οὕτω καὶ τὰς λοιπὰς Γραφὰς οἱ κακῶς νοοῦντες διαστρέφουσιν· οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ πτωχοῦ τοῦτο εἶπεν ὁ Σολομών· ἀλλὰ « βλέπε, τίνι ποιεῖς, » τουτέστιν, ὅτι τῷ Θεῷ ποιεῖς. Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ ἀνακρίνειν τοὺς αἰτοῦντας τοῦτό φησι, πῶς ὁ Κύριος λέγει· « Παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου; »

Ἐρώτ. πς'. Ἆρα δὲ τὸ ἐν ἐκκλησίαις προσφέρειν ὑπάρχει παρὰ Θεῷ τιμιώτερον, ἢ τὸ τοῖς δεομένοις διανέμειν;

Ἀπόκ. Τὸ εἰπεῖν τὸν Κύριον τοῖς ἐκ δεξιῶν ὅτι « Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με, » ἔδειξε προτιμοτέραν εἶναι τὴν εἰς τοὺς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ κτισθέντας ναοὺς συμπάθειαν. Πλὴν πολλάκις, ἐν καιρῷ διωγμοῦ μέλλοντος ναοῦ Θεοῦ ἀπόλλυσθαι, ἀναγκαία καὶ ἡ ἐν τούτῳ συμπάθεια. Καὶ πάλιν, τινῶν διὰ Χριστοῦ πίστιν βασανιζομένων, τιμιωτέρα πάντων ἡ τούτων ἀνάῤῥυσις.

misericordia permoveatur, beneque omnino agat, tum bona consuetudine adeo proficiet, ut semper sit pronus ad dandum.

Quæst. LXXXIII. Cum dicat Apostolus, « Non ex tristitia aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus [35], » nequaquam vim sibi facere debet homo, ut eleemosynam tribuat?

Resp. Perfectorum est bonum hilare semper agere; attamen qui vim sibi faciunt, ut præcepto obtemperantes, pauperem adjuvent Deo utique accepti sunt dicenti: « Violenti rapiunt regnum cœlorum [36]. »

Quæst. LXXXIV. Si quis pro peccatis agat pœnitentiam, liquet ipsum sua delere peccata: an igitur similiter, si quem pœniteat benefactorum, hujusmodi pœnitentia, mercedem delet quam promeruerat?

Resp. Absit! nam quemadmodum in pœnitentia peccatorum, Deus ejus auctor est ita in pœnitentia qua quem datæ eleemosynæ pœnitet, diabolus effector ejus est, non autem hominis anima. Quocirca non perit merces promerita. Tamen bonum non est pœnitere quod bene egeris. Nam quem frequenter pœnitet, negligentior efficitur ad bene agendum.

Quæst. LXXXV. Quidam aiunt non oportere eleemosynam absque examine impertiri, sed inquirendum diligenter num vere indigens sit, qui ad nos accedit. Namque, inquiunt, ait Salomon, « Si bene feceris, vide cui feceris [37]. »

Resp. Ita scilicet et cætera Scripturæ testimonia pervertunt qui prave sentiunt. Nec enim de paupere homine hæc dixit Salomon, sed, « Vide cui feceris, » id est, Deo facis. Si enim mendicos indicat esse discernendos, cur igitur ait Dominus, « Cuivis petenti da [38]? »

Quæst. LXXXVI. Nunquid Deo gratius est efferre in ecclesiis, quam indigentibus distribuere?

Resp. Iis quæ Dominus ad illos dicturus est qui a dextris erunt, « Esurivi et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere [39], » ostenditur gratiorem Deo esse commiserationem, quæ erga templa ad ejus imaginem et similitudinem facta, exhibetur. Verumtamen multoties **236** cum persecutionis tempore templum Dei periturum est, necessaria tunc est erga illud commiseratio. Denique cum quidam propter Christi fidem tormentis subjiciuntur, eorum liberatio omnibus est pretiosior.

Ἐρώτ. πζ'. Ἐάν τις πιστὸς παρὰ ἀπίστῳ χρήματα πιστευθεὶς τούτων παράψηται, ἆρα εὐσύγνωστον παρὰ Θεῷ τοῦτο καθέστηκεν;

Ἀπόκ. Τοῦ Κυρίου λέγοντος, « Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, » δῆλον ὅτι, Ἕλληνος τοῦ τότε Καίσαρος ὄντος, μανθάνομεν, ὅτι οὐκ ἐπαινετὸν τὸ παράψασθαι. Ὅμως, ἐὰν εἰς πένητας τὰ τοιαῦτα ἀνα-

Quæst. LXXXVII. Si quis infidelis pecuniam crediderit fideli, isque illum defraudet, num id sine culpa est apud Deum?

Resp. Cum Dominus dicat, « Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari [40]: » quandoquidem tunc gentilis Cæsar erat, inde discimus laudabilem non esse fraudem hujuscemodi. Tamen si illæ pecuniæ pau-

[35] II Cor. IX, 7. [36] Matth. XI, 12. [37] Eccli. XII, 1. [38] Luc. VI, 30. [39] Matth. XXV, 42. [40] Matth. XXII, 21.

peribus erogantur poterunt orationes pauperum Deum placare qui ait, « Facite vobis amicos ex mammona iniquitatis [41]. » Quod si pecuniæ illæ in sumptus sæculares impendantur, clarum est duobus judiciis ita agentes obnoxios esse, voluptatis scilicet et furti.

QUÆST. LXXXVIII. Potestne eleemosyna omne hominum peccatum delere, necne?

RESP. Est peccatum et peccatum : est item eleemosyna et eleemosyna. Verbi gratia, si proximi injuriarum memoriam retinemus, manifestum est sexcentas eleemosynas venism nobis non posse obtinere, nisi nos quoque fratri nostro remiserimus debita, quemadmodum ait Dominus. Præterea aliud est si quis a fornicatione desistens, eleemosynam faciat ; aliud, si quis in peccato perseverans in pauperes sit liberalis. Alia similiter merces est agricolæ, qui ex proprio sudore misericordiam exerceat ; alia principis, qui ex donis et proventibus eleemosynam præbeat. Insuper alia est ratio ejus qui ex propria indigentia largitur ; alia ejus qui ex abundantia ; alia ejus cui res alienæ commissæ sunt, ut eas pauperibus distribuat. Nec vero id solum, sed etiam is qui in medio sæculo versatur, nihilque aliud Deo pro suis peccatis potest offerre, eleemosyna purgatur. At qui monasticam vitam profitetur, tenetur perfectiorem vivendi modum inire. Verumtamen si eleemosyna Nabuchodonosorem, qui adeo impius erat, potuit justificare : profecto magna et gravissima peccata delet eleemosyna. Audiamus enim sanctum Danielem ad ipsum dicentem : « Rex, consilium meum placeat tibi : peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum [42] ». Et rursus divina Scriptura : « Eleemosyna abscondit peccata magna [43]. » Et iterum : « Qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus [44], » id est die judicii, quæ nempe peccatoribus mala est, intelligo scilicet, diem æterni supplicii.

QUÆST. LXXXIX. Quidam ausi sunt perfectos misericordes beatos magis prædicare, quam eos qui edunt miracula.

RESP. Non a seipsis talem protulere sententiam, sed profecto audierunt Dominum dicentem : « In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis, » non si signa ediderit is, sed « si diligatis invicem [45]. » Constat autem signum veræ charitatis esse eleemosynam. Siquidem Christus justis a dextris collocatis non ait, « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum, » quia signa et prodigia fecistis, vel quod aliquid aliud bonum feceritis ; sed « quia esurivi, et dedistis mihi manducare [46], » etc. Similiter cum illos, qui stant a sinistris, in tenebras æternas mittit, immisericordiam et aniλωθῶσι χρήματα, δύνανται αἱ τῶν πενήτων εὐχαὶ τῷ Θεῷ ἐξευμενίσασθαι τὸν εἰπόντα· « Ποιήσατε ὑμῖν φίλους ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας. » Εἰ δὲ εἰς ἡδονάς (29) τινας βιωτικὰς δαπανηθῶσιν, εὔδηλον ὅτι δυσὶ κρίμασιν οἱ τοῦτο ποιοῦντες ὑποπίπτουσι, λέγω δὴ ἡδονῆς καὶ κλοπῆς.

Ἐρώτ. πη'. Ἰσχύει ἐλεημοσύνη πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνθρώπου ἐξαλεῖψαι, ἢ οὔ ;

Ἀπόκρ. Ἔστιν ἁμαρτία καὶ ἁμαρτία· καὶ ἔστιν ἐλεημοσύνη καὶ ἐλεημοσύνη. Οἷόν τι λέγω· ἐὰν μνησικακίαν ἔχωμεν πρὸς τὸν πλησίον, πρόδηλον ὅτι μυρίαι ἐλεημοσύναι οὐ συγχωροῦσιν ἡμῖν, ἐὰν μὴ ἀφίωμεν καὶ ἡμεῖς τῷ ἀδελφῷ ἡμῶν τὰ ὀφειλήματα αὐτοῦ, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον. Πάλιν τε ἄλλο ἐστὶ, παυσάμενόν τινα πορνείας, ποιεῖν ἐλεημοσύνην, καὶ ἕτερόν ἐστι τῷ ἱσταμένῳ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ οὕτω παρέχειν τοῖς πένησι. Καὶ ἄλλος πάλιν ὁ μισθὸς τοῦ γεωπόνου, ἐξ ἰδίου ἱδρῶτος ποιοῦντος συμπάθειαν, καὶ ἕτερος ὁ τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἀπὸ δώρων καὶ προσόδων παρέχοντος. Πρὸς τούτοις ἄλλος ὁ ἐκ τοῦ ὑστερήματος διδοὺς, καὶ ἄλλος ὁ ἐκ τοῦ περισσεύματος· καὶ ἕτερος ὁ χειροχρήστης, ὁ τὰ ἀλλότρια πιστευόμενος ἐπὶ τὸ διαδοῦναι τοῖς πένησιν. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν ἐν μέσῳ τοῦ κόσμου ὑπάρχων μηδὲν ἄλλο δυνάμενος Θεῷ ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ πταισμάτων προσαγαγεῖν, καθαίρεται δι' ἐλεημοσύνης. Ὁ δὲ τὸν μονήρη βίον μετερχόμενος ἀπαιτεῖται μειζοτέραν τινὰ πολιτείαν ἐνδείξασθαι. Ὅμως εἰ τὸν Ναβουχοδονόσορ τὸν τοιοῦτον ἀσεβῆ ἴσχυσεν ἡ ἐλεημοσύνη δικαιῶσαι, μεγάλα ὡς ἀληθῶς καὶ δυσίατα ἁμαρτήματα δι' ἐλεημοσύνης ἐξαλείφονται. Ἀκούσωμεν γὰρ τοῦ ἁγίου Δανιὴλ πρὸς αὐτὸν λέγοντος· « Βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι· τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀδικίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων. » Καὶ πάλιν ἡ θεία Γραφή· « Ἐλεημοσύνη καλύψει ἁμαρτίας μεγάλας. » Καὶ πάλιν· « Ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος· » τουτέστι τῆς κρίσεως (πονηρὰ γὰρ ὑπάρχει τοῖς ἁμαρτωλοῖς), λέγω δὴ τῆς αἰωνίου κολάσεως.

Ἐρώτ. πθ'. Ἐτόλμησάν τινες μακαρίσαι τοὺς τελείους ἐλεήμονας ὑπὲρ τοὺς ποιοῦντας σημεῖα.

Ἀπόκ. Οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν τὴν τοιαύτην ψῆφον εἰρήκασιν, ἀλλὰ πάντως τοῦ Σωτῆρος εἰπόντος ἀκούσαντες, ὅτι « Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, » οὐχ ἵνα σημεῖα ποιεῖτε, ἀλλ' « ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. » Εὔδηλον δὲ ὅτι τὸ γνώρισμα τῆς ἀληθοῦς ἀγάπης ἡ ἐλεημοσύνη ἐστί. Καὶ γὰρ στήσας ἐκ δεξιῶν ὁ Χριστὸς τοὺς δικαίους, οὐκ εἶπε· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν, » ὅτι σημεῖα καὶ τέρατα ἐποιήσατε, οὐδὲ ἄλλο τι ἀγαθὸν ἐποιήσατε· ἀλλ' ὅτι « ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς ἐξ εὐωνύ-

[41] Luc. XVI, 9. [42] Dan. IV, 24.] [43] Eccli. III, 33. [44] Psal. XL, 2. [45] Joan. XIII, 35. [46] Matth. XXV, 34, 35.

(29) Ἡδονάς, Reg. 2. iti, ἰδίας.

μῶν ἐκπέμπων εἰς τὸ σκότος τὸ αἰώνιον, τὴν ἀνελεημοσύνην καὶ τὴν ἀσπλαγχνίαν αὐτῶν ἐνεκάλεσε. Καὶ γὰρ τὸ ποιῆσαι σημεῖα τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ μόνης ἐστὶ δυνάμεως· τὸ δὲ ἀγάπην καὶ συμπάθειαν εἰς τὸν πλησίον ἐνδείξασθαι, πρόδηλον ὅτι καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ προαιρέσεως. Ἄκουσον δὲ καὶ τρανωτέρας περὶ τῶν τὰ σημεῖα ποιούντων καὶ ἐλεημοσύνας μαρτυρίας καὶ ψήφου· « Ἐὰν, » φησὶν ὁ Παῦλος, « ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, καὶ ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν κἂν παραδῶ τὸ σῶμά μου, ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι. » Καὶ πάλιν Κύριος, φησι· « Γίνεσθε » οὐχὶ σημειοφόροι, ἀλλ' « οἰκτίρμονες, καὶ ἀγαθοὶ, « ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

A mi duritiem exprobrat. Nam signa edere, solius divinæ est potestatis : at charitatem et commiserationem erga proximum exhibere, profecto humanæ est voluntatis. Audi porro luculentius testimonium de iis qui miracula et eleemosynas faciunt : « Si, » inquit Paulus,« linguis hominum loquar et angelorum : et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam : et si tradidero corpus meum ita ut ardeam,charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest [47].» Dominus **237** item ait:« Estote,» non signa facientes, sed « misericordes, » et boni, « sicut Pater vester, qui in cœlis est [48]. »

Ἐρώτ. ιγ'. Πόσον μέρος τῶν ἑαυτοῦ χρημάτων ἀπαιτεῖται πᾶς ἄνθρωπος παρὰ Θεοῦ δοῦναι εἰς εὐποιΐαν ;

Quæst. XC. Quotam partem bonorum jubet Deus hominem in beneficentiam insumere?

Ἀπόκ. Οὐ σκοπεῖ ὁ Θεὸς τὰ διδόμενα, ἀλλὰ τὰ ἀποκείμενα τῶν ἀνθρώπων (30). Λέγοντος οὖν τοῦ Ἀποστόλου, ὅτι Τὸ ὑμῶν περίσσευμα δοθήτω εἰς τὸ τῶν πεωχῶν ὑστέρημα· εὔδηλον ὅτι ὅσα ἐνθάδε ἀποθήσωμεν ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν βρῶσιν καὶ πόσιν, καὶ ἔνδυσιν. κρῖμα ὑπὲρ αὐτῶν δύσομεν, ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, τοιοῦτον κρῖμα, οἷον οἱ ἀνδροφόνοι παρέχουσι· διότι ἐνθάδε πολλοὺς ἐκ θανάτου διὰ τῶν ἡμετέρων χρημάτων δυνάμενοι σῶσαι, οὐκ ἐσώσαμεν, ἀλλὰ παρείδομεν.

Resp. Non spectat Deus quæ dantur, sed quæ homines habent recondita. Cum itaque ait Apostolus, Vestra abundantia detur ad supplendum inopiam pauperum [50], perspicuum est nos, quidquid reservaverimus ultra victum, potum et vestitum, judicium his de rebus in die judicii subituros,tale, quale homicidæ sunt subituri ; quippe qui cum hic multos ex morte nostris bonis potuerimus servare, non tamen servaverimus, sed despexerimus.

Ἐρώτ. ιδ'. Αἱ εἰς πτωχοὺς καταλεμπανόμεναι ὑπὸ τῶν τελευτησάντων ἐλεημοσύναι τί λέγονται ;

Quæst. XCI. Quid dicendum est de eleemosynis quas defuncti pauperibus relinquunt?

Ἀπόκ. Νεκραὶ θυσίαι. Ὅμως ἐὰν καὶ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἐλεήμων ἦν ὁ τοιοῦτος, δεκταί (31) εἰσι καὶ ἐν τῷ θανάτῳ αὐτοῦ εὐποιΐαι παρὰ τῷ Θεῷ.

Resp. Mortua sunt sacrificia.Attamen si ille dum viveret, eleemosynæ deditus erat, hæc ejus liberalitas in morte accepta Deo est.

Ἐρώτ. ιβ'. Ἐάν τις, ἐν ἁμαρτίαις καταγηράσας, μήτε νηστεῦσαι δύναται, μήτε χαμευνῆσαι, ἢ ἀγρυπνῆσαι, ἢ ἄλλην τινὰ ἄσκησιν ποιῆσαι, μήτε χρημάτων εὐπορεῖ πρὸς διάδοσιν, μήτε τοῦ βίου ἰσχύει ἀποτάξασθαι, ποίῳ ἄρα τρόπῳ λοιπὸν ὁ τοιοῦτος σωθῆναι δυνήσεται ;

Quæst. XCII. Si quis in peccatis consenuit, nec potest jejunare, nec humi cubare, aut vigilare, vel aliquem hujusmodi laborem exercere,nec pecuniis quas distribuat abundet,nec sæculo quæat nuntium remittere, quonam, quæso, modo, ille potest salvari ?

Ἀπόκ. Οἵῳ τρόπῳ ἐσώθη ὁ τελώνης, κατὰ τὸν εἰπόντα προφήτην (32)· « Ἐταπεινώθην, καὶ ἔσωσέ με ὁ Κύριος. » Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀναίμακτος θυσία, καὶ ἡ ἐλεημοσύνη εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἡμῶν προσφέρονται τῷ Θεῷ· οὕτω καὶ ἡ ταπεινοφροσύνη τῆς καρδίας. « Θυσία γὰρ, » φησὶ, « τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. » Καὶ πάλιν· « Ἐγγὺς Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τῇ καρδίᾳ, καὶ τοὺς ταπεινοὺς τῷ πνεύματι σώσει. » Καὶ πάλιν, ὥσπερ μακαρίζονται οἱ ἐλεήμονες, καὶ οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· οὕτω μακαρίζονται πρὸ πάντων οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, « ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Ταύτην οὖν τὴν ὁδὸν τῆς σωτηρίας πένης, καὶ ἀσθενὴς, καὶ γέρων, καὶ ἰδιώτης ὁδεῦσαι καὶ κατορθῶσαι δύναται.

Resp. Eo modo quo publicanus salvatus est et juxta prophetam aientem : « Humiliatus sum et salvavit me Dominus [50]. » Quemadmodum enim incruentum sacrificium eleemosyna Deo offertur in remissionem peccatorum nostrorum : ita et humilitas cordis : « Sacrificium enim, inquit, Deo spiritus contribulatus : cor contritum et humiliatum Deus non despiciet [51]. » Et rursus : « Juxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvabit [51].»Et iterum quemadmodum beati prædicantur misericordes et mundi corde, ita præ cæteris beati prædicantur pauperes spiritu, « quia ipsorum est regnum cœlorum [53]. » Hanc igitur salutis viam inire et persequi possunt pauper, infirmus, senex et idiota.

[47] I Cor. XIII, 1-3. [48] Luc. VI, 36. [49] II Cor. VIII, 14. [50] Psal. CXIV, 6. [51] Psal. L, 19. [52] Psal. XXXIII, 19. [53] Matth. V, 3.

(30) Reg. 2, τῷ ἀνθρώπῳ.
(31) Reg. 2, δεκτοί.
(32) Ita Reg. 2. Editi, εἰ καὶ μετὰ τὸν εἰπόντα.

Quæst. XCIII. Quid est humilitas?

Resp. Humilitas anima est quæ nec observat nec judicat aliorum hominum peccata, sed sua duntaxat perspicit, seque æterni supplicii ream æstimat, et hæc ad Deum dicit : Salva me propter misericordiam tuam, non propter merita mea. Qui porro se ita reum esse credit, is minime offensarum, quas ab homine acceperit, recordabitur, nec damnabit peccantem hominem, tribusque modis remissionem peccatorum consequitur. Nam quia alios non judicat, nec ipse judicatur ; quia humilis est, justificatur ; et quia condonat aliis, Deus quoque ipsi peccata condonat.

Quæst. XCIV. Si quis sæpe peccaverit, ac deinde sæpe pœnitentiam agere aggressus fuerit, rursusque inciderit in peccatum : ad quot usque peccata, pœnitentem Deus rursus admittet?

Resp. Licet decies millies homo ceciderit, licet decies millies pœnitentiam egerit : nequaquam tamen ipsum projiciet Dominus, quippe cui maxime nota sit humanæ naturæ mutabilitas. Nam qui Petro præcepit ut septuagies septies fratri ignosceret, multo magis ipse decies millies septies homini ignoscet, si modo pœnitentiam egerit. Id autem accurate sciendum est, animam quæ sæpius peccandi sæpiusque pœnitendi contraxererit consuetudinem cum Deum contemnat redeatque ad peccatum, certe difficulter hujusmodi anima a peccato discedit, veluti canis macellarius fetori assuetus. Denique cum incertus sit vitæ nostræ finis, nos muniri oportet, ne forte in peccato præoccupemur, et absque pœnitentia inveniamur, tradamurque in supplicium sempiternum.

238 Quæst. XCV. Quotuplex est adulterium?

Resp. Duplex. Nam si mulier viro nupta scortetur, adulterium est. Rursusque si vir, qui uxorem habeat, scortetur, adulterium est erga propriam uxorem.

Quæst. XCVI. Aiunt aliqui peccatum corporeum præ omnibus aliis peccatis facilius condonari, quippe cum naturalis motus sit in homine.

Resp. Contrarium docet Apostolus, qui hoc peccatum gravius omnibus aliis peccatis vocat, hisce verbis : « Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est : qui autem fornicatur, in corpus suum peccat [84] : » quandoquidem ex ipsa sua carne, veluti quoddam sacrificium, semen suum Satanæ offert. Præterea naturale item est comedere, attamen prævaricantem Adamum condemnavit Deus.

Quæst. XCVII. Quot sunt judicia et peccata fornicationis?

Resp. Multa et varia. Graviori enim judicio obnoxius est qui uxorem habens scortatur, quam qui uxorem non habet. Graviori item obnoxius est ju-

[84] I Cor. VI, 18.

Ἐρώτ. ιγ'. Τί ἐστι ταπεινοφροσύνη;

Ἀποκ· Ταπεινοφροσύνη ἐστὶ ψυχὴ μὴ προσέχουσα μηδὲ κρίνουσα ἄλλων ἀνθρώπων πταίσματα· ἀλλὰ μόνον τὰ ἑαυτῆς βλέπουσα καὶ ὑπεύθυνον τῆς αἰωνίου κολάσεως ἑαυτὴν ἔχουσα, καὶ τοῦτο πρὸς Θεὸν λέγουσα. Σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου (33), καὶ οὐχ ἕνεκεν τῶν κατορθωμάτων μου. Ὁ δὲ οὕτως ἑαυτὸν ὑπεύθυνον λογιζόμενος οὐδὲ μνησικακήσει ἀνθρώπῳ ποτὲ, οὐδὲ κατακρινεῖ ἄνθρωπον ἁμαρτάνοντα, καὶ λοιπὸν ἐκ τριῶν τρόπων, τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν κομίζεται. Ὡς γὰρ μὴ κρίνων, οὐ κρίνεται· καὶ ὡς ταπεινοφρονῶν, δικαιοῦται· καὶ ὡς συγχωρῶν, συγχωρεῖται.

Ἐρώτ. ιδ'. Ἐάν τις πολλάκις ἁμαρτήσας, πολλάκις μετανοεῖν ἐπεχείρησε, καὶ πάλιν εἰς ἁμαρτίαν ἔπεσε· μέχρι πόσων πταισμάτων πάλιν μετανοοῦντα ὁ Θεὸς προσδέχεται τοῦτον;

Ἀπόκ. Ὁ τὸ εὔτρεπτον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπιστάμενος Κύριος, κἂν μυριάκις ὁ ἄνθρωπος πέσῃ, κἂν μυριάκις μετανοήσῃ, οὐδαμῶς αὐτὸν ἀποβάλλεται. Ὁ γὰρ ἐντειλάμενος (34) τῷ Πέτρῳ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ τῷ ἀδελφῷ συγχωρεῖν, πολλῷ πλεῖον αὐτὸς συγχωρήσει μυριοντάκις ἑπτὰ τῷ ἀνθρώπῳ, μετανοοῦντι μέντοιγε. Καὶ τοῦτο δεῖ ἀκριβῶς ἐπίστασθαι· ὅτι ψυχὴ εἰς συνήθειαν ἐλθοῦσα τοῦ πολλάκις ἁμαρτάνειν, καὶ πολλάκις μετανοεῖν, καταφρονοῦσα τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ὑποστρέφουσα, δυσχερῶς ὄντως ἡ τοιαύτη ψυχὴ τῆς ἁμαρτίας ἀφίσταται, ὥσπερ κύων μακελλικὸς ἐν τῷ βρόμῳ συνεθίσας. Δοιπὸν δὲ, ὅτι τὸ τέλος τῆς ζωῆς ἡμῶν ὑπάρχει ἄδηλον, χρὴ ἡμᾶς ἀσφαλίζεσθαι, μή πως ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ φθάσωμεν καὶ εὑρεθῶμεν ἀμετανόητοι, καὶ παραδοθῶμεν εἰς κόλασιν ἀτελεύτητον.

Ἐρώτ. ιε'. Πόσαι μοιχεῖαί εἰσιν;

Ἀπόκ. Δύο. Καὶ γὰρ ἡ γυνὴ ἡ ὕπανδρος ὅπου κἂν πορνεύσῃ, μοιχεία ἐστί. Καὶ πάλιν, ὁ ἀνὴρ ὁ ἔχων γυναῖκα ὅπου κἂν πορνεύσῃ, μοιχεία ἐστὶ τῆς ἰδίας γυναικός.

Ἐρώτ. ις'. Λέγουσί τινες, ὅτι συγγνώμην ἔχει ἡ σωματικὴ ἁμαρτία ὑπὲρ πάσας τὰς ἁμαρτίας, ὡς φυσικῆς ὑπαρχούσης τῆς κινήσεως ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

Ἀπόκ. Τοὐναντίον ὁ Ἀπόστολος βαρυτέραν πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτὴν ὀνομάζει, λέγων· « Πᾶσα ἁμαρτία, ἣν ἂν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει· » ἐπειδὴ ἐξ αὐτῆς τῆς ἰδίας Σαρκὸς, ὥσπερ θυσίαν τινὰ, παρέχει τῷ Σατανᾷ τὴν ἑαυτοῦ σποράν. Καὶ πάλιν τὸ φαγεῖν φυσικόν ἐστι, καὶ ἴδου ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ παραβάντα κατεδίκασεν.

Ἐρώτ. ιζ'. Πόσα κρίματα καὶ ἁμαρτήματα πορνικά εἰσιν;

Ἀπόκ. Πολλὰ καὶ διάφορα. Μείζονι γὰρ κρίματι ὑπόκειται ὁ γυναῖκα ἔχων καὶ πορνεύων παρὰ τὸν μὴ ἔχοντα· καὶ μείζονι ὁ ἀγαθὴν γυναῖκα ἔχων ὑπὲρ τὸν

(33) Reg. 2, ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. Editi, διὰ τοῦ ὀνόματός σου. Mox mutilum contextum in ed. ex mss. quibusdam restituimus.

(34) Sic mss. Editi vero, ἐπαγγειλάμενος.

πονηρὰν ἔχοντα· καὶ μείζονι ὁ ἐν γήρᾳ πορνεύων παρὰ τὸν ἐν νεότητι· καὶ μείζονι ὁ ἀδιαλείπτως ὑπὲρ τὸν διὰ χρόνου· καὶ μείζονι ὁ μὴ θερμῆς ὑπάρχων κράσεως, ἀλλὰ ψυχρᾶς, ἑαυτὸν δὲ διὰ βρωμάτων θερμαίνων, καὶ εἰς ἡδονὴν προτρεπόμενος. Καὶ ἄλλα δὲ πολλά ἐστιν εἰπεῖν καὶ διάφορα περὶ πορνείας παρὰ Θεῷ κρίματα. Ἄλλο γὰρ κρῖμα τῷ εἰς μίαν γυναῖκα ἁμαρτάνοντι ὑπὲρ τὸν εἰς πολλὰς καὶ διαφόρους κατατρέχοντα, καὶ πολλὰς ψυχὰς μετὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀπολλύοντα· καὶ ἄλλο πάλιν κρῖμα τοῦ μετὰ παρατηρήσεως ἁμαρτάνοντος παρὰ τὸν ἀναισχύντως ἑαυτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ ἐκδιδόντα (35), καὶ ἕτερον τοῦ σύμβιον ἔχοντος (36) καὶ εἰς ὕπανδρον πταίοντος· ὅπερ καὶ διπλῆ μοιχείᾳ τῷ ἐργαζομένῳ τὴν ἁμαρτίαν λογίζεται. Φρικτὸν δὲ πάλιν τὸ κρῖμα τὸ κανονικῇ γυναικὶ κατεπέρχεσθαι· καὶ πάλιν τὸ ἀδικουμένῃ γυναικὶ βοηθεῖν καὶ μισθὸν τῆς προστασίας πρὸς ἁμαρτίαν αὐτῇ συγγενέσθαι. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τόπος πρὸς ἁμαρτίαν ἐστὶ διάφορος (37). Πολλοὶ γὰρ καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ τὴν ἁμαρτίαν ἐργάζονται, καὶ διττὸν κρῖμα ἀποφέρονται. Πολλάκις γὰρ καὶ φίλων γυναῖκας μολύνουσιν ἕτεροι, Ἰουδαϊκὴν ἀγάπην ὑποκρινόμενοι. Ἅπερ ἅπαντα ἀνακρίνει καὶ σκοπεῖ ὁ δίκαιος τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸς, κατὰ τὸ ἄῤῥητον αὐτοῦ κρῖμα τὸ ἀπροσωπόληπτον, καὶ τὸν ζυγὸν αὐτοῦ τὸν ἀκριβῆ καὶ ἀχλεύαστον.

A dicio qui bonam habet conjugem, quam qui malam : graviori qui in senectute scortatur, quam qui in juventute : graviori qui assidue, quam qui interdum : graviori, qui cum calidi non sit temperamenti, sed frigidi, se ipsum cibis calefacit, et ad voluptatem accendit. Multa quoque alia et varia afferri possunt Dei judicia de scortatione. Aliud enim est judicium ejus qui in unam peccat mulierem, quam qui in plures et diversas irruit, multasque animas cum sua perdit. Aliud rursus judicium ejus est, qui cum aliqua observatione peccat, quam qui impudenter se ipse peccato mancipat. Aliud iterum judicium ejus est qui uxorem habet et in nuptam peccat, quod ut duplex adulterium imputatur hujusmodi peccatum committenti. Horrendum autem judicium ejus qui ad canonicam accedit mulierem; B ut et qui mulieri afflictæ opem fert, ejusque causa præsidii peccat cum ea. Imo vero ratione loci, varius quoque est peccati modus. Multi enim peccant in ecclesia, duplexque judicium subeunt. Sæpe enim alii Judaicam simulantes charitatem amicorum conjuges contaminant. Quæ quidem omnia dijudicat et videt justus Dei oculus, juxta ineffabile ejus judicium qui personam non accipit, et juxta accuratam ejus et minime ridendam trutinam.

Ἐρώτ. ιη'. Πολλῶν δικαίων δύο γυναῖκας ἐν τῇ Παλαιᾷ καὶ τρεῖς ἐχόντων, πῶς ἡμῖν οὐκ ἐπιτέτραπται δύο γυναῖκας ἔχειν, ἀλλ' οὐδὲ παλλακὰς κτήσασθαι;

Quæst. XCVIII. Cum multi justi duas vel etiam tres uxores in Veteri Testamento habuerint, quare nobis non licet duas habere uxores, nec etiam concubinas possidere?

Ἀπόκ. Οὐ μόνον τὸ δύο γυναῖκας ἔχειν τοὺς θεοσεδεῖς ὁ Χριστὸς διεκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς μιᾶς ἀπέχεσθαι προετρέψατο, λέγων· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅστις οὐ μισεῖ πατέρα καὶ μητέρα καὶ γυναῖκα, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Εἰ δὲ βούλει τὸ μειζότερον, ἄκουσον· « Ἐῤῥήθη, φησι, τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ἐμβλέψας γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. » Εἰ οὖν τὴν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιθυμίαν μοιχείαν ὁ Χριστὸς τοῖς πιστοῖς λογίζεται, ποίαν λοιπὸν φιλοσοφίαν καὶ πολιτείαν οἱ πιστοὶ παρὰ τοὺς ἐν τῇ Παλαιᾷ ἀπαιτούμεθα; Εἰ γὰρ ἐξὸν τὸν ἄνθρωπον δύο γυναῖκας ἔχειν, πρόδηλον ὅτι καὶ τῇ γυναικὶ δύο ἄνδρας. Ἄκουσον γοῦν τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς λέγοντος, ὅτι « Ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. » Καὶ οὐκ εἶπεν, « Ἔσονται οἱ τρεῖς εἰς σάρκα μίαν (38). » Ὅμως μία γυνὴ, δοθεῖσα τῷ ἀνδρὶ, αὐτῷ τε καὶ τῷ κόσμῳ ἐπεβούλευσε· τί ἔμελλεν ὁ κόσμος παθεῖν, εἰ ἐποίησε ὁ Θεὸς δύο γυναῖκας ἀπ' ἀρχῆς λαβεῖν τὸν ἄνθρωπον; Εἰ δὲ ζητεῖς τίνος χάριν οἱ ἀρχαῖοι καὶ δύο καὶ τρεῖς γυναῖκας εἶχον, μάνθανε ἀκριβῶς, ὅτι πολλὴ ἦν τότε τοῦ διαβόλου ἡ τυραννὶς, ἣν ὁ Χριστὸς ἐπιδημήσας κατήργησε, πολ-

Resp. Non modo pios duas habere uxores vetuit Christus, sed etiam hortatus est ut ab ipsa una abstineant. « Amen, inquit, dico vobis, qui non odit patrem et matrem et uxorem nec sequitur me, non est me dignus [55]. » Quod si majus aliquid optas, hæc audi : « Dictum est, inquit, antiquis : Non mœchaberis : ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo [56]. » Si igitur oculi concupiscentiam Christus in fidelibus censet esse adulterium, quænam, quæso, philosophia, quinamve vivendi modus a nobis fidelibus præ antiquis exigitur? Si enim licet homini duas habere uxores, certe et uxori duos maritos. Audi ergo quid dicat Deus de viro et de uxore, « Erunt duo in carne una [57]. » Non dixit, « Erunt tres in carne una. » Verumtamen una mulier viro tradita, ipsi et mundo insidiata est : quid igitur passurus erat mundus, si Deus ab initio duas mulieres homini dedisset? Quod si quæris cujus rei gratia antiqui duas vel tres uxores habuerint, disce accurate causam esse, quod multa tunc diaboli vigeret tyrannis, quam Christus adventu suo destruxit, qui et multos dæmones e medio sustulit, aliosque in abyssum exterminavit, alios in

[55] Luc. xiv, 26. [56] Matth. v, 27, 28. [57] Genes. II, 24.

(35) Sic mss. Editi vero, ἐκδώσαντα.
(36) Ita editi. Mss. vero, τὸν σύμβιον ἔχοντα.
(37) Mss., ἔστι κρῖμα διάφορον.
(38) Ita mss. In editis, εἰς σάρκα μίαν desunt.

deserta loca, alios in terras inhabitabiles et inaccessas.

239 Quæst. XCIX. Qui fit ut sæpe somnia vera sint?

Resp. Id sæpe ex Deo venit : sæpe etiam casu : nonnunquam anima, utpote intelligentia prædita, futura prænoscit: quædam etiam dæmones in somnis prædicunt.

Quæst. C. Quid igitur? num dæmones et diabolus præscii rerum sunt, et cordium cognitores, eaque quæ futura sint possumus prædicere?

Resp. Solus Deus res præscit, et cordium cognitor est. Neque enim ipsi angeli norunt ea quæ sunt in corde, nec quæ futura sunt. At dæmones quæ prædicere arbitrantur, ea ex astutia conjiciunt. Verbi gratia, cum, ut spiritus, multos apud Indos imbres vident, illi in Ægypto præveniunt, ac per incantationes et insomnia magnam fore Nili inundationem vaticinantur : aliaque his similia peragunt. Sæpe autem etiam mentiuntur. Hinc si quis illos velit convincere, secum determinet, ac supponat quot nummos crastina die distribuere cupiat : Quo facto accitum magum vel vatem interroget ea de re de qua determinavit, nihilque omnino illos posse rescire comperiet.

Quæst. CI. Cum quidam et Judæi et gentiles beneficia sæpe tribuant, nunquid idcirco in regnum cœlorum ingrediuntur? aut quid nobis de illis judicandum est?

Resp. Cum Dominus ad Nicodemum dicat : « Amen dico tibi, nisi quis natus fuerit per aquam et Spiritum, non intrabit in regnum cœlorum [58] : » manifestum est neminem non baptizatum in illud ingressurum. Id autem de bonis infidelium operibus est sentiendum, vel prospera qua hic utuntur fortuna, propriam percipere mercedem, vel in futuro sæculo levius esse puniendos quam cæteros infideles, qui nihil boni egerunt. Quod si scriptum sit, « Gloria et honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco [59], » ne mireris. Hæc enim dixit Apostolus de iis qui ante Christi adventum exstiterunt.

Quæst. CII. Habetne finem peccatorum pœna necne?

Resp. Cum Dominus dicat de iis, qui sunt in gehenna : « Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur [60]; » et rursus : « Peccatores autem ibunt in pœnas æternas ; » cum item Apostolus dicat : « Nolite errare, neque adulteri, neque scortatores, neque molles, neque masculorum concubitores, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt [61] : » ex his liquet justorum æternam esse beatitudinem, et peccatorum

λοὺς τῶν δαιμόνων ἐκ μέσου ἐξορίσας· τοὺς μὲν ἐν τῇ ἀβύσσῳ, τοὺς δὲ ἐν ἐρήμοις, καὶ ἀοικήτοις καὶ ἀβάτοις τόποις.

Ἐρώτ. ιθ'. Πῶς πολλάκις τὰ μὲν τῶν ἐνυπνίων ἀληθεύουσιν;

Ἀπόκ. Τοῦτο πολλάκις γίνεται καὶ ἐκ Θεοῦ· πολλάκις δὲ καὶ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος. Ἔστι δ' ὅτε καὶ ὡς νοερὰ οὖσα ἡ ψυχὴ προγινώσκει· τινὰ δὲ καὶ οἱ δαίμονες προδεικνύουσι δι' ἐνυπνίων.

Ἐρώτ. ρ'. Τί οὖν; προγνώστης (39) ἐστὶν ὁ διάβολος καὶ αἱ δαίμονες, καὶ δύνανται εἰπεῖν τὰ μέλλοντα γενέσθαι;

Ἀπόκ. Προγνώστης καὶ καρδιογνώστης μόνος ὁ Θεὸς ὑπάρχει· ἐπεὶ οὐδὲ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι τὰ ἐν καρδίᾳ. ἢ τὰ μέλλοντα ἐπίστανται. Οἱ δὲ δαίμονες, ὅσα προδεικνύειν νομίζουσιν, ἐκ πανουργίας στοχαζόμενοι ταῦτα λέγουσιν. Οἷόν τι πολλάκις ὡς πνεύματα ὁρῶσι τοὺς ὄμβρους τοὺς Ἰνδικοὺς πολλοὺς γινομένους, καὶ προλαμβάνουσιν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ διὰ φαρμακειῶν (40) ἢ ὀνειράτων, μεγάλην ἀνάβασιν τοῦ Νείλου ποταμοῦ μαντεύονται (41)· καὶ ἄλλα δέ τινα ὅμοια τούτοις διαπράττονται. Πολλάκις δὲ καὶ ψεύδονται. Καὶ ὁ βουλόμενος τούτους ἐλέγξαι ὁρισάτω ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, ὑπόθου· πόσα νομίσματα διαδοῦναι εἰς τὴν αὔριον· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν φαρμακὸν ἢ τὸν μάντιν, ἐρωτήσάτω αὐτὸν, περὶ οὗ ὥρισε· καὶ πάντως εὑρήσεις αὐτὸν μηδὲν ἐπιστάμενον εἰπεῖν.

Ἐρώτ. ρα'. Ἐπειδή τινες καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ Ἕλληνες, πολλάκις εὐποιΐας ἐργάζονται, ἆρα διὰ τοῦτο εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰσέρχυνται; ἢ τί χρὴ περὶ αὐτῶν λογίζεσθαι;

Ἀπόκ. Τοῦ Κυρίου λέγοντος πρὸς Νικόδημον· « Ἀμὴν γέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· » εὔδηλον ὅτι οὐδεὶς ἀβάπτιστος εἰς αὐτὴν εἰσελεύσεται. Τοῦτο δὲ χρὴ περὶ ἀπίστων ἀγαθοποιῶν λογίζεσθαι· ἢ ὅτι διὰ τῆς ἐνταῦθα αὐτῶν εὐημερίας τὸν ἴδιον μισθὸν λαμβάνουσιν· ἢ ὅτι ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἐλαφροτέρως κολάζονται παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀπίστους, τοὺς μηδὲ ἀγαθὸν ποιήσαντας. Εἰ δὲ καὶ γέγραπται· « Δόξα καὶ τιμὴ, καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι, » μὴ θαυμάσῃς. Περὶ γὰρ τῶν πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ταῦτα εἶπεν ὁ Ἀπόστολος.

Ἐρώτ. ρβ'. Ἆρα δὲ ἔχει τέλος τῶν ἁμαρτωλῶν ἡ κόλασις, ἢ οὔ;

Ἀπόκ. Τοῦ Κυρίου λέγοντος περὶ τῶν ἐν τῇ γεέννῃ ὅτι « Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται· » καὶ πάλιν· « Οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ εἰς κόλασιν αἰώνιον ἀπελεύσονται· » καὶ πάλιν τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· « Μὴ πλανᾶσθε, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε πόρνοι, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες. βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν· » εὔδηλον ὅτι αἰώνιος καὶ ἡ τῶν δικαίων ἀπόλαυσις, καὶ ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν

[58] Joan. III, 5. [59] Rom. II, 10. [60] Marc. IX, 47. [61] I Cor. VI, 10.

(39) Προγνώστης καὶ καρδιογνώστης quidam mss.
(40) Reg. 2, φαρμακῶν καὶ ἐνυπνίων.
(41) Hæc vide in *Vita Antonii*, tom. I [III], p. 821.

ὑπάρχει κολασις. Καὶ πάλιν δέ φησιν ὁ Κύριος περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅτι « Καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. » Εἰ δὲ τέλος ἔχει ἡ κόλασις, συμφέρει, ὅτι ἐγεννήθη καὶ ὁ Ἰούδας, ἐὰν ὀψέ ποτε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν μέλλει ἀποκατασταθῆναι μετὰ τὴν κόλασιν, ὥσπερ οἱ αἱρετικοὶ πλανώμενοι τοῦτο μυθεύονται. A

Ἐρών. ργ'. Πόθεν γίνονται θανατικά ; Καὶ διὰ τί ἔν τισι χώραις ἐρημικαῖς ἐθνῶν πολλάκις οὐ γίνονται, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐν ταῖς οἰκουμέναις καὶ πολυόχλοις πόλεσι καὶ πολυκόπροις (42) ;

Ἀπόκ. Βαθεῖα ὄντως ἡ τοῦ ἐρωτήματος ἀπόκρισις, καὶ ὀλίγοις τῶν ἐπὶ γῆς χωρητή· ὅμως, καθώς φησιν ὁ Κύριος, « Ὁ χωρῶν χωρείτω. » Ἐὰν γὰρ εἴπωμεν, ὅτι πολλάκις καὶ ἐξ ἀέρων (42') φθοροποιῶν, καὶ κονιορτῶν, καὶ δυσωδίας θνησιμαίων, καὶ ὄμβρων θερινῶν, καὶ ἀναθυμιάσεων, καὶ ἀποψορῶν γῆς καὶ θαλάσσης, νόσοι σωμάτων καὶ φθοραὶ καὶ θάνατοι γίνονται, εὐθέως ἀμύητοί τινες ἐπιλαμβάνονται ἡμᾶς ὡς ἀπρονόητα τὰ καθ' ἡμᾶς λέγοντας. Οὕστινας καὶ ἐρωτῆσαι βουλόμεθα· Εἴπατε ἡμῖν, ὦ οὗτοι, πῶς ἐν πόλει τινὶ θανατικὸν γίνεται ; ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης ὑπάρχουσιν ἐν ἑτέραις χώραις δύο ἢ τρεῖς χιλιάδες πραγματευομένων ἀνδρῶν, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐτελεύτησεν ; Εἰ γὰρ θεϊκὴ ὀργὴ κατὰ τῆς πόλεως ἐκείνης ἔφθασεν, ἐχρῆν πάντως καὶ τοὺς πόρρωθεν ὄντας τῆς ὀργῆς γεύσασθαι· εἰ δὲ καὶ μὴ πάντας, ἀλλὰ κἂν τινας ἐξ αὐτῶν. Πλὴν ἵνα μὴ δώσωμεν ἀφορμὴν τοῖς ταῦτα ζητοῦσι, φαμὲν ὅτι πολλάκις τὰ μὲν τῶν θανατικῶν καὶ κατὰ Θεοῦ ἀπειλὴν γίνονται· τὰ δὲ καὶ κατὰ ἀέρων καὶ τῶν λοιπῶν αἰτιῶν, ὧν προειρήκαμεν (43), ἅπερ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον καὶ καταφθείρει τὰ νήπια, ὡς ἀσθενέστερα. Πλὴν καὶ τῶν ἀέρων καὶ τῶν ἀναθυμιάσεων ποιητής ἐστιν ὁ Θεὸς ὁ εἰπών· « Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τῆς γῆς ἄνευ τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς ; ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί. » B C

Ἐρώτ. ρδ'. Ἆρα δὲ ἀφελεῖται, ἢ λυτροῦται ἐκ θανατικοῦ ἀπὸ πόλεως εἰς ἄλλην φεύγων χώραν ;

Ἀπόκ. Τοῦ Προφήτου πρὸς Θεὸν λέγοντος· « Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου ; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω : » εὔδηλον μὲν ὅτι τὸν Θεὸν ἐκφυγεῖν οὐδεὶς δύναται. Εἰ δὲ ἀήρ τις, ἢ ἄλλη κτίσματος αἰτία ἐστὶν ἡ τὸ λοιμικὸν ποιήσασα, ἴσως ἐκφεύγει αὐτὴν, εἰς ἑτέραν χώραν μεταβάς· D

Ἐρώτ. ρε'. Πόθεν ὁρῶμέν τινας μὲν δικαίους ψυχομαχοῦντας ἐπὶ ἡμέρας καὶ κρινομένους· τινὰς δὲ ἁμαρτωλοὺς εἰρηνικῶς καὶ συντόμως ἀποθνήσκοντας (44) ;

Ἀπόκ. Πάντα τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ γινώσκειν μὲν ἀδύνατόν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο καλὸν ὑπάρχει μὴ

pœnam. Rursus de Juda ait Dominus : « Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille [62]. » Quod si finem habet pœna, certe prodest Judæ quod natus sit, si sero tandem post supplicium regnum cœlorum est ingressurus, quemadmodum errantes fabulantur hæretici.

Quæst. CIII. Unde oriuntur mortifera, et quare in quibusdam desertis gentium regionibus sæpe non eveniunt, sed ut plurimum in populosis et magnis urbibus, fimoque repletis?

Resp. Difficilis certe est hujus quæstionis solutio, paucique eam possunt capere; tamen, ut ait Dominus, « qui potest capere capiat [63]. » Si enim dicamus sæpe ex aere corrupto, et pulveribus, et fetore cadaverum, imbribusque æstivis ac exhalationibus et vaporibus terræ et maris, morbos corporum, corruptionemque et mortem exoriri, statim inauspicati quidam homines nos adoriuntur quasi negemus providentia regi quæ nos spectant. At ego hos velim ita interrogare : Dicite, quæso, nobis, quonam modo in aliqua civitate corruptio mortifera oritur? Ex illa autem civitate duo vel tria millia negotiatorum **240** hominum in aliis regionibus degunt, nemoque illorum moriatur? Nam si divina ira civitatem illam impugnavit, profecto illos etiam qui procul morantur, iram hujusmodi experiri æquum erat, vel si non omnes, saltem ex ipsis nonnullos. Verum ne iis qui ista quærunt, occasionem præbeamus, respondemus sæpe mortiferam corruptionem ex Dei comminatione oriri, nonnunquam vero aerem aliasque causas habere, quæ, ut plurimum, infantes utpote imbecilliores exstinguunt. Verumtamen et aeris et exhalationum auctor est Deus qui ait, « Nonne duo passeres asse veneunt, et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro qui in cœlis est? vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt [64]. »

Quæst. CIV. Num qui ex civitate in aliam fugit regionem, eximitur ex mortifera corruptione?

Resp. Cum Propheta ad Deum dicat, « Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam [65]? » liquet neminem Deum posse effugere. At si aer vel alia res creata causa est corruptionis, forte ipsam effugiet, si in aliam transeat regionem.

Quæst. CV. Undenam videmus justos aliquos diutius in extremo vitæ halitu anima pugnare et judicari; contra autem, peccatores interdum quiete et cito mori?

Resp. Omnia quidem Dei judicia cognosci non possunt, ideoque nec nos hæc curiose inquirere

[62] Matth. xxvi, 24. [63] Matth. xix, 12. [64] Matth. x, 29, 30. [65] Psal. cxxxiii, 6.

(42) Ita mss. Editi vero, πολλοιόχλοις καὶ πολυκώμοις.

(42) Ita manuscripti. Editi vero, ἐξ ἄστρων. Infra iidem, φθοραί. Editi, φθορά.

(43) Ita mss. Editi vero, κατ' ἀστέρων καὶ τῶν λοιπῶν αἰτιῶν προφάσεις, ὧν. Infra item editi, ἀστέρων, mss., ἀέρων.

(44) Reg. 2, ἐκπνέοντας.

decet : si quid tamen conjectere valemus, respondemus pios viros vel ante mortem vel in morte cruciari, ut nos, qui ea videamus, timeamus et emendemur. Fortassis autem sancti, ut homines, levi aliquo defectu inquinati, hujusmodi cruciatu, quo in morte afficiuntur, perfecte purgati, puri demum decedunt.

Quæst. CVI. Quare homines, ut plurimum nocte nascuntur, et nocte moriuntur?

Resp. Mihi videtur id ideo fieri ut hoc exemplo dicamus tenebrosam esse præsentis vitæ nativitatem et dormitionem, sive in hanc vitam ingressum et exitum ex eadem.

Quæst. CVII. Cur aliqui difficulter contra fornicationis vitium decertant : aliqui autem fere naturaliter ab hujusmodi abstinent voluptate, tametsi obeso sæpe sunt corpore?

Resp. Humanorum corporum libido oritur vel ex calido corporis temperamento, vel ex abundantiori cibo, somno et quiete, forte etiam ex Satanica instigatione. Quarta vero sæpe causa est, quod alios condemnemus. Quinta ex superbia oritur, cum quis scilicet insolentius se effert ob castitatem. Is enim cadere permittitur ut per fornicationem superbiam deponat, et ad humilitatem perductus salutem consequatur. Si enim duo illa compares vitia naturalis libido corporis levior est lapsus quam superbia. Nonnulli autem casti sunt vel quod a Deo protegantur, vel quod frigidi sint temperamenti, vel quod multa exercitatione sibi ipsis vim fecerint, nec quemquam condemnaverit. Quod si superbi aliqui sint casti, sciendum est illos a diabolo negligi quod, sola superbia præ aliis omnibus vitiis sufficiat ad illos æterni supplicii reos constituendos.

Quæst. CVIII. Quale signum habendum est homini, ne deceptus suscipiat Antichristum, ratus Christum ipsum esse?

Resp. Hoc ipsum quod nobis Dominus his verbis dedit, scilicet quod « sicut fulgur exit ab oriente et paret usque in occidentem, ita erit et secundus adventus Filii Dei [66]. » **241** Inde discimus omnem venturum Christum, qui non statim, eadem hora, in universo mundo reperiatur, talem absque dubio Antichristum esse. Nam in secundo Christi adventu omne genus hominum simul conveniet, in cujus medio Christus ab omnibus conspicietur.

Quæst. CIX. Verumne est ex Ægypto proditurum Antichristum, signumque aliquod in una manu, unove oculo habiturum?

Resp. Hæc omnia aniles sunt fabulæ. Anti-

πολυπραγμονεῖν ἡμᾶς αὐτά· ὅμως δὲ καὶ στοχαζόμενοι λέγομεν· ὅτι πολλάλις καὶ ἄνδρες εὐσεβεῖς βασανίζονται πρὸ θανάτου ἐν τῷ θανάτῳ· ἵνα ἡμεῖς οἱ ὁρῶντες φοβηθῶμεν καὶ σωφρονισθῶμεν. Ἴσως δὲ καὶ ὡς ἄνθρωποι οἱ ἅγιοι, μικρόν τε ἐλάττωμα ἔχοντες, διὰ τῆς τοιαύτης βασάνου τῆς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θανάτου τελείως καθαίρονται ἄρωμοι λοιπὸν ἀπερχόμενοι.

Ἐρώτ. ρς'. Τίνος χάριν οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων ἐν νυκτὶ τίκτονται, καὶ ἐν νυκτὶ τελευτῶσιν;

Ἀπόκ. Ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα μάθωμεν διὰ τοῦ τοιούτου ὑποδείγματος, ὅτι σκοτεινὴ ὑπάρχει τοῦ παρόντος βίου καὶ ἡ γέννησις καὶ ἡ κοίμησις, ἤγουν ἡ ἐν αὐτῷ εἴσοδος καὶ ἐξ αὐτοῦ ἔξοδος.

(45) Ἐρώτ. ρζ'. Πόθεν τινὲς μὲν χαλεπῶς εἰς τὸ πάθος τῆς πορνείας πολεμοῦνται· τινὲς δὲ φυσικῶς σχεδὸν τῆς τοιαύτης ἡδονῆς ἀπέχονται, καίπερ πολλάκις περιπληθὲς σῶμα περικείμενοι;

Ἀπόκ. Ἡ τῶν σωμάτων τῶν ἀνθρώπων ἐπιθυμία γίνεται ἢ ἐκ θερμῆς κράσεως τοῦ σώματος, ἢ ἐκ πλειοτέρας τροφῆς καὶ ὕπνου καὶ ἀνέσεως· ἴσως δὲ καὶ ἐξ ἐνεργείας σατανικῆς· τέταρτον δὲ πολλάκις καὶ ἐκ τοῦ κατακρίνειν ἑτέρους· πέμπτον καὶ ἐξ ὑψηλοφροσύνης, ὅταν τις μεγαλοφρονῇ ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἁγνείᾳ· ὁ γὰρ τοιοῦτος παραχωρεῖται πεσεῖν, ὅπως διὰ τῆς πορνείας ἀπωθεῖται τὴν ὑπερηφανίαν, καὶ ὁδηγηθεὶς εἰς ταπειφροσύνην τεύξηται τῆς σωτηρίας· ἐν γὰρ συγκρίσει δύο κακῶν κουφότερον ὑπάρχει παρὰ τὴν ὑπερηφανίαν πταῖσμα ἡ κατὰ σῶμα φυσικὴ ἐπιθυμία. Ἀγνεύουσι δέ τινες ἢ ὑπὸ Θεοῦ σκεπόμενοι, ἢ ψυχρᾶς τινος ὑπάρχοντες κράσεως, ἢ διὰ πολλῆς ἀσκήσεως, ἑαυτοὺς βιαζόμενοι, καί τινα μὴ κατακρίνοντες. Εἰ δὲ καί τινες ὑπερηφανίαν ἔχοντες ἁγνεύουσι, χρὴ γινώσκειν τοὺς τοιούτους, ὅτι περ ὑπὸ τοῦ διαβόλου κατεφρονήθησαν, ἱκανῆς οὔσης τῆς ὑπερηφανίας ὑπὲρ ὅλα τὰ πάθη ἐνόχους αὐτοὺς ποιῆσαι τῆς αἰωνίου κολάσεως.

Ἐρώτ. ρη'. Ποῖον σημεῖον ὀφείλει κρατεῖν ὁ ἄνθρωπος, ἵνα μὴ πλανηθῇ καὶ δέξηται τὸν Ἀντίχριστον, νομίζων ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν;

Ἀποκ. Ὅπερ ὁ Κύριος ἡμῖν παρέδωκεν εἰπών, ὅτι « ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ δευτέρα παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. » Ὅθεν μανθάνομεν, ὅτι πᾶς Χριστὸς ἐρχόμενος, καὶ μὴ ἐξαίφνης ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ἐν μιᾷ ὥρᾳ εὑρισκόμενος (46), τοιοῦτος ἀναμφιβόλως Ἀντίχριστός ἐστιν. Ἐπὶ γὰρ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Χριστοῦ πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης ἐν τῷ ἅμα εὑρίσκεται, καὶ ἐν μέσῳ αὐτῆς ὁ Χριστὸς ὑπὸ πάντων ὁρώμενος.

Ἐρώτ. ρθ. Ἀληθὲς δὲ, ὅτι ἐξ Αἰγύπτου ἐξέρχεται ὁ Ἀντίχριστος, καὶ σημεῖόν τι ἐν τῇ χειρὶ (47) τῇ μιᾷ, καὶ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τῷ ἑνὶ κέκτηται;

Ἀπόκ. Πάντα ταῦτα γραώδεις μῦθοί εἰσιν. Ὁ γὰρ

[66] Matth. XXIV, 27.

(45) Quæstio 106 (jam 107) abest a veterinus editis Latinis, itemque quæst. 108.

(46) Duo mss., ἐν μιᾷ ὥρᾳ φαι. Editi, ἐν μίᾳ πόλει.

(47) Cod. unus, οὐδὲν σημεῖον ἐν τῷ μετώπῳ, ἀλλ' ἐν τῇ χειρί.

Ἀντίχριστος οὐδὲν σημεῖον τοιοῦτον κέκτηται· ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, ὅθεν ὁ Χριστὸς ἐξῆλθεν, ἐξέρχεται, ὡς φησιν ἡ Γραφή· « Σκύμνος λέοντος Δάν, καὶ ἐκπηδήσει ἐκ Βασάν. » Αὕτη δέ ἐστιν Σκυθόπολις.

A christus enim nullum hujusmodi signum est habiturus: sed ex Galilæa, unde exivit Christus proditurus ipse est, ut ait Scriptura: « Catulus leonis Dan, et exsiliet ex Basan [66], » quæ ipsa est Scythopolis.

Ἐρώτ. ρι'. Λέγουσί τινες, ὅτι οὐ δύναται ὁ Ἀντίχριστος νεκρὸν ἄνθρωπον ἀναστῆσαι· ἐπεὶ πάντα τὰ λοιπὰ σημεῖα ποιεῖ.

Quæst. CX. Aiunt nonnulli Antichristum non posse aliquem defunctum hominem a mortuis excitare, etiamsi cætera omnia edat signa.

[87] Psal. cxvii, 27. [88] Psal. xvii, 10. [89] Psal. lxxix, 2. [90] Habac. iii, 3. [91] Baruch. iii, 38.

(76) Hæc non sunt Athanasio indigna, et in nonnullis codicibus separatim ponuntur.

2. Ὅτι δὲ ἐλήλυθεν ἤδη ὁ Χριστὸς, Δανιὴλ ὁ προφήτης τὸν χρόνον τῆς παρουσίας αὐτοῦ σημαίνων οὕτω φησὶ, μᾶλλον δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἀρχάγγελος Γαβριήλ· « Ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν, τοῦ συντελεσθῆναι ἁμαρτίας, καὶ τοῦ σφραγῖσαι ἁμαρτίας· » καὶ μετὰ βραχύ· « Καὶ τοῦ σφραγῖσαι ὅρασιν καὶ προφητείαν, καὶ τοῦ χρῖσαι. Ἅγιον ἁγίων. » Τίς οὖν ἐστιν ἕτερος χρισθεὶς Ἅγιος ἁγίων εἰ μὴ ὁ Χριστὸς μόνος, ὡς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ; Αἱ γὰρ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες τετρακόσια ἐνενήκοντα ἔτη σημαίνουσιν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Δανιὴλ ἕως τοῦ νῦν ὑπάρχουσιν ἔτη τῶν ὀκτακοσίων πλείω. Λείξουσιν οὖν ἡμῖν λοιπὸν Ἰουδαῖοι, τίς παρ' αὐτοῖς ἐχρίσθη. Ἅγιος ἁγίων μετὰ τετρακόσια ἐνενήκοντα ἔτη τοῦ Δανιὴλ, καὶ κατήργησε τὴν θυσίαν καὶ τὴν σπονδὴν τὴν νομικήν ; Ἀλλ' οὐκ ἔχουσι δεῖξαι, τίς τοῦτο πεποίηκεν, εἰ μὴ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

3. Ὅτι δὲ ἀληθής ἐστι, καὶ οὐ πλάνος, ὁ Χριστὸς ὡς ὑμεῖς νομίζετε, ὦ Ἰουδαῖοι, παραστήσομεν ὑμῖν τοῦτο οὐ διὰ ῥημάτων, ἀλλὰ διὰ πραγμάτων, μέχρι τοῦ νῦν κραζόντων καὶ μαρτυρούντων ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ· καὶ ὅτι πάντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ κεχθέντα γεγόνασιν. Εἶπε γὰρ, ὅτι « Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. » Ποῖοι δὲ λόγοι, νουνεχῶς ἀκούσωμεν. Εἶπε περὶ τοῦ ὑμετέρου ναοῦ, ὅτι « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον ἐπ' αὐτῷ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ· » Ἆρα γέγονεν αὐτοῦ ὁ λόγος, ἢ οὐ γέγονεν ; Εἶπεν, ὅτι ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ὑμῶν τὸ ἔθνος, καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ βασίλειον· Ἆρα γέγονε τοῦτο ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου, ἢ οὐ γέγονεν, Εἶπεν, ὅτι ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, καὶ πάυονται· Ἆρα οὐ γέγονε τοῦτο ; Τίς προφήτης παρ' ὑμῖν μετὰ Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν ; Εὔδηλον, ὅτι οὐδείς· Εἶπε πάλιν ὁ αὐτὸς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ὅτι κηρυχθήσεται τὸ Εὐαγγέλιον ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ· ἆρα γέγονεν τοῦτο, ἢ οὐ γέγονεν ; Πάλιν εἶπεν, ὅτι πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι τῆς Ἐκκλησίας· Ἆρα ἐψεύσατο ; Μὴ γένοιτο ! Εἶπεν ἡμῖν τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν, ὅτι « Ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου· » Ἄρτι εἴπατε ἡμῖν, διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ οὐ πάντα τὰ ἔθνη ἡμᾶς μισεῖ καὶ βδελύττεται ; Κἂν ὑμεῖς σιωπήσητε, ἀλλ' οἱ λίθοι κράξονται, καὶ αὐτὴ δὲ τῶν πραγμάτων ἡ ἀλήθεια ἱκανῶς ἐντρέψαι καὶ κατασχῦναι ὑμᾶς δύναται, καὶ πεῖσαι καὶ ἄκοντας, ὅτι Χριστὸς ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἦλθε καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη, καὶ πάλιν ἐπέβη ἐπὶ χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη, καὶ ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς ἐν ἀλαλαγμῷ ὡς Θεός.

4. Ἵνα δὲ τελείως τῆς Ἰουδαϊκῆς καταγνῶμεν πωρώσεως, λοιπὸν δὲ καὶ ἡμεῖς οἱ πιστοὶ βεβαιότεροι ἐν τῇ Χριστοῦ πίστει γενώμεθα· φέρε διὰ βραχέων περὶ πάσης τῆς Χριστοῦ οἰκονομίας καὶ περὶ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου ἀπολογίας ἐκ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης τὰς

2. Christum autem jam venisse habemus ex Daniele propheta, qui tempus ejus adventus sic ipse, vel potius archangelus Gabriel ipsi, indicavit : « Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum et super urbem sanctam, ut perficiantur peccata, et obsignentur peccata [92]. » Et paulo post : « Et obsignetur visio et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum [93]. » Quis ergo alius est unctus Sanctus sanctorum, præter solum Christum, ut Dei viventis ? Septuaginta enim hebdomades quadringentos nonaginta annos significant. Namque a Daniele ad hoc tempus sunt anni plusquam octingenti. Ostendant igitur nobis Judæi quinam apud ipsos unctus sit Sanctus sanctorum post quadringentos nonaginta annos Danielis, qui et sacrificium libationemque legalem abrogaverit ? Sane neminem poterint indicare qui hæc præstiterit, nisi Jesum Christum Filium Dei.

3. Quod autem verus sit, non impostor Christus, ut vos, Judæi, arbitramini, id vobis non verbis sed factis sumus probaturi ; quæ, inquam, facta id hactenus per totum orbem clamant et testantur, ut et omnia, quæ ipse dixit, facta esse, dixit enim : « Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt [94]. » Quænam autem verba dixerit, attendamus. Dixit de vestro templo : « Amen, dico vobis, non remanebit lapis super lapidem in ipso qui non destruatur [95]. » Id ejus verbum factumne est, necne ? Dixit venturos Romanos, vestramque sublaturos gentem urbemque et regnum. Annon sub Vespasiano et Tito id factum est, necne ? Dixit legem et prophetas usque ad Joannem Baptistam futuros, tuncque finem habituros [96] : annon id factum est ? Quis enim propheta apud vos exstitit post Joannem Baptistam ? Nullus profecto. Dixit rursus idem Dominus Jesus Christus verus Deus noster, Evangelium in toto mundo prædicatum iri [97] : factum ergo id est, necne ? Dixit item portas inferi non prævalituras adversus Ecclesiam : nunquid mentitus est ? Absit ! Dixit nobis qui in ipsum credimus : « Eritis odio omnibus propter nomen meum [98]. » Dicite itaque nobis, annon omnes gentes propter Christi nomen odio nos habent et exsecrantur ? Etiamsi vos taceatis, ipsi clamabunt lapides, ipsaque rerum veritas vos pudore satis poterit afficere, cogetque vel invitos credere Christum Deum manifeste venisse, in terris visum esse, cœlos inclinasse et descendisse, rursumque super cherubim ascendisse et volasse, ad cœlosque in jubilatione ut Deum rediisse.

4. Ut autem Judaicam cæcitatem plane condemnemus, nosque, qui fideles sumus, in Christi fide firmiores efficiamur ; age, breviter de **249** universa Christi œconomia et pro Evangelii defensione, testimoniis ex Vetere Testamento excerptis, dis-

[92] Dan. IX, 24. [93] ibid. 26. [94] Luc. XXI, 33. [95] Matth. XXIV, 2. [96] Luc. XVI, 16. [97] Matth. XXVI, 42. [98] Matth. XXIV, 9.

seramus. Id enim emolumento futurum est omnibus, qui rem perpendere volent. Ante sæcula esse Filium et Verbum Dei, qui extremis temporibus incarnatus est, patet ex psalmo centesimo nono : « Ex utero ante luciferum genui te [99]. » Certum enim est neminem hominum ante luciferum esse genitum : nam lucifer quarta die factus est, Adam vero sexta die formatus est. Similiter vero et Salomon de Unigeniti Filii et Verbi Domini nostri Jesu Christi generatione ante sæcula ex Deo et Patre sic velut ex ipsius Filii persona loquitur : « Antequam montes fierent, priusquam erumperent fontes, ante omnes vero colles gignit me [1]. » Interrogandum est igitur Judæos, quem Deus ante omnem rem creatam genuerit ? Item vero cum Deus de Adamo ait : « Ecce Adam factus est velut unus ex nobis [2], » Patrem et Filium et Spiritum sanctum indicat. Cum pariter dicitur : « Pluit Dominus a Domino ignem super Sodomam, [3] » Pater et Filius aperte significatur.

A μαρτυρίας ποιησώμεθα. Ἔσται γὰρ πᾶσι τοῖς ἐγκύπτουσιν ἐντεῦθεν ὠφέλεια. Ὅτι προαιώνιος ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθεὶς ἐκ τοῦ ρθ' ψαλμοῦ· « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. » Εὔδηλον δὲ, ὅτι οὐδεὶς ἀνθρώπων πρὸ ἑωσφόρου ἐγεννήθη. Ὁ γὰρ ἑωσφόρος τῇ δ' ἡμέρᾳ ἐγένετο· ὁ δὲ Ἀδὰμ τῇ ς' ἡμέρᾳ ἐπλάσθη. Ὡσαύτως δὲ καὶ Σολομὼν περὶ τῆς πρὸ αἰώνων ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γεννήσεως τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ καὶ Λόγου Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὕτω φησίν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ· « Πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι, πρὸ τοῦ τὰς πηγὰς προελθεῖν, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Ἐρωτητέον οὖν λοιπὸν τὸν Ἰουδαῖον, τίνα ὁ Θεὸς πρὸ πάσης κτίσεως ἐγέννησεν ; Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν τὸν Θεὸν περὶ τοῦ Ἀδὰμ, ὅτι « Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, » Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον δηλοῖ. Καὶ πάλιν τὸ εἰπεῖν, ὅτι « Ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου πῦρ ἐπὶ Σόδομα, » προφανῶς Πατέρα καὶ Υἱὸν σημαίνει.

B

5. Quod autem Deus Verbum homo et caro ultimis temporibus fieri debuerit, audiamus id a prophetis dictum. Itaque sic ait propheta David, « Benedictus qui venit in nomine, Domini ; Deus Dominus, et apparuit nobis [4]. » Et rursus, « Deus manifeste veniet [5]. » Isaias item ita loquitur : « Non angelus neque legatus, sed ipse Dominus veniet et salvos nos faciet. Tunc aperientur oculi cæcorum, et expedita erit lingua balborum : tunc claudus ut cervus saliet [6]. » Christum item ex femina virgine generandum esse audiamus ex his Isaiæ prophetæ verbis : « Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel [7]. » Idem rursus, « Puer natus est nobis, et filius datus est nobis ; et vocabitur nomen ejus Magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi [8]. » Deinde idem propheta locum ipsum indicat, ubi in terris Christus incarnandus erat, nempe Nazareth. « Terra Zabulon, et terra Nephthalim, via maris, trans Jordanem, Galilæa gentium : populus qui in tenebris sedebat, vidit lucem magnam [9]. » Patet autem populum gentium, in tenebris ignorantiæ, erroris et idololatriæ sedisse. Unde David docens Deum incarnandum esse propter gentes, ait, « Regnavit Deus super gentes [10]. » Idem præterea propheta tanquam ex persona Patris ad Filium ait : « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam [11]. » Hinc etiam, « Omnes gentes, plaudite manibus [12]. » Et rursus, « Omnes gentes, quascunque fecisti, venient et adorabunt coram te, Domine, et glorificabunt nomen tuum in sæculum [13]. »

5. Ὅτι δὲ ἐνανθρωπῆσαι καὶ σαρκοῦσθαι ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἔμελλεν ὁ Θεὸς Λόγος, ἀκούσωμεν τῶν προφητῶν τὰς φωνὰς λεγόντων, τοῦ μέντοι προφήτου Δαβίδ· « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν· » καὶ πάλιν· « Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει· » τοῦ δὲ προφήτου Ἡσαΐου· « Οὐκ ἄγγελος οὐδὲ πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ὀφθαλμοὶ τυφλῶν ἀνοιχθήσονται, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων τότε ὁ χωλὸς ὡς ἔλαφος ἁλεῖται. » Ὅτι δὲ ἐκ γυναικὸς παρθένου γεννηθῆναι ὁ Χριστὸς ἔμελλεν, Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πάλιν ἀκούσωμεν λέγοντος· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· » καὶ πάλιν ὁ αὐτός· « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. » Εἶτα ὁ αὐτὸς προφήτης λέγει καὶ τὸ ποῦ μέλλει ἐπὶ γῆς σαρκοῦσθαι ὁ Χριστὸς, τουτέστιν ἐν Ναζαρέθ. « Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ, ὁδὸς θαλάσσης πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν· ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει φῶς εἶδε μέγα. » Πρόδηλον δὲ, ὅτι τῶν ἐθνῶν λαὸς ἐκάθητο ἐν σκότει τῆς ἀγνωσίας, πλάνης, καὶ εἰδωλολατρείας. Διὸ καὶ ὁ Δαβὶδ, δεικνὺς, ὅτι διὰ τὰ ἔθνη ὁ Θεὸς σαρκοῦσθαι ἔμελλεν, ἔλεγεν· « Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη. « Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱόν φησιν· « Αἴτησον παρ ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου· » διὸ καὶ « Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας· » καὶ πάλιν· « Πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι, καὶ προσκύνησουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε, καὶ δοξάσουσι τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα.

C

D

6. Quod autem in Bethlehem (quod est, si interpreteris, *Domus panis*) nasciturus erat panis vitæ,

6. Ὅτι δὲ ἐν Βηθλεὲμ (ἥτις ἑρμηνεύεται Οἶκος τοῦ ἄρτου), ἔμελλε γενέσθαι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, καὶ

[99] Psal. CIX, 3. [1] Prov. VIII, 25. [2] Gen. III, 22. [3] Gen. XIX, 24. [4] Psal. CXVII, 26. [5] Psal. XLIX, 3. [6] Isa. XXXV, 4, 5. [7] Isa. VII, 14. [8] Isa. IX, 6. [9] ibid. 1. [10] Psal. XLVI, 8. [11] Psal. II, 8. [12] Psal. XLVI, 1. [13] Psal. LXXXV, 9.

ὅτι προαιώνιός ἐστιν ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ γέννησις, ἀκούσωμεν τοῦ προφήτου Μιχαίου λέγοντος· « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, οἶκος τοῦ Ἐφραθὰ, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· Ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἔξοδος αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. » Ὅτι δὲ ἐν Σιὼν μέλλει φανεροῦσθαι ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι Ὕψιστός ἐστι, Δαβὶδ ὁ προφήτης ἐν τῷ πς' ψαλμῷ οὕτω προφητεύει λέγων· « Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ, Ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ Ὕψιστος. » Ὥστε οὖν ὕψιστός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Ὅτι δὲ τεχθεὶς ὁ Χριστὸς ἔμελλε μετὰ τῆς ἰδίας μητρὸς τῆς πνευματικῆς νεφέλης ἔρχεσθαι εἰς Αἴγυπτον, Ἡσαΐου τοῦ προφήτου ἀκούσωμεν λέγοντος· « Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσονται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου. » Ὅτι δὲ βαπτιζομένου τοῦ Χριστοῦ, ἔμελλεν ὁ Πατὴρ ἄνωθεν αὐτῷ μαρτυρεῖν, ἐν τῷ κη' ψαλμῷ γέγραπται οὕτω· « Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησεν, Κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν. » Εἶτα περὶ τῶν θαυμάτων καὶ ἰαμάτων, ὧν ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ἐποίησεν Ἡσαΐας ἡμᾶς διδάσκει λέγων· « Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἦρε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. » Ὅτι δὲ εἰρηνεῦσαι τὸν κόσμον ἦλθεν ὁ Χριστὸς, ἀκούσωμεν τοῦ οα' ψαλμοῦ· « Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν. Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη, καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. » Κἂν εἴπῃ Ἰουδαῖος, ὅτι περὶ Σολομῶντος λέγει ὁ ψαλμὸς, ψεύδεται. Λέγει γάρ « Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτὸν, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς. » Ταῦτα δὲ οὐ δυνατὸν εἰς Σολομῶντα λέγεσθαι· οὐ γὰρ ἦν αὐτὸς πρὸ ἡλίου.

A quodque ante sæcula sit ejus ex Patre generatio, audiamus Michæam prophetam dicentem, « Et tu, Bethlehem, domus Ephratha, non minima es in millibus Juda : ex te enim mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, et egressus ejus ab initio, ex diebus sæculi[14]. » Quod item in Sion Christus appariturus esset, et quod ipse sit Altissimus, David propheta psalmo octogesimo sexto his verbis prophetat : « Mater Sion dicet, Homo et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus [15]. » Itaque Altissimus est Christus Filius Dei. Quod vero natus Christus cum propria matre, spirituali nube, in Ægyptum erat venturus, audiamus Isaiam prophetam dicentem, « Ecce Dominus sedet in nube levi, venietque in Ægyptum, et commovebuntur simulacra Ægypti[16]. » Quod autem, cum baptizaretur B Christus, Pater de eo testaturus esset, ita scriptum habemus in psalmo vicesimo octavo, « Vox Domini super aquas : Deus majestatis intonuit, Dominus super aquas multas [17]. » Deinde quod ad miracula et sanationes spectat, quas Christus et Deus noster effecit, sic de his nos docet Isaias, « Ipse infirmitates nostras **250** tulit, et morbos portavit, et pro nobis cruciatur [18]. » Quod similiter Christus pacem mundo venerit allaturus, discimus ex septuagesimo primo psalmo, « Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stilla stillans in terram. Orietur in diebus justitia et abundantia pacis, donec auferatur luna, et dominabitur a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum [19]. » Quod si dicat Judæus psalmum de Salomone loqui, fallitur. Nam hæc ejus sunt verba : Ante solem permanet nomen ejus : et omnes gentes beatum dicent eum, et adorabunt eum omnes reges terræ[20]. » Atqui hæc in Salomonem quadrare non queunt, quippe qui ante solem non exstiterit.

C

7. Ὅτι δὲ καὶ διὰ βαπτίσματος ἔμελλεν ὁ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν καταργεῖν τὸν διάβολον, ὁ ογ' ψαλμὸς μαρτυρεῖ λέγων πρὸς Θεὸν οὕτως· « Σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος· σὺ συνέθλασας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος. » Ὅτι δὲ ποιητὴς οὐρανοῦ ὁ Χριστός ἐστιν, ὁ ἐν θαλάσσῃ περιπατήσας, τοῦ Ἰὼβ ἀκούσωμεν λέγοντος οὕτως· « Ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ ἐμπεριπατῶν ἐπὶ θαλάσσης ὡς ἐπ' ἐδάφους. » Περὶ δὲ τοῦ πώλου καὶ τῆς ὄνου, ἐφ' ὧν ὁ Χριστὸς ἐπεκάθισεν, ἀκούσωμεν τοῦ προφήτου Ζαχαρίου λέγοντος· « Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών· κήρυσσε, θύγατερ Ἰερουσαλήμ· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων, αὐτὸς πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. » Τί τοίνυν τῶν προφητικῶν τούτων φωνῶν τηλαυγέστερον; Ἀλλ' ὅμως, καίπερ οὕτως τρανῶς περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητευόντων, ἐπετύφλωσεν ὁ Σατανᾶς τὰ τῶν Ἰουδαίων ὄμματα, καὶ ἐπήρωσε τὰς

7. Quod autem Christus Deus noster per baptismum contriturus esset diabolum, testatur psalmus septuagesimus tertius his verbis : « Tu contrivisti capita draconum in aqua : tu confregisti capita draconis [21] : » Christum præterea cœli effectorem esse qui et in mari ambulaverit, audiamus ex his Jobi verbis, « Qui expandit cœlum solus, et ambulat in mari velut in solo [22]. » De pullo autem et asina, in quibus Christus insedit, audiamus Zachariam prophetam aientem : « Exsulta multum, filia Sion : prædica, filia Jerusalem ; ecce rex tuus venit tibi justus et salvator, ipse mitis sedens super subjugalem et pullum juniorem[23]. » Quid his propheticis vocibus loculentius ? Sed tamen licet tam clara de Christo essent vaticinia, oculos Judæorum excæcavit Satanas, eorumque mentis pupillas obtudit, ut tot testimonia pravc explicarent. Verum audiamus insuper de pueris qui Christo Hosanna accla-

D

[14] Mich. v, 2. [15] Psal. LXXXVI, 5. [16] Isa. XIX, 1. [17] Psal. XXVIII, 3. [18] Isa. LIII, 4, 5. [19] Psal. LXXI, 6-8. [20] ibid. 17. [21] Psal. LXXIII, 13. [22] Job. IX, 8. [23] Zachar. IX, 9.

marunt, et aperte Christum vocaverunt Dominum, hæc psalmi octavi verba :«Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra: quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem[24].» Judæ quoque proditionem præsignificat psalmus quadragesimus primus hoc modo : « Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem[25].» Gentium vero et Judæorum insidias Christo structas enarrat psalmus secundus his verbis : « Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum, » scilicet Anna et Caiphas et principes ac Scribæ,« adversus Dominum et adversus Christum ejus[26]. » Qui enim pugnat adversus Filium, injuria Patrem afficit.

8. De vinculis porro, quibus vinxere Christum, sic loquitur Isaias propheta, Judæorum deplorans miserias : « Væ animæ eorum, quia pravum adversus seipsos inierunt consilium dicentes, Vinciamus justum[27]. » Jam vero Judæum interroga, et dic ipsi : Quis homo in terra peccati expers? Certe constat neminem purum a labe esse, nec si una tantum fuerit dies vitæ ejus in terra. Præterea sic propheta Deum precatur :« Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens[28].» Ex quibus aperte docemur neminem absque peccato esse præter solum Deum. Jam igitur videamus quid narret nobis Isaias propheta de passione impeccabilis Christi Dei nostri, Filii Dei.« Sicut ovis, inquit, ad mactationem ductus est, et quasi agnus coram tondente sine voce, sic non aperuit os suum[29].» Notum autem est siluisse Christum tempore suæ passionis, cum Pilato sisteretur. « In humilitate ejus judicium ejus sublatum est; generationem ejus quis enarrabit[30]?» Nempe nemo divinitatis generationem potest narrare. Nam secundum carnem generatio Christi Dei nostri describitur. Siquidem « ab iniquitatibus populi ductus est ad mortem[31]. » Manifestum enim est Christum mortuum esse pro peccatis mundi.« Et dabo malos pro sepultura ejus[32].»Judæos videlicet tradidit Romanis. « Et divites pro morte ejus[33].» Cur quæso, o propheta? Dic nobis aperte, cujus gratia?« Eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus in ore ipsius inventus est[34].» **251** Quid ad hæc respondebunt Judæi? Quis homo, sicut ovis, ad occisionem ductus est, qui peccatum non fecerit? Sane neminem peccati expertem poterunt indicare, præter solum Deum hominem factum.

9. Audiamus etiam quæ habet psalmus tricesimus quartus de iis quæ falsi testes adversum Christum testificati sunt : « Qui insurrexerunt in me testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me :

τῆς ψυχῆς αὐτῶν κόρας, ἵνα τὰς τοιαύτας μαρτυρίας παραγράφωνται. Ἀκούσωμεν οὖν καὶ περὶ τῶν παίδων, τῶν τῷ Χριστῷ Ὡσαννὰ βοησάντων, καὶ Κύριον λεγόντων προσανῶς τὸν Χριστὸν ψαλμῷ ηʹ· « Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. » Περὶ δὲ τῆς τοῦ Ἰούδα προδόσεως ψαλμὸς μαʹ λέγει· « Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. » Τὴν δὲ τῶν ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων ἐπιβουλὴν τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ ὁ βʹ ψαλμὸς λέγει· « Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό, » ἤγουν Ἄννας καὶ Καϊάφας, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς· « κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. » Ὁ γὰρ πολεμῶν τὸν Υἱὸν, ὑβρίζει καὶ τὸν Πατέρα.

8. Περὶ δὲ τῶν δεσμῶν, ὧν ἔδησαν τὸν Χριστὸν, λέγει ταλανίζων τοὺς Ἰουδαίους Ἡσαΐας ὁ προφήτης· « Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, διότι ἐβουλεύσαντο βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν λέγοντες· Δήσωμεν τὸν δίκαιον. » Ἐρώτησόν μοι λοιπὸν τὸν Ἰουδαῖον, καὶ εἰπὲ αὐτῷ, ὅτι Τίς ἀνθρώπων ἐπὶ γῆς ἀναμάρτητος; Εὔδηλον, ὅτι οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ πάλιν φησὶν ὁ προφήτης πρὸς Θεόν· « Μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. » Ὥστε φανερῶς διδασκόμεθα, ὅτι οὐδεὶς ἀναμάρτητος εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός· Ἴδωμεν οὖν λοιπὸν τί ὁ προφήτης Ἡσαΐας διαλέγεται ἡμῖν περὶ τοῦ πάθους τοῦ ἀναμαρτήτου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· « Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. » Δῆλον δὲ, ὅτι ἐσιώπα ὁ Χριστὸς Πιλάτῳ παριστάμενος ἐπὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ. « Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἦρθη· τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; » Ἤγουν τὴν τῆς θεότητος οὐδεὶς διηγήσεται· κατὰ σάρκα γὰρ γενεαλογεῖται Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. « Ἀπὸ » γὰρ « τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ ἦχθη εἰς θάνατον. » Πρόδηλον δὲ, ὅτι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ κόσμου Χριστὸς ἀπέθανε. « Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ. » Δῆλον, ὅτι τοὺς Ἰουδαίους παρέδωκε τοῖς Ρωμαίοις. « Καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. » Διὰ τί, ὦ προφῆτα; Εἰπὲ ἡμῖν προφανῶς, τίνος χάριν; « Ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Τί πρὸς ταῦτα ἐροῦσιν οἱ Ἰουδαῖοι; Τίς ἄνθρωπος ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, ἁμαρτίαν μὴ ποιήσας; ἀλλ' οὐκ ἔχουσι δεῖξαι ἄνθρωπον ἀναμάρτητον εἰ μὴ μόνον τὸν Θεὸν γενόμενον ἄνθρωπον.

9. Ἀκούσωμεν δὲ καὶ περὶ τῶν ψευδομαρτύρων, τῶν κατὰ τοῦ Χριστοῦ ψευδομαρτυρησάντων, ψαλμοῦ λδʹ· « Ἀναστάντες μοι μάρτυρες ἄδικοι, ἃ οὐκ ἐγίνωσκον ἠρώτων μοι· ἀνταποδεδώκασί μοι πονηρὰ

[24] Psal. VIII, 2, 3. [25] Psal. XL. 10. [26] Psal. II, 1, 2. [27] Isa. III, 9, 10. [28] Psal. CXLII, 2. [29] Isa. LIII, 7. [30] ibid. 8. [31] ibid. [32] ibid. 9. [33] ibid. 10. [34] ibid.

ἀντὶ ἀγαθῶν. » Δῆλον, ὅτι ὢν ὁ Χριστὸς ἐν τῷ λαῷ αὐτῷ πεποίηκε· πρῶτον μὲν τὴν ἔξοδον αὐτῶν τὴν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ τὰ λοιπὰ μύρια ἀγαθὰ, ἃ εἰς αὐτοὺς εἰργάσατο, ἔπειτα δὲ τοὺς νοσοῦντας αὐτῶν ἰάσατο. Περὶ δὲ τῶν μαστιγωσάντων καὶ ῥαπισάντων τὸν Χριστὸν Ἡσαΐας ὁ προφήτης ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ οὕτως φησί· « Τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. « Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ προφήτης Δαβὶδ ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ ἐν λζ' ψαλμῷ λέγει· « Ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος, καὶ ἡ ἀλγηδών μου ἐνώπιόν μού ἐστι διὰ παντός. » Περὶ δὲ (77) τῆς πράσεως τοῦ Χριστοῦ λέγει Ἱερεμίας ὁ προφήτης· « Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τυῦ κεραμέως, καθὼς συνέταξέ μοι Κύριος. » Ἆρα τοῦτο παραγράψασθαι δύνασθε, ὦ Ἰουδαῖοι, ὅπερ πρὸ ὀφθαλμῶν παντὸς τοῦ κόσμου πρόπειται ἔκτοτε καὶ μέχρι τοῦ νῦν; λέγω δὴ ὁ ἀγρὸς τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις. Ὡσαύτως δὲ καὶ Ζαχαρίας ὁ προφήτης λέγει περὶ τῶν τριάκοντα ἀργυρίων ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ· « Καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργύρια. » Ὅτι δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἤγουν τὸν τίμιον σταυρὸν, ἐν τοῖς ἰδίοις ὤμοις αὐτοῦ ἐβάστασεν ὁ Χριστὸς ὑψωθεὶν ἐν αὐτῷ, Ἡσαΐας ὁ προφήτης ἐκ Πνεύματος ἁγίου ποφητεύσας εἶπεν, ὅτι « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· » τουτέστιν ὁ ζωοποιὸς σταυρός. Περὶ δὲ τοῦ ἀκανθίνου στεφάνου γέγραπται ἐν τοῖς Ἄσμασι τῶν ᾀσμάτων· « Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐξέλθετε, καὶ ἴδετε τὸν στέφανον ὃν ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ· » τουτέστιν ἡ συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων (μήτηρ γὰρ Χριστοῦ αὕτη κατὰ σάρκα νοεῖται), ἐν ἡμέρᾳ νυμφεύσεως αὐτοῦ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ. » Πρόδηλον δὲ, ὅτι ἡ ἡμέρα τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ ἦν ἡμέρα εὐφροσύνης αὐτοῦ διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν. Ὥσπερ γὰρ ἄκανθαί τινες, οὕτως ὑπῆρχον αἱ ἁμαρτίαι τοῦ κόσμου, ἄστινας, ἐλθὼν ὁ Χριστὸς ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἐξήλειψε. Καὶ καθάπερ διὰ τοῦ καρποῦ τοῦ ξύλου ἡ ἁμαρτία, οὕτω διὰ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ ἡ σωτηρία. Καὶ διὰ τοῦτο ἐν κήπῳ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ γέγονεν, ἐπειδὴ ἐν παραδείσῳ παρέβη ὁ Ἀδάμ. Διὰ τοῦτο καὶ λῃστῇ παράδεισος ἀπὸ σταυροῦ ἀνοίγεται· διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὥρᾳ ἕκτῃ ὁ Χριστὸς σταυροῦται, ἐπειδὴ τὸ δειλινὸν ὁ Ἀδὰμ ἐξωρίσθη. Χολῆς γεύεται, ἵνα τὴν γλυκύτητα τῆς πικρᾶς ἡδονῆς τοῦ Ἀδὰμ ἰάσηται· ῥαπίζεται, ἵνα ἐμοὶ τὴν ἐλευθερίαν χαρίσηται· ἐμπτύεται, ἵνα τὸ ἐμφύσημα τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡμῖν χαρίσηται· φραγγελοῦται, ἵνα τὸ ἐπὶ τοῦ νώτου ἡμῶν φορτιον τῶν ἁμαρτιῶν σκορπίσῃ· γυμνοῦται ἐν ξύλῳ, ἵνα τὴν ἐμὴν αἰσχύνην σκεπάσῃ· θανατοῦται, ἵνα ἐμὲ ζωοποιήσῃ· κατακρίνεται, ἵνα

A retribuebant mihi mala pro bonis [35]. » Notum utique est Christi beneficentia, primo ipsorum populum ex Ægypto discessisse, cæteraque quam plurima in illos bona eum contulisse : eorum quoque sanavit infirmos. De iis autem qui flagellarunt et percusserunt Christum, sic ex Christi persona loquitur Isaias : « Dorsum meum dedi ad flagella, et genas meas ad alapas : faciem autem meam non averti ab ignominia sputorum [36]. » Similiter item David propheta ex Christi persona in psalmo tricesimo septimo ait : « Quoniam ego in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper [37]. » Hæc quoque de Christi venditione dicit Jeremias ; « Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel, B et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus [38]. » An istud depravare potestis, o Judæi, quod ante oculos totius mundi ex illo ad hoc usque tempus expositum est? Loquor nimirum de agro figuli ad sepulturam peregrinorum comparati. Eodem modo Zacharias propheta de triginta argenteis mentionem facit, velut ex persona Christi : « Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis [39]. » Quod item salutis nostræ principium, pretiosam vide licet crucem, sui ipse humeris tulerit Christus, in ea exaltatus, Isaias propheta ex Spiritu sancto his verbis prophetavit : « Puer natus est nobis, filius natus est nobis, cujus principatus super humerum ejus [40], » scilicet crux vivifica. De spinea vero corona scriptum est in Canticis canticorum : « Filiæ Jerusalem, egredimini et videte coronam, qua coronavit C eum mater sua, » nempe Judæorum Synagoga (ipsa enim mater Christi secundum carnem intelligitur), « in die desponsationis ejus, et in die exsultationis cordis illius. » Manifestum autem est diem, qua passus est Christus, diem ejus exsultationis fuisse propter salutem nostram. Instar enim spinarum fuere mundi peccata, quæ suo adventu Christus, Agnus Dei, peccatum mundi tollens, delevit. Ac quemadmodum per fructum ligni, peccatum ; sic per lignum crucis, salus. Unde in horto passus est Christus, quia in paradiso Adam peccaverat. Hinc et latroni paradisus a cruce aperitur : hinc sexta hora crucifixus Christus est, quia pomeridiano tempore Adam expulsus est. Fel gustat, ut dulcedinem D amaræ voluptatis Adami sanet : alapis percutitur, ut libertatem nobis donet : conspuitur, ut sancti Spiritus afflatum nobis impertiat : flagellatur, ut nostram peccatorum sarcinam dorso suo ventilet : in ligno nudatur, ut meam operiat ignominiam : moritur, ut me vivificet : condemnatur, ut me a maledictione liberet : caput ejus arundine percutitur, ut serpentis caput conterat : lancea pungitur latus ejus, ut ex Adami latere creatam mulierem sanet, flammeamque rhomphæam, quæ adversum

[35] Psal. xxxiv, 11, 12. [36] Isa. l, 6. [37] Psal, xxxvii, 17. [38] Jerem. xxxii, 9 ; Matth. xxvii, 9. [39] Isa. ix, 6. [40] Cant. iii, 11.

(77) Reg. 3, τῆς πράσεως. Editi, προδόσεως.

nos vibratur, inhibeat, ac nobis viam paradisi aperiat.

A ἐμὲ τῆς κατάρας ἀπολύσῃ· καλάμῳ τὴν κεφαλὴν τύπτεται, ἵνα τὴν τοῦ ὄφεως κεφαλὴν συντρίψῃ· λόγχῃ τὴν πλευρὰν νύττεται (78) ἵνα τὴν ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἀδὰμ κτισθεῖσαν θεραπεύσῃ, καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν καθ' ἡμῶν στρεφομένην παύσῃ, καὶ τὴν ὁδὸν ἡμῖν τοῦ παραδείσου ἀνοίξῃ.

10. Jam quod in medio terræ Christus crucifigendus esset, in psalmo septuagesimo tertio scriptum est, « Deus rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ [41]. » Quod item cum latronibus esset Christus crucifigendus, Isaias ait: « Et cum iniquis reputatus est [42]. » De clavis quoque et partitione vestimentorum ejus sic habet psalmus vicesimus primus : « Foderunt **252** manus mea et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea : diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem [43]. » Similiter B vero et Zacharias propheta de clavis sic ait : « Et dicent ei : Quid plagæ istæ in medio manuum tuarum ? Et dicet : Has accepi in domo dilectorum meorum [44]. » Ita quoque de tenebris loquitur idem Zacharias propheta : « Et erit in die illa, non erit lux, et frigus et gelu erit una dies, et dies illa nota Domino : et non dies et non nox, et ad vesperam erit lux [45]. » Amos pariter propheta ait : « Et erit in die illa, dicit Dominus, et occidet sol in meridie, et lux per diem in terra tenebrescet [46]. » Hæc item sunt Joelis prophetæ verba : « Sol et luna obscurabuntur, et stellæ retrahent splendorem suum : Dominus autem ex Sion vociferabitur, et ex Jerusalem dabit vocem suam, et commovebitur cœlum et terra [47]. » Quod autem aceto et felle C potandus foret Christus, audiamus ex psalmo sexagesimo octavo : « Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto [48]. » Hinc ipsis imprecatur hoc modo : « Fiat mensa eorum, coram ipsis in laqueum, et in retributiones, et in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant ; et dorsum eorum semper incurva. Effunde super eos iram tuam, et furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet [49] : » nempe in templo ipsorum Jerosolymitano, quod et accidit. Cætera porro quæ in psalmo sequuntur, instar maledictionis dicta, in Judæos quadrant, quos et Moyses his verbis objurgavit : « Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, et timebis die ac nocte, nec credes vitæ D tuæ [50]. »

10. Ἅμα δὲ ἐν μέσῳ τῆς γῆς ἔμελλεν ὁ Χριστὸς σταυροῦσθαι, ἐν οὗ ψαλμῷ γέγραπται. « Ὁ δὲ Θεὸς βασιλεὺς ἡμῶν πρὸ αἰώνων εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς. » Καὶ ὅτι μετὰ λῃστῶν ἔμελλεν ὁ Χριστὸς σταυροῦσθαι, Ἡσαΐας φησί· « Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. » Περὶ δὲ τῶν ἱλων καὶ τοῦ διαμερισμοῦ τῶν ἱματίων αὐτοῦ, ψαλμὸς κα' οὕτω λέγει· « Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. » Ὁμοίως δὲ καὶ Ζαχαρίας ὁ προφήτης περὶ τῶν ἥλων οὕτως ἔφη· « Καὶ ἐροῦσι πρὸς αὐτόν· Τί αἱ πληγαὶ αὗται αἱ ἀνὰ μέσον τῶν χειρῶν σου ; Καὶ ἐρεῖ· Ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τῶν ἀγαπητῶν μου. » Περὶ δὲ τοῦ σκοτασμοῦ ὁ προφήτης Ζαχαρίας λέγει οὕτω· « Καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὐκ ἔσται φῶς· καὶ ψῦχος καὶ πάγος ἔσται μία ἡμέρα, καὶ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ Κυρίῳ· καὶ οὐχ ἡμέρα καὶ οὐ νύξ, καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. » Ὁμοίως δὲ καὶ Ἀμὼς ὁ προφήτης εἶπε· « Καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος, καὶ δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ συσκοτάσει ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς. » Καὶ Ἰωὴλ δὲ ὁ προφήτης λέγει· « Ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη σκοτάσουσι (79), καὶ οἱ ἀστέρες δύσουσι τὸ φέγγος αὐτῶν, Ὁ δὲ Κύριος ἐκ Σιὼν ἀνακράξεται, καὶ ἐξ Ἰερουσαλὴμ δώσει φωνὴν αὐτοῦ, καὶ σεισθήσεται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ. » Ὅτι δὲ ἔμελλεν ὄξος καὶ χολὴν ποτίζεσθαι Χριστὸς, ψαλμοῦ ξη' ἀκούσωμεν· « Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χωλὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. » Διὸ καὶ ἀρᾶται αὐτοὺς λέγων· « Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτοῦ εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν, καὶ εἰς σκάνδαλον. Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγκυψον. Ἔχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου, καὶ ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς σου καταλάβοι αὐτούς. Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη, καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν· » ἤγουν ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸς αὐτῶν, ὃ δὴ καὶ γέγονε. Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τοῦ ψαλμοῦ, ὡς ἐπὶ κατάρας λεγόμενα, τοῖς Ἰουδαίοις ἁρμόζει, οὓς καὶ Μωσῆς ὠνείδισεν εἰπών· « Καὶ ἔσται ἡ ζωή σου κρεμαμένη ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου, καὶ φοβηθήσῃ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ οὐ πιστεύσεις τῇ ζωῇ σου. »

11. De lancea vero ita loquitur Zacharias propheta quasi ex persona Christi : « Et aspicient ad me quem confixerunt [51]. » De aqua autem, quæ ex sancto ejus latere exivit, ait propheta idem : « In die illa exibit aqua viva ex Jerusalem [52]. » Audiamus autem et Isaiam prophetam de sepultura Domini hæc dicentem, et Judæos iridentem : « Vi-

11. Περὶ δὲ τῆς λόγχης λέγει Ζαχαρίας ὁ προφήτης ὡς ἐν προσώπου τοῦ Χριστοῦ· « Καὶ ἐπιβλέψονται πρὸς μὲ, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. » Περὶ δὲ τοῦ ὕδατος τῆς ἁγίας αὐτοῦ πλευρᾶς ὁ αὐτὸς προφήτης εἶπεν· « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελεύσεται ὕδωρ ζῶν ἐξ Ἰερουσαλήμ· » Ἀκούσωμεν δὲ καὶ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου

[41] Psal. LXXIII, 12. [42] Isa. LIII, 12. [43] Psal. XXI, 18. 19. [44] Zachar. XIII, 6. [45] Zachar. XIV, 6, 7. [46] Amos VIII, 9. [47] Joel II, 10. 11, [48] Psal. LXVIII, 22. [49] ibid. 23-26. [50] Deut. XXVIII, 66. [51] Zachar. XII, 10. [52] Zachar. XIV, 8.

(78) Ita Reg. 3, Editi vero, ἵνα τὴν πλευρὰν τοῦ Ἀδὰμ θεραπεύσῃ.

(79) Quidam mss., συσκοτάσουσιν

περὶ τῆς ταφῆς τοῦ Κυρίου λέγοντος, καὶ ὅπως διαγελᾷ τοὺς Ἰουδαίους· « Ἴδετε ὡς δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ. » Εἶπεν οὖν καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνάστασιν· καὶ πάλιν· « Ἀπὸ προσώπου ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος, καὶ ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ. » « Ἐν εἰρήνῃ « δὲ λέγει, ὅτι ὁ Πιλᾶτος μετ' εἰρήνης ἀπέδωκε τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ τῷ Ἰωσήφ. Ὁμοίως δὲ καὶ Δαβὶδ περὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ ἐν πζ' ψαλμῷ λέγει ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ· « Ἔθεντό με ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ, ἐν σκοτεινοῖς καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου· » καὶ πρὸ τούτων· « Καὶ ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος, » ἤγουν ἀναμάρτητος (80). Γέγραπται δὲ καὶ ἐν τῇ Ἰὼβ οὕτως· « Ἀνοίγονταί σοι φόβῳ πύλαι θανάτου· πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες ἔπτηξαν· » πρόδηλον δὲ, ὅτι αἱ ἐναντίαι τῶν δαιμόνων δυνάμεις. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῷ ξζ' ψαλμῷ· « Ἐξάγων πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ, ὁμοίως τοὺς παραπικραίνοντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις. » Ὅτι δὲ ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ᾅδῃ ἀπομένειν οὐκ ἔμελλεν, ἀλλὰ τριήμερος ἀνίστασθαι, ψαλμοῦ ιε' ἀκούσωμεν· « Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν· » καὶ πάλιν νς' ψαλμοῦ· « Ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου. » Καὶ ὁ προφήτης δὲ Ὡσηὲ οὕτως ἔφη· « Πορευθῶμεν, καὶ ἐπιστρέψωμεν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, ὅτι αὐτὸς πεποίηκεν ἡμᾶς, καὶ ἰάσεται ἡμᾶς· ὑγιάσει ἡμᾶς μετὰ δύο ἡμέρας, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἀναστησόμεθα καὶ ζησόμεθα. » Περὶ δὲ τῶν μυροφόρων γυναικῶν Ἡσαΐας ὁ προφήτης εἶπε· « Γυναῖκες ἐρχόμεναι ἀπὸ θέας, δεῦτε· οὐ γὰρ ἐστι λαὸς ἔχων σύνεσιν. »

dete ut Justus periit. et nemo corde cogitat [58]. » Ejus rursus resurrectionem his prædicit verbis : « A facie iniquitatis sublatus est justus, et erit in pace sepultura ejus [54],» « In pace,» autem ait, quia Pilatus cum pace Josepho reddidit corpus Jesu. Sic et David de ejus sepultura psalmo octogesimo septimo quasi ex persona Christi loquitur : « Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis et in umbra mortis [55] : » et antea, « Et factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber [56], » id est, impeccabilis. Sic quoque in libro Job scriptum est : « Aperiuntur tibi præ timore portæ mortis : videntes autem inferorum janitores tremuerunt [57], » nempe, adversariæ, ut patet, dæmonum virtutes. Similiter hæc in psalmo sexagesimo septimo legimus : « Qui educit vinctos in fortudine, similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulcris [58]. » Quod vero Christus in inferis remansurus non esset, sed tertia die resurrecturus, discamus ex psalmo quinto et decimo : « Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem [59]. » Et rursus ex psalmo quinquagesimo sexto : « Exsurgam diluculo [60]. » Hæc pariter verba sunt Oseæ prophetæ : « Proficiscamur et convertamur ad Dominum Deum nostrum, quia ipse fecit nos, et sanabit nos : sanos nos reddet post duos dies,in die tertia resurgemus et vivemus [61]. » De mulieribus autem unguentum ferentibus sic loquitur Isaias propheta : « Mulieres venientes a contemplatione accedite: non est enim populus intelligens [62]. »

12. Περὶ δὲ τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ ἐν ζ' καὶ ι' ψαλμῷ γέγραπται· « Καὶ ἐπέβη ἐπὶ χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη· ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. » Καὶ πάλιν ἐν μς' ψαλμῷ· « Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος· » καὶ ἐν Ζαχαρίᾳ τῷ προφήτῃ· « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ στήσονται οἱ πόδες Κυρίου εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, τὸ κατέναντι Ἰερουσαλὴμ ἐξ ἀνατολῶν. » Περὶ δὲ τῆς ἐνδόξου δευτέρας παρουσίας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λέγει Δανιὴλ ὁ προφήτης· « Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε. Καὶ προσηνέχθη αὐτῷ. Καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ. Ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται· καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. » Ἰδοὺ σαφῶς διὰ τῶν εἰρημένων ἐμάθομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ σαρκωθεὶς καὶ παθὼν δι' ἡμᾶς, καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναληφθεὶς ἐν δόξῃ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα καὶ πάλιν μέλλων ἔρχεσθαι μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, μετὰ δόξης αἰωνίου κρῖναι ζῶντας καὶ

12. De Christi vero assumptione hæc habentur psalmo septimo et decimo : « Et ascendit super cherubim et volavit super pennas ventorum [63],» Et iterum psalmo quadragesimo sexto : « Ascendit Deus in jubilatione, et Dominus in voce tubæ [64]. » Et in Zacharia propheta :« In die **253** illa stabunt pedes Domini super montem Olivarum,qui est contra Jerusalem ad Orientem [65]. » De glorioso autem secundo Filii Dei adventu ait Daniel propheta : « Aspiciebam in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit,et adductus est ad eum.Et ipsi datum est imperium et honor et regnum:et omnes populi, tribus et linguæ ipsi servient. Potestas ejus potestas æterna,quæ non præteribit: et regnum ejus non corrumpetur [66]. » Ecce aperte ex dictis discimus ipsum esse Filium Dei, qui incarnatus et passus est pro nobis ex mortuisque resurrexit,atque assumptus est in gloria ad suum Patrem, ac rursus venturus est cum nubibus cœli, cum gloria æterna, ut vivos et mortuos judicet. Hæc enim idem propheta Daniel verbis prædixit : « Aspiciebam do-

[53] Isa. LVII, 1. [54] Isa. XI, 10. [55] Psal. LXXXVII, 7. [56] ibid. 5. [57] Job XXXVIII, 17. [58] Psal. LXVII, 7. [59] Psal. XV, 10. [60] Psal. LVI, 9. [61] Ose. VI, 1-3. [62] Isa. XXVII, 11. [63] Psal. XVII, 11. [64] Psal. XLVI, 6. [65] Zachar. XIV, 4. [66] Dan. VII, 13, 14.

(80) Sic Regius tertius. In editis hæc, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος, ἤγουν ἀναμάρτητος, desunt.

nec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit : vestimentum ejus candidum quasi nix, et capilli capitis ejus quasi lana munda. Thronus ejus, flamma ignis : rotæ ejus, ignis accensus. Fluvius igneus fluebat ante eum. Millia millium ministrabant ei, et decies millies dena millia assistebant ei. Judicium sedit, et libri aperti sunt. Aspiciebam tunc propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur, donec interfecta esset bestia, et periisset : et corpus ejus traditum est ut igne combureretur [67].» Clarum autem est bestiam esse Antichristum. Filius quippe Dei cum venerit, eam interficiet spiritu oris sui, quia ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

A νεκρούς. Προεῖπε γὰρ περὶ τούτου ὁ αὐτὸς προφήτης Δανιήλ· « Ἐθεώρουν ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο· καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών, καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν. Ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρός, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Ποταμὸς πυρὸς εἵλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρείστηκαν αὐτῷ. Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. Ἐθεώρουν τότε ἀπὸ φωνῆς τῶν λόγων τῶν μεγάλων, ὧν τὸ κέρας ἐκεῖνο ἐλάλει, ἕως ἀνῃρέθη τὸ θηρίον καὶ ἀπώλετο, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός. » Πρόδηλον δὲ, ὅτι τὸ θηρίον ὁ Ἀντίχριστός ἐστιν. Ὁ γὰρ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐρχόμενος, ἀνελεῖ αὐτὸν τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

13. Hæc autem ex multis pauca ex sacris Scripturis proposuimus, cum ad nostram, qui Christiani sumus ampliorem fidem, tum ad pertinaciam et amentiam Judæorum confutandam. Scilicet unus sanctæ vivificæ Trinitatis, Deus Verbum, et Dei Filius, et Dominus noster Jesus Christus, ipse propter nostram salutem extremis diebus homo factus est ex sanctissima, immaculata, Domina nostra Deipara et semper virgine Maria. Idemque omnibus divine peractis, passusque, quemadmodum prophetæ prædixerant, genus nostrum ex fallaciis et servitute inimici eripuit. Pro tot igitur tantisque beneficiis quibus sua bonitas dignata nos est, studeamus grati ei esse, sanctorum videlicet mandatorum observatione, ut æterna et infinita bona consequi possimus, in ipso Christo Deo nostro, cui gloria et imperium eum omnipotenti ejus Patre, et sanctissimo ac vivifico Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

B

C

13. Ταῦτα δὲ ἐκ πολλῶν ὀλίγα ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν παρεθέμεθα πρὸς μὲν ἡμετέραν τῶν Χριστιανῶν μείζονα πίστιν, πρὸς ἔλεγχον δὲ τῆς Ἰουδαϊκῆς σκληροκαρδίας καὶ φρενοβλαβείας· Ὅτι ὁ εἷς τῆς ἁγίας ζωοποιοῦ Τριάδος, Θεὸς Λόγος καὶ Θεοῦ Υἱὸς, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, αὐτὸς διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐνηνθρώπησεν ἐκ τῆς παναγίας ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας. Καὶ πάντα θεοπρεπῶς ἀπεργασάμενος, καὶ παθὼν, καθὼς οἱ ἅγιοι προεῖπον προφῆται, ἔσωσεν ἐκ τῆς τοῦ ἐχθροῦ πλάνης καὶ δουλείας τὸ γένος ἡμῶν. Ὑπὲρ τῶν τοσούτων οὖν εὐεργεσιῶν, ὧν τυχεῖν παρὰ τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος ἠξιώθημεν, σπουδάσωμεν εὐάρεστοι αὐτῷ ἀναδειχθῆναι διὰ τῆς τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐντολῶν ἐκπληρώσεως, ὅπως καὶ τῶν αἰωνίων καὶ ἀτελευτήτων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παντοκράτορι Πατρὶ αὐτοῦ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Quæstiones sequentes in Evangelia, ex codice Reg. 2431, nunc primum in lucem prodeunt. Adjiciuntur porro in eodem codice ad calcem Quæstionis 136, ad Antiochum.

QUÆSTIO I. « Christi autem generatio sic erat. Cum enim esset desponsata mater ejus Maria Joseph [68]. » Quare non dixit : Cum esset desponsata virgo, sed « Mater ejus ? »

Responsio. Ut credibilis sermo foret, et ut auditorem, paratum ad quidpiam audiendum non insuetum, insolitæ rei additione percelleret, dicendo : « Antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto [69]. »

Q. 2. « Apparuit autem ei angelus Domini in somnis dicens [70]. » Quare non palam apparet angelus Josepho, quemadmodum pastoribus et Zachariæ ?

R. Quia admodum fidelis erat vir ille. Nec opus illi erat hujusmodi visione.

Q. 3. « Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam [71]. » Quare dixit : « Ne timeas ? »

D

Ἐρωτησις α'. « Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ. » Διὰ τί οὐκ εἶπε· Μνηστευθείσης τῆς παρθένον, ἀλλὰ « τῆς μητρὸς αὐτοῦ. »

Ἀποκρισις. Ὥστε εὐπαράδεκτον γενέσθαι τὸν λόγον, καὶ προσδοκῶντά τι τῶν συνήθων ἀκούσασθαι τὸν ἀκροστὴν, καταπλήξῃ τῇ τοῦ παραδόξου πράγματος ἐπαγωγῇ, λέγων· « Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου. »

Ἐρώτ. β'. « Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ λέγων· » Διὰ τί μὴ φανερῶς φαίνεται ὁ ἄγγελος τῷ Ἰωσὴφ, καθάπερ τοῖς ποιμέσι καὶ τῷ Ζαχαρίᾳ ;

Ἀπόκ. Ὅτι σφόδρα πιστὸς ἦν ὁ ἀνὴρ, καὶ οὐ δεόμενος τῆς τοιαύτης ὄψεως.

Ἐρώτ. γ'. « Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. » Διὰ τί εἶπε· Μὴ φοβηθῇς.

[67] Psal. VII, 9-11. [68] Matth. I, 16-18. [69] ibid. [70] ibid. 20. [71] ibid.

Ἀπόκρ. Δεικνὺς αὐτὸν δεδοικότα μὴ προσκρούσῃ τῷ Θεῷ, ὡς μοιχαλίδα ἔχων. A

Ἐρώτ. δ'. Διὰ τί εἶπε, » τὴν γυναικά σου ; »

Ἀπόκ. Ὡς μὴ διεφθαρμένης αὐτῆς οὔσης. Καλεῖ δὲ αὐτὴν γυναῖκα ἀπὸ τῆς μνηστείας· ὥσπερ εἰώθαμεν γαμβροὺς λέγειν καὶ προγάμους τοὺς μνηστῆρας.

Ἐρώτ. ε'. « Τέξεται δὲ Υἱόν. » Διὰ τί οὐκ εἶπε· Τέξεται δέ σοι ;

Ἀπόκ. Ὅτι οὐκ αὐτῷ ἔμελλε μόνῳ τίκτεσθαι, ἀλλὰ τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ.

Ἐρώτ. ζ'. « Ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως. » Διὰ τί προσέθηκε τὸ ἀξίωμα, εἰπὼν, « τοῦ βασιλέως ; »

Ἀπόκ. Ἐπειδὴ καὶ ἕτερος γέγονεν Ἡρῴδης ὁ τὸν Πρόδρομον ἀνελών. Ἀλλ' ἐκεῖνος τετράρχης ἦν, οὗτος δὲ βασιλεύς.

Ἐρώτ. ζ'. « Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. » Διὰ τί οὐκ εἶπε, Τὴν γυναῖκά σου, ἀλλὰ « Τὴν μητέρα αὐτοῦ ; » B

Ἀπόκ. Ἐπειδή, τοῦ τόκου πέρας λαβόντος, ἐλύθη τε ἡ ὑποψία, καὶ ὁ Ἰωσὴφ ἐπιστώθη. Διὰ τοῦτο οὖν λοιπὸν μετὰ παῤῥησίας διαλέγεται ὁ ἄγγελος, καὶ οὐκ ἔτι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καλεῖ.

Ἐρώτ. η'. « Καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον. » Διὰ τί ἀκούσας· « Φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, » οὐκ ἐταράχθη ;

Ἀπόκ. Ἐπειδὴ πιστὸς ἦν ὁ ἀνὴρ, διὸ ὑπακούει καὶ πείθεται.

Ἐρώτ. θ'. Διὰ τί οὐκ εἰς ἄλλην χώραν πέμπεται, ἀλλ' εἰς Αἴγυπτον ;

Ἀπόκ. Ἵνα πληρωθῇ ἡ προφητεία ἡ λέγουσα, ὅτι « Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου. » C

Ἐρώτ. ι'. « Ἀκούσπς δὲ Ἰησοῦς, ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. » Διὰ τί ἀνεχώρησεν ;

Ἀπόκ. Παιδεύων ἡμᾶς φεύγειν τοὺς πειρασμούς. Οὐ γὰρ ἔγκλημα τὸ μὴ ῥίπτειν ἑαυτὸν εἰς κίνδυνον, ἀλλὰ τὸ ἐμπεσόντα μὴ στῆναι γενναίως·

Ἐρώτ. ια'. « Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς τοὺς ὄχλους ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος. » Διὰ τί ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος ;

Ἀπόκ. Διὰ τὸ ἀφιλότιμον καὶ ἀκόμπαστον· οὐ γὰρ περιῆγεν αὐτοὺς μεθ' ἑαυτοῦ. Ἀλλ' ὅτε μὲν περιπατῆσαι ἔδει, αὐτὸς μόνος περιῄει πανταχοῦ, καὶ πόλεις καὶ χώρας ἐπισκοπούμενος· ὅτε δὲ πολὺς ὄχλος γέγονεν, ἐν ἑνὶ ἐκάθητο τόπῳ.

Ἐρώτ. ιβ'. « Ἀνοίξας δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ ἐδίδασκεν αὐτούς. » Διὰ τί εἶπεν· « Ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ; » D

Ἀπόκ. Ἵνα μάθωμεν, ὅτι καὶ σιγῶν ἐπαίδευεν, οὐχὶ μόνον φθεγγόμενος.

Ἐρώτ. ιγ'. « Προσέχετε, φησὶ, τὴν ἐλεημοσύνην μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς. » Διὰ τί ἐπὶ μὲν τῆς ἐλεημοσύνης προσέθηκεν εἰπὼν, ἐπὶ δὲ τῆς προσευχῆς καὶ τῆς νηστείας οὐδαμῶς ;

Ἀπόκ. Ἐπειδὴ τὴν ἐλεημοσύνην μὲν ἀδύνατον κάντη λαθεῖν, εὐχὴν δὲ καὶ νηστείαν δυνατόν.

R. Declarat eum timuisse, ne Deum offenderet, utpote adulteram habens uxorem.

Q. 4. Quare dixit, conjugem tuam? »

254 R. Utpote non corruptam. Vocat autem conjugem, quia desponsata erat. Uti solemus generos et pronubos, vocare procos.

Q. 5. « Pariet autem filium [72]. » Quare non dixit : Pariet autem tibi ?

R. Quia non ipsi solum pareret, sed toto orbi.

Q. 6. « In diebus Herodis regis [73]. » Quare dignitatem addidit, cum dixit, « regis ? »

R. Quia alius fuit Herodes qui Præcursorem occidit. Sed ille tetrarcha, hic rex erat.

Q. 7. « Surgens accipe puerum, et matrem ejus [74]. » Quare non dixit : Uxorem tuam, sed, « matrem ejus ? »

R. Quia partu adveniente, levata suspicio fuit, et Joseph certior factus est. Ideo cum libertate palam loquitur angelus ; nec ultra uxorem ejus vocat illam.

Q. 8. « Et fuge in Ægyptum [75]. » Quare cum audisset : « Fuge in Ægyptum, » perturbatus non fuit ?

R. Quia fidelis vir erat, ideo obsequitur, et obtemperat.

Q. 9. Quare in Ægyptum, et non in aliam mittitur regionem ?

R. Ut impleretur prophetia quæ dicit : « Ex Ægypto vocavi Filium meum [76]. »

Q. 10. « Cum audisset Jesus quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam [77]. » Quare secessit ?

R. Admonens nos fugiendas esse tentationes. Neque id crimini datur, quod non nos in periculum conjiciamus ; sed cum inciderimus, si non resistamus generose.

Q. 11. « Videns autem ejus turbas ascendit in montem [78]. » Quare ascendit in montem ?

R. Quod ambitionem fugeret et vanam gloriam. Non enim illas secum circumquaque abducebat. Sed quando incedendum erat, ipse solus ubique circuibat, et urbes et vicos perlustrans. Cum autem multa aderat turba, in uno sedebat loco.

Q. 12. « Aperiens autem os suum docebat illos [79]. » Quare dixit : « Aperiens os suum ? »

R. Ut ediscamus illum non solum loquendo, sed etiam silendo docuisse.

Q. 12. « Attendite, inquit, ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis [80]. » Quare de eleemosyna id addidit, de oratione autem et jejunio, nullatenus ?

R. Quia eleemosynam impossibile est penitus latere : orationem vero et jejunium possibile est.

[72] Matth. I, 21. [73] Matth. II, 1. [73] Ibid. 13. [75] Ibid. [74] Ose, XI, 1. [77] Joan. IV, 12. [78] Matth. V, 1. [79] Ibid. [80] Matth. VI, 1.

Q. 14. « In principio erat Verbum [81]. » Quare, A omisso Patre, de Filio loquitur ?

R. Quia ille omnibus notus erat, etsi non quatenus Pater, sed quatenus Deus. Unigenitus vero ignorabatur : ideo, jure ejus notitiam a principio dare voluit, iis qui ignorarent ipsum.

Q. 15. « Et verbum erat apud Deum [82]. » Quare non dixit : In Deo ?

R. Primum quidem ut ejus secundum hypostasin æternitatem declararet nobis. Deinde clarius et apertius revelet nobis, hoc Verbum esse Deum, « In mundo erat [83] : » non ut mundo cœævus. Ideo namque adjecit : « Et mundus per ipsum factus est [84]. »

Q. 16. « Et aspiciens in cœlum benedixit panes [85]. » Quare cum sursum aspexisset tum benedixit ? B

R. Primo ut ostenderet se a Patre esse ; secundo ut nos doceret, ne prius ad mensam accideremus, donec ei gratias egissemus qui escam nobis daret.

Q. 17. Quare in deserto miraculum panum efficit, et quinque millia alit ?

255 R. Ut nulli prorsus subesset suspicioni miraculum, nemoque existimaret ex proximo quodam vico, quidpiam ad mensam delatum fuisse.

Q. 18. Et abstulerunt ex residuis fragmentis [86]. Quare non integri panes, sed fragmenta superfuere ?

R. Ut ostenderet esse illa ex quinque panibus fragmenta, et ut qui non aderant rem gestam C ediscerent, ne quis id phantasiam esse existimaret.

Q. 19. « Duodecim cophinos [87]. » Quare duodecim cophinos impleverunt ?

R. Ut et ipse Judas deferret. Poterat enim turbarum sedare famem. At non novissent discipuli virtutem ejus.

Q. 20. Quare non Pilato, sed uxori illius visio fuit [88] ?

R. Primo quidem quia digna erat ipsa ; seu potius, quia si vidisset ille, nequaquam illa æque fides habita fuisset : vel non narrasset ; ideoque ex divina dispensatione uxor visionem habet, ut res palam omnibus fieret.

Ἀπόκ. Τὰς ἐκκλησίας, ἐν αἷς ἐκχεῖται ὁ οἶνος, ἤτοι τὸ ἅγιον αἷμα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ θύεται καὶ τὸ ἅγιον σῶμα αὐτοῦ. Ὁ δὲ λέγει ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὅτι « Ληνὸν ἐπάτησα μονώτατος, » τοῦτο ἑρμηνεύει. Ὥσπερ ἡ ληνὸς δοχεῖόν ἐστι, καὶ ἐν ταύτῃ καταπατοῦνται αἱ σταφυλαί· οὕτως κατεπάτησε καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, νοητούς τε καὶ αἰσθητούς. Εἴπωμεν δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι βότρυς, καὶ σταφυλὴ ὁ Χριστὸς, ὅστις ἀποθλίψας ἑαυτὸν ἑκουσίᾳ πληγῇ καὶ θανάτῳ, ἀπέσταξε τὸ θεῖον γλεῦκος, καὶ ἐφοίνιξεν ἑαυτὸν τῷ ἰδίῳ αἵματι. Μονώτατος δέ ἐστιν, ὅτι μόνος αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν· « Οὔτε γὰρ ἄγγελος, οὔτε πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς. » Ὁ δὲ Πέτρος ἠρνήσατο ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ, καὶ οἱ λοιποὶ ἔφυγον ἀπόστολοι.

Ἐρώτ. οη'. Τί ἐστιν· « Οἱ διψῶντες, περεύεσθε ἐφ' ὕδωρ ; »

Ἀπόκ. Ὕδωρ τὸ ἅγιον βάπτισμα δηλοῖ, ἢ τὴν τῶν δακρύων πηγὴν, ἤτοι τὴν μετάνοιαν. Τὸ δὲ, « Βαδίσαντες ἀγοράσατε, καὶ φάγετε καὶ πίετε ἄνευ ἀργυρίου, » τὸ ἅγιον βάπτισμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ὡσαύτως καὶ τὸ, « Κύριος τὸν κατακλυσμὸν κατοικιεῖ, » τὸ ἅγιον ἐμφαίνει βάπτισμα· ἐπειδὴ κατακλύζει πάσας τὰς ἁμαρτίας.

Ἑρμην· οθ'. Τί, « Φωνὴ Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός ; »

[96] Genes. III, 1. [97] Genes. IV, 11. [98] Genes. III, 17. [99] Psal. II, 1. [1] Isa. LXIII, 3. [2] Isa. LV, 1. [3] ibid. [4] Psal. XXVIII, 10. [5] Ibid. 7.

(97) Hæc quæstio est 46 *ad Antiochum*.

(98) **Hæc quæstio superius edita.**

Ἀπόκ. Τοῦτο δηλοῖ τὴν μέλλουσαν κόλασιν τοῦ πύρος· ἐπειδὴ τῇ τοῦ Χριστοῦ προστάξει μέλλει διαιρεθῆναι. Τὸ πῦρ γὰρ ἔχει δύο ἐνεργείας· καὶ τὸ μὲν φωτίζον μέλλει δοῦναι τοῖς δικαίοις, τὸ δὲ καῖον τοῖς ἁμαρτωλοῖς·

Ἑρμηνεία π'. « Ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων. »

Ἀπόκ. Τετοί εἰσιν οἱ ἀπόστολοι Ἐπλήσθησαν γὰρ παντοίων δωρεῶν καὶ χαρισμάτων. Ἐντεῦθεν καὶ πᾶς ἄνθρωπος καθαρὸς καὶ ἐνάρετος τοιοῦτος ὑπάρχει· καὶ γὰρ τὸ ὕδωρ καὶ ἡ δρόσος ἐν τῇ Γραφῇ, ποτὲ μὲν δηλοῖ τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ποτὲ δὲ τοὺς πειρασμοὺς καὶ τὴν ταραχὴν τῆς ψυχῆς.

Ὅταν δὲ λέγει, ὅτι « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ· » καὶ, « Ὡς δρόσος Ἑρμῶν ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών, » τὰ χαρίσματα λέγει τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὄρη δὲ Σιὼν λέγει τοὺς κατὰ Θεὸν ζῶντας πνευματικούς.

Πάλιν ὅταν λέγει· « Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσῆλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου· » καὶ, « Ἆρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον, » τοὺς πειρασμοὺς λάγει τῆς ψυχῆς.

Ἑρώτ. πα'. Τί ἐστιν· « Ἀναβὰς εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν ; »

Ἀπόκ. Τοῦτο λέγε, ὅτι ἀναβὰς ὁ Χριστὸς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τὸν ᾅδην ἐσκύλευσε, καὶ ᾐχμαλώτευσε. Τοῦτό ἐστι καὶ τὸ λέγον· « Εἶπεν ὁ Κύριος· Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, » τουτέστιν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ ἐπιστρέψω εἰς ᾅδην. Βασὰν γὰρ ἑρμηνεύεται αἰσχύνη. Οἱ γὰρ Ἰουδαῖοι τὸν σταυρὸν ὡς αἰσχύνην εἶχον, καὶ κατάρας ὄργανον τοῦτο ὠνόμαζον. Ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἡγίασεν αὐτὸν, ὡς ἐν αὐτῷ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων πραγματευσάμενος.

Ἑρώτ πβ'. Τί λέγει· « Πλούσιοι ἐπτώχευσαν καὶ ἐπείνασαν ; »

Ἀπόκ. Πλουσίους ἐνταῦθα τοὺς Ἰουδαίους καλεῖ· ἐπτώχευσαν δὲ, ἐπειδὴ ἀπέκτειναν τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς καὶ ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς ὁ λιμός·

Ἑρώτ. πγ'. Τί λέγει, « Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν ; »

Ἀποκ. Ὅ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ὥσπερ ἡ πρωΐα ἀρχὴ τῆς ἡμέρας ἐστὶν, οὕτω καὶ πάσης ἁμαρτίας ἐστὶν ἀρχὴ ὑποβολὴ τοῦ ἐχθροῦ. Διὸ λέγει· « Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον, » τουτέστιν εἰς τὰς ἀρχὰς τῶν λογισμῶν ἐσκόπουν, καὶ ἐδίωκον τὰς προσβολὰς αὐτῶν, καὶ πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἤτοι τοὺς δαίμονας, τοὺς ποιοῦντας ἐν ἐμοὶ τὴν ἁμαρτίαν, « ὅπως ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας, » τουτέστιν ἐν τῇς ψυχῆς. Πόλις γὰρ Κυρίου ἐστὶν ἡ ψυχή. Ἐδίωκον γὰρ, φησὶ, καὶ ἀπέκλεινον τὰς κεφαλὰς αὐτῶν,

A

B

C

D

Resp. Significat futurum supplicium ignis, qui tandem jussu Christi dividetur. Ignis namque duplicem vim habet, ad lucendum videlicet, quod dabitur justis, et ad cremandum, quod peccatoribus deputabitur.

Interpret. LXXX. Quid, « Flumen Dei repletum est aquis [18] ? »

Resp. (99) Per aquam apostoli notantur, qui omnigenis donis et divina gratia impleti sunt. Ac quivis homo qui purus et justus est, non aliunde quam hinc talis efficitur : nam aqua et ros, aliquando quidem in Scriptura donum Dei, aliquando vero animæ tentationes et animæ perturbationem significat.

Quando vero inquit : « Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent [19] ; » et, « Ut ros Hermon descendens super montes Sion [20], » indicat dona Spiritus sancti. Montes vero Sion dicit, spirituales, qui secundum Deum vivunt, homines.

Rursus quando dicit, « Salvum me fac, Deus, quoniam ingressæ sunt aquæ usque ad animam meam [21] ; » et, « Forsitan pertransisset anima nostra aquam fundo carentem [22], » animæ tentationes indicat.

Quæst. LXXXI. Quid est quod dicit : « Ascendens in altum, captivam duxisti captivitatem [23] ? »

Resp. Hoc dicit, quia Christus, conscensa cruce, deprædatus est infernum et captivum duxit (1). Et hoc est et illud quod ait : « Dixit Dominus, ex Basan revertar, » hoc est, de cruce ad infernum redibo. Basan enim explicatur, *turpitudo*. Nam Judæi crucem ut turpitudinem reputant, et ideo maledictionis organum vocabant eam. Sed Christus eam sanctificavit, eo quod in ea salutem hominum perfecerit.

Quæst. LXXXII. Quid est quod dicit : « Divites eguerunt et esurierunt [24] ? »

Resp. (2) Divites hoc loco vocat Judæos, qui inopes facti sunt, eo quod occiderint panem vitæ, et venit super eos fames.

Quæst. LXXXIII. Quid est quod inquit : « In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem [25] ? »

Resp. Hujus dicti hæc est sententia : sicut matutinum tempus, diei est initium, sic omnis peccati initium est inimici fraudulenta suggestio. Ideo, inquit : « In matutino interficiebam, » hoc est, respiciebam ad principia cogitationum, et persequebar earum impetus, atque adeo peccatores omnes, nempe dæmones, qui faciunt in me peccatum, « ut disperderem de civitate Domini omnes, » hoc est ex anima. Anima namque, Domini civitas est. Persequebar enim, inquit, et abscindebam ipsorum ca-

[18] Psal. LXIV, 10. [19] Joan. VII, 38. [20] Psal. CXXXII, 3. [21] Psal. LXVIII, 2. [22] Psal. CXXIII, 5. [23] Psal. LXVII, 19. [24] Psal. XXXIII, 11. [25] Psal. C, 8.

(99) Ex Theodoreto *in psalmum* LXIV, v. 10.
(1) Theodoret. *in ps.* LXXII, v. 23.
(2) Theodoret. in hunc versum.

pita, scilicet principia, ad disperdendum eos ex anima, ne operarentur omnem iniquitatem et peccatum.

Quæst. LXXXIV. Quid est quod inquit : « Catuli leonum rugientes ut rapiant, et quærant a Deo escam sibi. Ortus est sol, et congregati sunt, et in speluncis suis cubabunt [26] ? »

Resp. Catulos leonum, dicit prophetas. Rugiebant vero clamantes et loquentes, ac prophetantes incarnationem Filii Dei. Exortus vero est sol, hoc est, venit Christus et tacuerunt. Prophetæ usque ad Joannem prophetarunt. Hoc est, quod etiam alibi dicit Scriptura : « Tenebrosa aqua, in nubibus aeris. Præ fulgore 271 ejus nubes transierunt [27]. » Tenebrosam aquam dicit divinam Scripturam, quoniam in caligine Moses legem accipit a Deo in monte Sina. Quin ipsi prophetæ quoque non manifeste, sed obscure et tenuiter quodammodo viderunt adventum Christi, et manifestarunt. Nubes enim vocat prophetas, qui prædicarunt, et quasi aquam effuderunt, spiraruntque veluti venti divinum sermonem et legem super terram, quæ est illa tenebrosa aqua. A fulgore vero ejus in conspectu ejus, ut ab ejus in carne adventu coram eo nubes, prophetæ videlicet, cessaverunt et abscesserunt.

Quæst. LXXXV. Quid est, « Mons Sion iste, in quo habitasti in eo [28] ? »

Resp. Divina Scriptura multis modis vocem montis interpretatur. Et hic quidem mons Sion, est locus Jerusalem, in quo habitavit Dominus ac Deus noster Jesus Christus incarnatus super terram. Montem rursus proprie vocat sanctissimam Deiparam, ut cum inquit : « Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etenim Dominus habitabit in finem [29]. » Et alibi habetur : « Deus a Theman veniet et Sanctus ex monte opaco et denso [30]. » Mons autem dicitur sancta Deipara. Quia quemadmodum ii qui in campo ambulant, et calore æstuant, si montem subeunt, velut rore conspersi umbra arborum montis, vel aqua sedant æstum flammæ : eodem modo se habuit erga homines immaculata Virgo, quæ rore quodam sui partus animas hominum æstu peccati confectas in vitam revocavit, et in umbra alarum sui Filii fovit. Montes vero dicuntur etiam dæmones, propter tumorem superbiæ. « Qui tangit montes, et fumigant [31], » hoc est, qui dæmonibus appropinquat, qui tanquam fumus dissipantur et evanescunt. Mons item virtus dicitur, quemadmodum sanctus Gregorius inquit. Siquidem etiam in hoc monte Deus apparet hominibus, ipse quidem a sui domicilii specula descendens, nos vero ex ima humilitate nostra in sublime tollens.

Quæst. LXXXVI. Quare virtus dicitur mons?

Resp. Quia sicut mons etsi excelsus est supra

ἤτοι τὰς ἀρχὰς, ὅπως ἐξολοθρεύσω αὐτοὺς ἐκ τῆς ψυχῆς, τοῦ μὴ ἐργάζέσθαι πᾶσαν ἀνομίαν καὶ ἁμαρτίαν.

Ἐρώτ. πδ'. Τί λέγει· « Σκύμνοι ὠρυόμενοι τοῦ ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τῷ Θεῷ βρῶσιν αὐτοῖς. Ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος, καὶ συνήχθησαν, καὶ εἰς τὰς μάνδρας αὐτῶν κοιτασθήσονται ; »

Ἀπόκ. Σκύμνους λέγει τοὺς προφήτας. Ὠρύοντο δὲ κράζοντες καὶ λέγοντες, καὶ προφητεύοντες τὴν σάρκωσιν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀνέτειλεν δὲ ὁ ἥλιος, τοττέστιν, ἦλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ ἐσιώπησαν. Οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν. Τοῦτό ἐστι καὶ ὃ λέγει ἡ Γραφὴ ἀλλαχοῦ· « Σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων· Ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθον. » Σκοτεινὸν ὕδωρ λέγει τὴν θείαν Γραφὴν, ἐπειδὴ ἐν γνόφῳ ἐδέξατο ὁ Μωσῆς τὸν νόμον ἐν τῷ Σινᾶ παρὰ Θεοῦ. Ἔτι δὲ καὶ οἱ προφῆται ἀμυδρῶς πως καὶ σκοτεινῶς καὶ λεπτῶς πως τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ἔβλεπον, καὶ ἐδήλουν. Νεφέλας γὰρ τοὺς προφήτας λέγει, ἐπειδὴ ἐκήρυξαν, καὶ ὡς ὕδωρ ἐξέχεον, πνεύσαντες ὡς ἀέρες τὸν θεῖον λόγον καὶ νόμον ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπερ ἐστὶ τὸ σκοτεινὸν ὕδωρ. Ἀπὸ δὲ τῆς τηλαυγήσεως αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ, ἢ ὡς ἀπὸ τῆς διὰ σαρκὸς ἐπιδημίας αὐτοῦ ἔμπροσθεν αὐτοῦ αἱ νεφέλαι, ἤγουν οἱ προφῆται, ἔπαυσαν καὶ ὑπεχώρησαν.

Ἐρώτ. πε'. Τί ἐστιν· « Ὄρος Σιὼν τοῦτο, ὃ κατεσκήνωσας ἐν αὐτῷ ; »

Ἀπόκ. Ἡ θεία Γραφὴ πολλαχῶς ἑρμηνεύει τὸ ὄρος. Καὶ τοῦτο μὲν ὄρος Σιὼν ἐστιν ὁ τόπος Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾧ κατῴκησεν ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς σαρκωθεὶς ἐπὶ τῆς γῆς. Ὄρος πάλιν δὲ κυρίως ὀνομάζει τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, ὡς ὅταν λέγει· « Τὸ ὄρος, ὃ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ· καὶ γὰρ ὁ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος· » καὶ ἀλλαχοῦ· « Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θεμὰν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου καὶ δασέως. » Ὄρος δὲ λέγεται ἡ ἁγία Θεοτόκος. Ἐπεὶ ὥσπερ οἱ ἐν τῷ κάμπῳ περιπατοῦντες, καὶ φλεγόγενοι ὑπὸ τοῦ καύματος, προσεγγίζοντες ἐν τῷ ὄρει, δροσίζονται ὑπὸ τὴν σκιὰν τῶν δένδρων τοῦ ὄρους, ἢ καὶ διὰ τοῦ ὕδατος παραμυθοῦνται τὸν καύσωνα τῆς φλογός· τοιούτῳ τρόπῳ γέγονε καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἡ ἁγνὴ Παρθένος, τῷ δροσισμῷ τῆς κυοφορίας αὐτῆς τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων καταφλεγομένας ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀνεζώωσε, καὶ τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων τοῦ Υἱοῦ αὐτῆς περιέθαλψεν. Ὄρος δὲ λέγονται καὶ οἱ δαίμονες διὰ τὸν ὄγκον τῆς ὑπερηφανίας. « Ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται· τουτέστιν ὁ προσεγγίζων τοῖς δαίμοσι, καὶ ὡς καπνὸς διαλύονται καὶ ἀφανίζονται. Ὄρος δὲ λέγεται, καὶ ἡ ἀρετὴ, καθὼς ὁ ἐν ἁγίοις Γρηγόριός φησιν· ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ Θεὸς ἀνθρώποις φαντάζεται, τὸ μέντοι καταβαίνων ἀπὸ τῆς οἰκείας περιωπῆς, τὸ δὲ ἡμᾶς ἀνάγων ἐκ τῆς κάτωθεν ταπεινώσεως.

Ἐρώτ. πς'. Διὰ τί λέγεται ὄρος ἡ ἀρετή ;

Ἀπόκ. Ἐπειδὴ ὥσπερ τὸ ὄρος ὑψηλὸν τῆς γῆς,

[26] Psal. CIII, 21, 22. [27] Psal. XVII, 12, 13. [28] Psal. LXXIII, 3. [29] Psal, LXVII. 17. [30] Habac III, 3. [31] Psal. CIII, 32.

χαμηλότερον δὲ τοῦ οὐρανοῦ, οὕτως ἐστὶ καὶ ὁ ἐργαζόμενος τὴν ἀρετήν· ὑψηλότερος μὲν ἔστι τῆς γῆς, διότι ἀνώτερος ὑπάρχει τῶν βιωτικῶν φροντίδων, καὶ τῶν τοῦ κόσμου ὅλων· χαμηλότερος δὲ ὑπάρχει τοῦ οὐρανοῦ, ἐπειδὴ ἀκμὴν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐστὶ, καὶ οὐκ ἀπέθανε, ἵνα ἐλευθερωθῇ παντελῶς τοῦ κόσμου τούτου· καὶ ἐν τούτῳ ἵσταται μέσον οὐρανοῦ καὶ γῆς, καθάπερ τι ὄρος, ὡς εἴρηται· ἐπειδὴ καὶ, « Ὄρη τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις, » ὅταν λέγει, τὰς ὑψηλὰς ἀρετὰς ὀνομάζει· ἐμάφους δὲ τὰς ψυχὰς τῶν ἁγίων· ἐπειδὴ ἐν ταῖς ὑψηλαῖς τῶν ἀρετῶν ἐργασίαις, ὥσπερ ἔλαφοι ἐν τῷ ὄρει, τριβοβατοῦσιν αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων. Πέτρα δὲ καταφυγὴ τοῖς λαγωοῖς ἐστιν ὁ Χριστός. Ὑπάρχει δὲ καταφυγὴ τῶν ἐν ἐρήμῳ καθεζομένων.

A terram, cœlo tamen est humilior, ita qui in vita sua virtutem exercet : terra quidem est excelsior, eo quod hujus vitæ curas et mundi negotia superet; nihilominus tamen est inferior cœlo, propterea quod adhuc in hac vita exsistit, et nondum est mortuus, ut penitus hoc mundo liberetur. Atque ob id inter cœlum terramque tenet medium, sicut mons, quemadmodum dictum est. Deinde cum dicit : « Montes excelsi cervis [32], » altos montes, excelsas virtutes ; cervas vero, sanctorum animas vocat : quandoquidem in excelsis actionibus virtutum, sicut in montibus cervæ, versantur animæ sanctorum. Petra vero refugium leporibus, est Christus. Estque refugium eorum, qui sedent in deserto.

Ἐρώτ. πζ'. Τί λέγει τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ κατοικία ;

B Quæst. LXXXVII. Quid significat, habitatio herodii ?

Ἀπόκ. Ὁ ἐρωδιὸς ὄρνεόν ἐστιν, ὡς λέγουσί τινες· τὸ δὲ ὄρνεον φωλεύει ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἐν κορυφῇ τινος δένδρου. Ἔρχονται δὲ τὰ μικρὰ στρουθία, καὶ φωλεύουσιν ὑποκάτω αὐτοῦ γύρωθεν ἐν τῷ δένδρῳ. Ἡγεῖται δὲ αὐτῶν καὶ ἐπικαθέζεται ἡ κατοικία τοῦ ἐρωδιοῦ, φυλάττει δὲ ταῦτα ἀπὸ τῶν φθοροποιῶν ἑρπετῶν, τῶν θελόντων κακῶσαι αὐτά.

Resp. Herodius, ut aliqui dicunt, est avis, quæ nidum in deserto loco, in arboris alicujus cacumine collocat. Veniunt vero passerculi, et subter ipsam circumquaque in arbore nidificant. Dux autem ipsorum est, eisque superponitur domus herodii, quæ eos a nocivis reptilibus quæ ipsos lædere volunt, custodit.

Ἐρώτ. πη'. Τί λέγει ὁ Προφήτης, ὅταν λέγει· « Εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς τῷ Δαβίδ ; »

Quæst. LXXXVIII. Quid vult Propheta cum inquit : « In finem ne perdas David [33] ?

Ἀπόκ. Τέλος λέγει ὁ Προφήτης τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. Ἐπεύξεται τοίνυν ὁ Προφήτης, ἵνα μὴ γένηται τὸ τέλος τῆς ζωῆς καὶ περιπέσῃ εἰς βλάβην τινά. Πᾶσα γὰρ ἡ ζωὴ τοῦ ἀνθρώπου, ἐὰν δαπανηθῇ κακῶς, καὶ τὸ τέλος αὐτοῦ γένηται χρηστὸν, χάρις καὶ δόξα ἐστίν. Ἐὰν δὲ τὸ τέλος καταστραφῇ, τοῦτο ἀθλιότης. Διὰ τοῦτο ἐπεύχεται ὁ Προφήτης γενέσθαι τὸ τέλος τῆς ζωῆς αὐτοῦ καλόν· ἐπὶ τοῦτο καὶ γὰρ ψαλμὸν συνεγράψατο.

Resp. Finem suæ vitæ, dicit Propheta. Orat itaque Propheta ne vitæ suæ finis veniat, neve incidat in aliquod damnum. Nam tota hominis vita si male transacta, finis autem ejus bonus fuerit, gratia est et gloria. Si vero finis funestus C fuerit, hoc demum est miserum. Orat ergo Propheta, ut suæ vitæ finis bonus sit : nam ideo conscripsit hunc psalmum.

Ἐρώτ. πθ'. Τί λέγει· « Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ, καὶ ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν ; »

272 Quæst. LXXXIX. Quid est quod inquit : « Gloriabuntur sancti in gloria, et exsultabunt in cubilibus suis [34] ? »

Ἀπόκ. Ὁσίους λέγει τοὺς πνευματικοὺς καὶ ἁγίους ἀνθρώπους, οἵτινες καυχῶνται μετὰ θάνατον ἐπὶ ταῖς κοίταις αὐτῶν. Κοῖται δέ εἰσιν αἱ μοναὶ τῶν ἁγίων, ἃς εὑρίσκουσι μετὰ θάνατον, καὶ ἀγάλλονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Resp. Sanctos dicit spirituales et probos homines, qui gloriabuntur post mortem in cubilibus suis. Cubilia vero sunt mansiones sanctorum, quas post mortem inveniunt, et exsultant in regno cœlorum.

Τὴν ἐν Θεῷ τελείωσιν διδάσκουσα ἡ θεία Γραφὴ, καὶ δηλοῦσα, ὠνόμασεν αὐτὴν ὕπνον, καὶ κοίτην, καὶ κλίνην, καὶ θάνατον. Ὕπνον μὲν, ὡς ὅταν λέγει ὁ Δαβίδ· « Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω· » ἤτοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ καταντήσω· σχολάσω εἰς αὐτὸ τὸ ζῆν ἐν Θεῷ, κατὰ τὸν εἰπόντα ἅγιον Ἀπόστολον· « Ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ ὁ Χριστός· » κοίτην δὲ, ὡς ὅταν λέγει· « Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ, καὶ ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν. » Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν τῇ κοίτῃ πεσὼν ἀναπέπαυται καὶ ὑπνοῖ ἡδέως· οὕτως καὶ ὁ τελειωθεὶς ἐν Θεῷ, καὶ φθάσας εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, ἀναπέπαυται ἐν Θεῷ, ὥσπερ κοίτην ἡγούμενος τὴν ἐν Θεῷ τελείωσιν. Πό-

Exitum vitæ in gratia Dei obvenientem docens et ostendens divina Scriptura, vocavit ipsum, somnum, cubile, lectum, et mortem. Somnum quidem vocat, ut cum ait David : « In pace in idipsum D dormiam et requiescam [35] ; » in idipsum videlicet occurram, et huic rei operam dabo, ut vivam in Deo, juxta sanctum Apostolum, qui inquit : « Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus [36]. » Cubile vero vocat, cum inquit : « Gloriabuntur sancti in gloria, et exsultabunt in cubilibus suis [37]. » Sicut enim qui in cubili cubat, requiescit et suaviter dormit : sic qui consummatus in Deo est, et qui crevit in virum perfectum ad mensuram ætatis plenitudinis Christi, requievit in Deo, tanquam cu-

[32] Psal. CIII, 18. [33] Psal. LVI, 1. [34] Psal. CXLIX, 5. [35] Psal. IV, 9. [36] Galat. II, 20. [37] Psal. CXLIX, 5.

bile reputans consummationem in Dei gratia obvenientem. Cubilis autem pedes, ait virtutes. Lectum autem appellat, cum inquit Salomon : « Sexaginta robusti circumdant ipsum [38].» Quando enim ad perfectionem venerit justus, circumdant et circa ipsum incedunt fortes, angeli videlicet, juxta dictum illud : « Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear [39].» Est vero familiare divinæ Scripturæ, etiam angelum vocare Dominum ; ut Manoe contingit : « Deum vidimus, » inquit [40], cum esset in phantasia Dei. Denique mortem quoque vocavit David illum exitum, cum inquit : « Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus [41]. » Vides quomodo et somnum, et cubile, et lectum, et mortem illum esse ostenderit divina Scriptura ? Mortem autem illam nominavit, quod ille qui mortuus est justificatus sit a peccato. Quemadmodum enim qui mortuus est, non potest rursus reverti in vitam et amplius peccare ; ita qui apud Deum hoc honore dignus est habitus, non potest retrocedere, sed ait cum David :« Dominus illuminatio mea et salvator meus, quem timebo [42] ? » Et cum Paulo : « Sive namque vivimus, sive morimur, Domini sumus [43]. » Et rursus : « Vivo autem jam non ego, sed vivit in me Christus : quod vero nunc in carne vivo, vivo in fide [44]. » Quapropter sancti ea in re perfecti, mundum contempserunt, et hujus mundi voluptates. Et sancti martyres etiam contempsere tormenta.

δας καὶ τῆς κοίτης τὰς ἀρετὰς λέγει· κλίνην δὲ, ὡς ὅταν φησὶ Σολομών· « Ἑξήκοντα δυνατοὶ κυκλοῦσιν αὐτήν. » Ὅταν γὰρ εἰς τὸ τέλειον ἔλθῃ ὁ ἀνάρετος, περικυκλοῦσι καὶ περιστοιχοῦσιν αὐτὸν οἱ δυνατοὶ, ἤτοι οἱ ἄγγελοι, κατὰ τὸν εἰπόντα· « Προεωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. » Φίλον δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ καλεῖν καὶ τὸν ἄγγελον Κύριον, ὡς ἐπὶ τοῦ Μανωὲ, « Θεὸν ἑωράκαμεν, » ἐν φαντασίᾳ Θεοῦ γενομένου. Θάνατον δὲ πάλιν εἴρηκεν αὐτὴν ὁ Δαβὶδ εἰπών· « Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. » Εἶδες πῶς καὶ ὕπνον, καὶ κοίτην, καὶ κλίνην, καὶ θάνατον αὐτὴν ἔδειξεν ἡ θεία Γραφή. Θάνατον δὲ ταύτην εἴρηκεν, ὅτι ὁ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Ὥσπερ γὰρ τὸν τεθνεῶτα οὐκ ἔστιν ἐπιστρέψαι ἐν βίῳ καὶ ἁμαρτῆσαι οὐκ ἔτι· οὕτως οὐδὲ τὸν οὕτω καταξιωθέντα οὐκ ἔστιν εἰς τὰ ὀπίσω στραφῆναι, ἀλλὰ λέγει μετὰ τοῦ Δαβίδ· « Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοοηθήσομαι ; » μετὰ δὲ τοῦ Παύλου· « Ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ Κυρίου ἐσμέν· » καὶ πάλιν· « Ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ. » Εἰς τοῦτο τελειωθέντες οἱ ἅγιοι, κατεφρόνησαν τὸν κόσμον, καὶ οὐχ ἡδονὴν ἡγοῦντο τὴν ἡδονὴν τοῦ κόσμου τούτου. Οἱ δὲ μάρτυρες τὰς βασάνους κατεφρόνησαν.

Κείμενον ιʹ. « Αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν, καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. »

Propositio XC. « Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii ancipites in manibus eorum [45]. »

Interp. Exaltationes Dei, sunt doctrinæ legis et statuta spiritualia. Ut enim spirituales doctores habent a Spiritu sancto dona gratiæ, in gutture suo, id est in ore suo et in lingua sua, et docent populum ; ancipites autem gladii sunt duo Testamenta, vetus et nova lex, nam sicut miles gladium ancipitem vibrans, inimicos interimit, et populum tuetur : sic etiam doctores spirituales, ancipites habent gladios, doctrinas Veteris et Novi Testamenti, per quas vindictam sumunt in gentibus, illasque in supplicium conjiciunt, immittentes iram a Deo, per suas ad Deum supplicationes. Similiter quoque communem populum fidelium redarguunt et instituunt ad bonum. Quando vero non audiunt eos, sed bono adversantur atque contemnunt illos, tunc etiam ipsis immittunt supplicium per suam deprecationem ad resipiscentiam, ut videlicet castigati discant non inobsequentes esse Deo et Dei ministris. Nam qui spirituales homines audit, Deum audit [46], quemadmodum dixit ipse Christus. Neque enim ad interitum, sed ad utilitatem ipsorum, spirituales illi castigationem inducunt, ad correctionem boni et ad gloriam Dei, tanquam amantes et ultores Dei, osoresque mali.

Ἑρμην. Ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ εἰσιν αἱ διδασκαλίαι τοῦ νόμου καὶ αἱ πνευμστικαὶ διατάξεις· ὥσπερ γὰρ ἔχουσιν οἱ πνευματικοὶ διδάσκαλοι ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χαρίσματα δωρεῶν ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν, ἤτοι τῷ στόματι αὐτῶν καὶ τῇ γλώσσῃ, καὶ διδάσκουσι τὸν λαόν· ῥομφαῖαι δίστομοί εἰσιν αἱ δύο Διαθῆκαι, ὁ παλαιὸς νόμος καὶ ὁ νέος· ὥσπερ γὰρ ὁ στρατιώτης, βαστάζων ξίφος δίστομον, τοὺς ἐχθροὺς κατασφάττει καὶ τὸν λαὸν διασώζει· οὕτως καὶ οἱ πνευματικοὶ διδάσκαλοι ῥομφαίας διστόμους ἔχουσι, τὰ διδάγματα τῆς Παλαιᾶς καὶ Νέας Διαθήκης, δι' ὧν ποιοῦσιν ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, καὶ εἰς τιμωρίαν ἐμβάλλουσιν αὐτοὺς, ἀποστέλλοντες αὐτοῖς ὀργὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, διὰ τῆς ἱκετηρίας τῆς πρὸς τὸν Θεόν. Ὡσαύτως καὶ τὸν κοινὸν λαὸν τῶν πιστῶν ἐλέγχουσι καὶ διδάσκουσιν εἰς τὸ ἀγαθόν. Ὅταν δὲ μὴ ἀκούσωσιν αὐτῶν, ἀλλ' ἐναντιοῦνται τὸ ἀγαθὸν, καὶ καταφρονοῦσιν αὐτῶν, τότε καὶ αὐτοῖς ἀποστέλλουσι διὰ προσευχῆς τιμωρίαν πρὸς σωφρονισμὸν, ὅπως παιδευθέντες σωφρονισθῶσιν, μὴ παρακούειν Θεοῦ, μήτε τῶν θεραπόντων αὐτοῦ· ὅτι ὁ ἀκούων πνευματικῶν ἀνδρῶν ἀκούει Θεοῦ, καθὼς εἴρηκεν ὁ Χριστός. Οὐ γὰρ πρὸς βλάβην, ἀλλὰ πρὸς ὠφέλειαν ἐπάγουσι τὴν παιδείαν οἱ πνευματικοὶ, καὶ πρὸς διόρθωσιν ἀγαθοῦ, εἰς δόξαν Θεοῦ, ὡς ζηλωταὶ καὶ ἐκδικηταὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ μισηταὶ τοῦ κακοῦ.

[38] Cant. III, 7. [39] Psal. XV, 7. [40] Judic. XIII, 22. [41] Psal. CXV, 11. [42] Psal. XXVI, 1. [43] Rom. XIV, 8. [44] Galat. II, 20. [45] Psal. CXLIX, 6. [46] Luc. VIII, 12.

ΕΞ ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΠΑΥΛΟΥ. A 273 *EX EPISTOLIS PAULI.*

Ἐρώτ. ιαΐ. « Δόξα καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ. Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. »

Ἑρμηνεία, Ἐπαινεῖ πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὸ ἀγαθόν. Ἕλληνα δὲ οὐ τὸν εἰδωλολάτρην λέγει, ἀλλὰ τὸν θεοσεβῆ, μὴ πιστεύοντα δὲ τὸν Χριστὸν, μήτε νόμον κρατοῦντα τὸν παλαιόν· ἀλλὰ χωρὶς νόμου ὑπάρχει. Ὀνομάζει δὲ καὶ σέβεται τὸν Θεὸν, καὶ φυλάττει καὶ ἀρετήν. Ὁ τοιοῦτος ἐὰν καὶ πταίσῃ, ἐλαφρόνερον μέλλει κολάζεσθαι ὑπὲρ τὸν Ἰουδαῖον, ὅτι ὁ Ἰουδαῖος παραβαίνει τὸν νόμον καὶ ἔχει τὴν κατηγορίαν μείζονα. Ὅταν γὰρ ἀκούσῃς τό· « Ὅσοι B ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· » τὴν ἐλαφροτέραν κόλασιν ὑπολάμβανε· τὸ δὲ, « Ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, » τὴν χείρονα κόλασιν καὶ τιμωρίαν.

Κείμενον ιβ΄. « Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα.

Ἀπόκ. Σύμφυτοι γεγόναμεν, ἤγουν μέτοχοι· ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ δεσποτικὸν, ταφὲν ἐν τῇ γῇ, ἔφυσε σωτηρίαν τῷ κόσμῳ· οὕτω καὶ τὸ ἡμῶν σῶμα, ταφὲν ἐν τῷ βαπτίσματι, ἔφυσε δικαιοσύνην ἡμῖν αὐτοῖς. Τὸ δὲ ὁμοίωμα οὕτως ἔχει· ὥσπερ ὁ Χριστὸς ἀπέθανε, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ βαπτίσματι θνήσκοντες ἀνιστάμεθα. Τὸ γὰρ καταδῦσαι τὸ παίδιον ἐν τῇ κολυμβήθρα τρίτον C καὶ ἀναδῦσαι, τοῦτο δηλοῖ τὸν θάνατον καὶ τὴν τριήμερον ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ.

Ἐρώτ. ιγ΄. Τί ἐστι· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον διὰ τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει, διὰ τῆς σαρκὸς ὁ Θεὸς, » καὶ τὰ ἑξῆς ;

Ἀπόκ. Ἠσθένει, φησὶν, ὁ νόμος εἰς τὸ δικαιῶσαι τὸν ἄνθρωπον. Οὐ γὰρ ἠδύνατο ὁ ἄνθρωπος τὴν τυραννίδα καὶ τὴν πύρωσιν ὑποφέρειν τῆς σαρκός. Διὰ τοῦτο ἔπεμψεν ὁ Θεὸς τὸν μονογενῆ Υἱὸν αὐτοῦ, ἵνα διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ κατακρίνῃ τὴν ἁμαρτίαν. Τὸ δὲ, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, οὐκ εἶπεν, ἐν σαρκὶ ἁμαρτίας, ἀλλ' ἐν ὁμοιώματι. Ὡμοιώθη γὰρ κατὰ πάντα ἡ ἀνθρωπίνη σὰρξ τοῦ Χριστοῦ τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ, καθ' ὃ τέλειος ἄνθρωπος ἦν. Ἁμαρτωλὸς δὲ οὐκ ἐγένετο ἡ σὰρξ αὐτοῦ, καθάπερ ἡ ἡμετέρα σάρξ. D « Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. »

Ἐρώτ. ιδ΄. Τί λέγει· « Δότε τόπον τῇ ὀργῇ ; »

Ἀπόκ· Τῷ λυπήσαντί σε καὶ θλίψαντι, ἢ ἀδικήσαντι, συγχώρησον σὺ αὐτῷ, ἀνάθου δὲ τῷ Θεῷ τὰ τῆς ἐκδικήσεως, κἀκεῖνος οἰκονομήσει τὰ δέοντα. Τὸ δὲ, « Μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἐν ᾧ δοκιμάζει, » τοῦτο δηλοῖ· ὅταν ποιεῖς τι οἰκονομικῶς πρὸς σωτηρίαν

Quæst. XCI. « Gloria, honor et pax omni qui operatur bonum : Judæo primum et Græco. Non enim est personarum acceptio apud Deum. Nam quicunque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt ; et quicunque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur [47]. »

Interpret. Laudat omnes bui operentur bonum. Græcum vero dicit, non idololatram, sed qui colit quidem Deum, neque tamen credit in Christum, neque veterem legem tenet, sed sine lege est, ac Deum invocat et colit, servatque nihilominus virtutem. Nam talis etiamsi labatur, levius tamen punietur quam Judæus : quoniam Judæus legem transgreditur, estque graviori obnoxius accusationi. Quando enim audis illud : « Quotquot sine lege peccaverunt, sine lege peribunt : minus supplicium reputa. Hoc vero : « Quotquot in lege peccaverunt : » isti nempe graviorem pœnam et supplicium subibunt.

Propositio XCII. « Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus [48]. »

Resp. Complantati facti sumus, participes videlicet : quemadmodum corpus Domini sepultum in terra, mundo salutem peperit ; sic nostrum quoque corpus in baptismo sepultum, nobis ipsis justitiam protulit. Similitudo autem sic habet : Sicut Christus mortuus est, et tertia die resurrexit ; sic et nos in baptismo morientes, resurgimus. Nam quod infantem ter in piscinam immergimus, et ter educimus, id mortem Christi, et post triduum resurrectionem significat.

Quæst. XCIII. Quid est : « Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem : Deus [49], » etc.

Resp. Infirmabatur, inquit lex, videlicet ad justificandum hominem. Non enim poterat homo tyrannidem et incendium carnis sustinere. Ideo misit Deus unigenitum Filium suum, ut per carnem suam condemnaret peccatum. Hoc vero quod dicit, in similitudine carnis peccati, non dixit, in carne peccati, sed in similitudine. Nam humana caro Christi in omnibus est similis facta humanæ carni, qua ratione perfectus est homo. Peccatis vero caro ejus non fuit obnoxia, sicuti nostra est : « Peccatum enim non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [50]. »

Quæst. XCIV. Quid est, quod dicit : « Date locum iræ [51] ? »

Resp. Ei qui te contristavit ac tribulavit vel affecit injuria, condona, omnemque vindictam remitte Deo, qui quod æquum est dispensabit. Illud vero : « Beatus qui non judicat in eo quod probat [52], » hoc significat : quando per dispensationem

[47] Rom. II, 10-12. [48] Rom. VI, 5. [49] Rom. VIII, 3. [50] Isa. LIII, 9 ; I Petr. II, 22. [51] Rom. XII, 9. [52] Rom. XIV, 23.

feceris aliquid, quod ad salutem fratris tui spectet, etiamsi id omnes incusent, si tua te conscientia non condemnat, beatus es.

Quæst. XCV. Quid est, quod inquit : « Quoniam et Judæi signum petunt, et Græci sapientiam quærunt : nos autem prædicamus Christum crucifixum [53] ? »

Resp. Si dixerimus, inquit, Judæo : Crede, respondet, excitate mortuos, medemini insanis. Si Græco idem dicamus, petit a nobis rhetoricum ornatum in verbis. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, qui est signorum potentia, et sapientiæ pelagus. Verum ipsi quidem offenduntur et stultam reputant prædicationem, quando Deum crucifixum esse audiunt : quod tamen non mirum ; nam qui infirmis sunt oculis, non possunt pure videre solem. Ad eumdem modum etiam isti. Illud autem, « Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus [54], » de cruce loquitur. Nam sapientes et philosophi etiam præstantiores, inaniter laborarunt et occupati fuerunt, nec quidquam boni perpetrarunt. Crux vero quam illi stultitiam reputabant, mundum salvum fecit : et propterea omnibus sapientior est, eo quod tanta bona operata sit.

274 Quæst. XCVI. Quomodo vero dicit : « Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus [55] ? »

Resp. Infirmitatem Dei vocat sensum apostolorum, qui homines cum essent idiotæ et illitterati, tamen brevi tempore totum orbem quasi sagena capientes, reges et principes, sapientes et magnates devicere.

Prop. XCVII. Quid est illud : « Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est [56] ? »

Resp. Vides, quomodo nominet ipse sapientiam, quam prius stultitiam vocaverat. Etenim mysterium primum dispensationem dicit, ideo quod nullus neque angelus, nec alia aliqua creata potestas cognovit hoc mysterium et dispensationem istam, quod in terra Deus carnem assumpturus esset. Posteaquam vero factum est, omnibus innotuit : quemadmodum inquit Apostolus : « Ut innotescat nunc principatibus et potestatibus, in cœlestibus [57].» Vocat autem alibi quoque mysterium, eximia illa opera Dei, nempe nativitatem, stabulum, baptisma, crucem, mortem, resurrectionem et ascensionem. Sicut etiam sanctus Gregorius Theologus (3) mysteria vocat festa, in sermone *De luminibus* : « Rursus Jesus ille meus, et iterum mysterium. » Hoc autem dicit, propter festum baptismi : similiter etiam in reliquis.

Quæst. XCVIII. Quid est, quod inquit : « Si cujus opus arserit, damnum patietur : ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem [58] ? »

Resp. Si cujus opus arserit, damnum patietur regni cœlorum : salvus vero fiet ipse tanquam per ignem. Quomodo vero servabitur ? hoc est, salvus

A τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ πάντες μέμφονται, τὸ δὲ σὸν συνειδὸς οὐ κατακρίνει σε, μακάριος εἶ.

Ἐρώτ. ιε'. Τί λέγει· « Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν· ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον ;

Ἀπόκ. Ἐὰν εἴπωμεν, φησὶν, Ἰουδαίῳ· Πίστευσον· λέγει, Ἀναστήσατε νεκροὺς, ἰάσασθε μαινῶντας. Ἐὰν δὲ εἴπωμεν Ἕλληνι, ἀπαιτεῖ ἡμῖν ῥητορικὸν λόγον· Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, ὅστις ἐστὶ καὶ δύναμις τῶν σημείων, καὶ πέλαγος τῆς σοφίας. Ἀλλ' ἐκεῖνοι σκανδαλίζονται, καὶ μωρὸν ἡγοῦνται τὸ κήρυγμα, ἀκούοντες Θεὸν ἐσταυρωμένον· καὶ οὐ θαῦμα, καὶ γὰρ οἱ ἀσθενοῦντες B τοὺς ὀφθαλμοὺς, οὐ δύνανται βλέπειν τὸν ἥλιον καθαρῶς· οὕτω καὶ αὐτοί. Τὸ δὲ, ὅτι « Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, » λέγει τὸν σταυρόν. Καὶ γὰρ οἱ σοφοὶ καὶ φιλόσοφοι καὶ οἱ δυνατοὶ εἰς μάταια ἠσχολήθησαν, καὶ ἐφιλοτόνησαν, καὶ οὐδὲν ἀγαθὸν κατώρθωσαν. Ὁ δὲ σταυρὸς, ὃν ἐνόμιζον ἐκεῖνοι μωρίαν, τὸν κόσμον ἔσωσε· καὶ διὰ τοῦτο σοφώτερον πάντων ἐστὶν, ὅτι μεγάλα εἰργάσατο ἀγαθά.

Ἐρώτ. ις'. Καὶ, « Τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν, » οὕτω λέγει.

Ἀπόκ. Ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ λέγει τῶν ἀποστόλων τὸ φρόνημα, ὅτι ἄνθρωποι ἰδιῶται καὶ ἀγράμματοι ἐν βραχεῖ καιρῷ τὴν οἰκουμένην ἐσαγήνευσαν (4), καὶ βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντας, καὶ σοφοὺς, καὶ δυνάστας ἐνίκησαν.

Κείμενον ιζ'. « Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην. »

Ἀπόκ. Ὁρᾷς, πῶς καλεῖ αὐτὸς σοφίαν, ἣν ἔλεγε πρῶτον μωρίαν. Καὶ γὰρ μυστήριον πρῶτον οἰκονομίαν λέγει, ὅτι οὔτε ἄγγελος, οὔτε κτιστὴ δύναμις ἄλλη ἐγίνωσκε τὸ μυστήριον καὶ τὴν οἰκονομίαν ταύτην, ὅτι μέλλει ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς σαρκωθῆναι. Ὅταν δὲ γέγονε, τότε πάντες ἐγνώκασι, καθὼς λέγει ὁ Ἀπόστολος. « Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Λέγει δὲ ἀλλαχοῦ πάλιν μυστήριον τὰ ἐξαίρετα ἔργα τοῦ Θεοῦ, οἷον τὴν γέννησιν, τὴν φάτνην, τὸ βάπτισμα, τὸν σταυρὸν, τὸν θάνατον, τὴν ἀνάστασιν, τὴν ἀνάληψιν, καθὼς καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Γρηγόριος ὁ Θολόγος μυστήρια τὰς ἑορτὰς καλεῖ ἐν τῷ Εἰς τὰ φῶτα λόγῳ· « Πάλιν C Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς, καὶ πάλιν μυστήριον. » Τοῦτο δὲ λέγει διὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ βαπτίσματος· καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ὁμοίως.

Ἐρώτ. ιη'. Τί λέγει· « Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτω δὲ ὡς διὰ πυρός ; »

Ἀπόκ. Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· σωθήσεται δὲ αὐτὸς ὡς διὰ πυρός. Πῶς δὲ σωθήσεται ; τουτέστι,

[53] I Cor. I, 22, 23. [54] ibid. 25. [55] ibid. [56] I Cor. II, 7. [57] Ephes. III, 10. [58] I Cor. III, 15.

(3) Greg., Orat. 39 in sancta lumina Epiphaniæ.

(4) In σαγηνεύειν, vide *Onomasticon*.

σῶος καὶ ἀκέραιος μένει ἐν τῷ πυρὶ, καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον, ἀλλὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ μόνον κατακαήσεται καὶ χαωθήσεται. Αὐτὸς δὲ ἀκέραιος μένει εἰς αἰῶνα αἰῶνος κολαζόμενος, καὶ οὐ διαλυθήσεται.

Ἐρώτ. ιθ'. Τί λέγει· « Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; »

Ἀπόκ. Τοῦτο λέγει διὰ τοὺς πονηροὺς καὶ σκολιοὺς ἀνθρώπους. Ὅτι, ὥσπερ ἡ παλαιὰ ζύμη μικρὰ μὲν ἔστι, πολὺ δὲ ἄλευρον ποιεῖ ζυμωθῆναι· οὕτω καὶ ὁ κακοποιὸς ἄνθρωπος, τρέφων ἐν ἑαυτῷ τὴν κακίαν, μεταδίδωσι καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ γίνεται σκάνδαλον, καὶ καταβλάπτει πολλούς. Διὰ τοῦτο πάλιν λέγει· « Ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέοι· » τουτέστιν· Ἐκδιώξατε τὸν πονηρὸν καὶ σκολιὸν ἐξ ὑμῶν, ἢ φύγετε ἀπ' αὐτοῦ· ἐπειδὴ πᾶσα κακία μολύνει τὸν ἄνθρωπον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ, φεύγων τοὺς πονηροὺς, ἔλεγεν· « Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω. Ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων. » Διὰ τί δὲ ταῦτα ἐποίει; Ἐπειδὴ πάλιν λέγει ἀλλαχοῦ. « Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψῃς. » Καὶ γὰρ οἷός ἐστιν ὁ συνοικῶν μετὰ σοῦ, τοιοῦτον ἀπεργάσεται εἶναί σε.

Ἐρώτ. ρ'. Τί λέγει· « Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει; »

Ἀπόκ. Κοίλιαν τὴν γαστριμαργίαν λέγει, οὐχὶ τὴν γαστέρα. Καὶ γὰρ τὰ βρώματα πρὸς τὴν γαστριμαργίαν ἔχει, φησὶ, τὴν φιλίαν, καὶ αὐτὴ πρὸς αὐτὰ, καὶ οὐ δύναται ὁ γαστρίμαργος δουλεύειν τῷ Θεῷ, ἀλλὰ δουλεύειν τὴν ἑαυτοῦ γαστέρα κραιπαλῶν, καὶ γαστριμαργῶν. Διὸ κατήργησεν αὐτὴν λέγων· « Ὁ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει· » τουτέστι τὰ βρώματα καὶ τὴν γαστριμαργίαν· οὐ γὰρ τὴν γαστέρα κατήργησε· μὴ γένοιτο! Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· « Τὸ δὲ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ. » Ὥστε οὐ κατήργησε νὴν γαστέρα, ἀλλὰ τὴν γαστριμαργίαν, οὐδὲ τὴν σύμμετρον τροφὴν, ἀλλὰ τὴν ἀμετρίαν· ἐπειδὴ ἐξ αὐτῶν τίκτεται ἡ πορνεία. Διὰ τοῦτο λέγει, ὅτι Τὸ σῶμα οὐκ ἐδόθη ἐξουσιάζεσθαι ὑπὸ τῆς γαστριμαργίας, ἵνα περιπίπτῃ εἰς πορνείαν, ἀλλ' ἵνα δουλεύῃ τῷ Κυρίῳ· καθὼς λέγει πάλιν ἀλλαχοῦ ὄπισθεν, ὅτι « Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος. » Τοῦτο δέ ἐστιν ὃ λέγει, ὅτι πάντα τὰ βρώματα, ἅπερ ἔκτισεν ὁ Θεὸς εἰς τροφὴν τοῦ ἀνθρώπου, καλά εἰσι, καὶ ἁρμόζει μοι ἐκ πάντων ἐσθίειν καὶ τρέφεσθαι· ἀλλ' οὐ γενήσομαι δοῦλος τῶν βρωμάτων· οὐδὲ ἐξουσιάσει μου ἡ γαστριμαργία· οὐ συμφέρει μοι· οὐδὲ γὰρ ἀγαθὸν οἰκοδομεῖ ἐν ἐμοί. Διὰ τοῦτο, μόνον τοῖς ἀναγκαίοις ἀρρούμενοι, τὰ περισσὰ διαπτύσσομεν, ὡς οὐκ ὠφέλιμα, ἀλλὰ καὶ βλαβερὰ συνεστῶτά μοι, ἐπιθυμίας ἀτόπους γεννῶντα τοῖς κεκτημένοις αὐτά.

Ἐρώτ. ρα'. Τί λεγει· « Καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσθησαν; »

et integer manebit in igne, nec videbit mortem, sed opus ipsius solummodo comburetur et confundetur. Ipse vero æternum permanebit integer pœnas luens: nec tamen dissolvetur.

Quæst. XCIX. Quid est, quod dicit: « Modicum fermenti totam massam fermentat [59]? »

Resp. Hoc propter malos et perversos homines dicit. Nam quemadmodum vetus fermentum exiguum quidem est, multum autem farinæ fermentat: ad eumdem modum malus homo, qui in se nutrit malitiam, impertit eam aliis, et ipsis est scandalum, multosque lædit; propterea rursum dicit: « Expurgate itaque vetus fermentum, ut novi sitis [60], » hoc est: Expellite malum et pravum ex vobis, aut vos ab ipso recedite: quandoquidem omnis malitia inquinat hominem, Ideo David malos fugiens, inquit: « Non sedi cum consilio vanitatis, et cum transgressoribus non introibo. Odivi ecclesiam malignantium [61]. » Et quare sic agebat? Quia ut dicit alibi rursus: « Cum sancto sanctus eris, et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris [62]. » Etenim qualis est ille quicum conversaris, talem te quoque reddet.

Quæst. C. Quid est quod dicit: « Esca ventri et venter escis. Deus autem et hunc et has destruet [63]? »

Resp. Ventrem dicit crapulam, non ipsum ventrem. Siquidem escæ cum crapula habent amicitiam, et crapula cum escis, nec potest qui crapulæ ventrique deditus est, servire Deo, sed sui ipsius ventris servus est, dum crapulæ et illuviei dat operam. Ideo destruxit illum, dicens: « Deus et hunc et illas destruet, » hoc est, et cibos et gulositatem. Non enim ventrem destruxit, absit! Audi enim, quid dicat ipse: « Corpus autem non fornicationi, sed Domino [64]. » Itaque non destruxit ventrem, sed crapulam, nec etiam moderatum cibum, sed immoderatum: siquidem ex eo fornicatio gignitur. Ait ergo: Corpus non est datum sub potestatem ingluviei, ut in fornicationes incidat, sed ut Domino serviat. Sicuti rursus antea dicit alicubi: « Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate [65]. » Hoc ipsum nihil est aliud, quam quod hic dicit: quod omnes quidem cibi, 275 quos creavit Deus in hominis alimentum, boni sunt, et licet mihi omnibus frui, eisque nutriri; sed escarum servus non ero: neque sub suam potestatem me rediget crapula. Id mihi non conducit, neque enim ædificat in me bonum. Quapropter, necessariis contenti, superflua respuamus velut inutilia, imo etiam tanquam quæ mihi noceant, et quæ gignant absurdas concupiscentias iis qui ea possident.

Quæst. CI. Quid est quod dicit: » Et omnes in Mosem baptizati sunt [66]. »

[59] I Cor. v, 6. [60] ibid. 7. [61] Psal. xxxv, 4, 5. [62] Psal. xvii, 26. [63] I Cor. vi, 13. [64] ibid. [65] ibid. 12. [66] I Cor. x, 2.

Resp. Baptismi signum erat, quod per Rubrum mare pertransierit Israeliticus populus. Nam sicut illi transmissi, effugerunt inimicorum insidias, et in deserto nutriebantur manna : sic etiam qui baptizati sunt, liberantur a spirituali Pharaone,et ab Ægyptiis dæmonibus, sustentanturque cœlesti pane Spiritus sancti. Quia vero de baptismo sermo est, dicamus de eo manifestius.

De sancto baptismo.

Primum baptisma fuit inundatio diluvii ad excidendum peccatum. Secundum fuit Mosis, quando transivit Rubrum mare. Typicum enim seu figura erat : nam sicut illic erat mare,sic in baptismo est aqua ; et sicut illic erat nubes, ita hic est Spiritus sanctus. Quæ autem ista nubes fuerit, audi : Cum egrederentur ex Ægypto Hebræi cum Mose, misit nubem veluti columnam ignis,quæ illis luceret noctu, ut videlicet noctu quoque possent ambulare, ne ipsos attingerent Ægyptii.Sequebatur autem illos nubes a tergo, et tegebat eos, ne ipsos Ægyptii videre possent. Atque hoc est secundum baptisma. Tertium erat legale apud Hebræos. Nam quicunque erat immundus, aqua lavabatur,et suas quoque vestes abluebat, et sic introibat in castra. Quartum baptisma, fuit Joannis. Introducebat quidem illud ; nondum tamen erat omnino spirituale, sed ad pœnitentiam solummodo. Quintum per Dominum nostrum Jesum Christum, quo etiam ipse baptizatus est. Estque hoc totum spirituale : quo nos quoque baptizamur. Sextum lacrymis constat, estque vere laboriosum durumque. Veluti qui per singulas noctes lavat lectum suum [67], qui pœnitentia ducitur, et luget super peccatis quæ commisit. Septimum baptisma per martyrium et sanguinem est, quo Christus quoque baptizatus est. Estque tanto aliis venerabilius, quanto minus denuo polluitur sordibus. Octavum et postremum non salutare, sed ardens est, quod æternum sine fine punit peccatores.

Quæst. CII. Quid est quod inquit : « Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt [68] ? »

Resp. Quod quicunque carnem suam nutrit ad satietatem, regnum Dei consequi non possit.

Quæst. CIII. Quid est quod inquit : « Qui non diligit Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema, Maran, atha [69] ? »

Resp. Hoc est : Ab Ecclesia et a fidelibus segregate eum, sitque separatus a populo ille, qui non credit. Dominus enim venit, illud namque significatur per Maran atha.

Quæst. CIV. Quid illud est : « Si qua nova in Christo creatura renovatur [70] ? »

Resp. Hoc est : Si quis in Christum credidit, in aliam vitam transivit : nam e supernis est natus per spiritum et vivit non eam quæ in peccatis vitam, sed quæ est in spiritu.

Ἀπόκ. Σημεῖον ἦν τοῦ βαπτίσματος τὸ διαπεράσαι τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι περάσαντες ἔφυγον τῶν ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ τῷ μάννα ἐτρέφοντο· οὕτω δὴ καὶ οἱ βαπτιζόμενοι λυτροῦνται τοῦ νοητοῦ Φαραὼ καὶ τῶν Αἰγυπτίων δαιμόνων, καὶ τρέφονται τῷ ἐπουρανίῳ ἄρτῳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐπεὶ δὲ περὶ τοῦ βαπτίσματος ὁ λόγος, εἴπωμεν σαφέστερον περὶ αὐτοῦ.

Περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

Πρῶτον βάπτισμα τὸ τοῦ κατακλυσμοῦ εἰς ἐκκοπὴν ἁμαρτίας· δεύτερον τὸ τοῦ Μωσέως, ὅτε τὴν Ἐρυθρὰν διεπέρασε· τυπικὸν γὰρ ἦν· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ ἡ θάλασσα, οὕτω τὸ ὕδωρ ἐν τῷ βαπτίσματι· καὶ ὥσπερ ἐκεῖ ἡ νεφέλη, οὕτως ἐνταῦθα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τίς δὲ ἦν ἡ νεφέλη ἐκείνη, ἄκουσον. Ὅτε ἐξῆλθον τῆς Αἰγύπτου οἱ Ἑβραῖοι μετὰ Μωσέως, ἀπέστειλεν νέφος, ὥσπερ στῦλον πυρὸς, καὶ ἐφώτιζεν αὐτοὺς τὴν νύκτα, ὥστε περιπατεῖν αὐτοὺς καὶ τὴν νύκτα, ἵνα μὴ φθάσωσιν αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι. Ὄπισθεν δὲ αὐτῶν περιεπάτει νεφέλη, καὶ ἐπεσκίαζεν αὐτοὺς, ἵνα μὴ ὁρῶσιν αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ δεύτερον βάπτισμα. Τρίτον δὲ τὸ νομικὸν, ὅπερ εἶχον οἱ Ἑβραῖοι. Πᾶς γὰρ ἀκάθαρτος ἐλούετο ὕδατι, ἐπλύνετο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ οὕτως εἰσήρχετο εἰς τὴν παρεμβολήν. Τέταρτον βάπτισμα τὸ τοῦ Ἰωάννου, εἰσαγωγικὸν μὲν, οὔπω δὲ ὅλον πνευματικὸν, ἀλλ' εἰς μετάνοιαν μόνον. Πέμπτον τὸ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐβαπτίσατο. Τοῦτο δὲ ὅλον πνευματικόν· τοῦτο καὶ ἡμεῖς βαπτιζόμεθα. Ἕκτον τὸ διὰ δακρύων, ὄντως ἐπίπονον, ὡς ὁ λούων καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην αὐτοῦ, καὶ μετανοῶν καὶ θρηνῶν ἐφ' οἷς ἥμαρτεν. Ἕβδομον βάπτισμα τὸ διὰ μαρτυρίου καὶ αἵματος, ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐβαπτίσατο, καὶ πολύ γε τῶν ἄλλων αἰδεσιμώτερον, ὅσῳ δευτέροις ῥύποις οὐ μολύνεται. Ὄγδοον τὸ τελευταῖον οὐ σωτήριον, ἀλλὰ καυστικὸν, καὶ κολάζον ἀτελεύτητα καὶ αἰωνίως τοὺς ἁμαρτωλούς.

Ἐρώτ. ρβ'. Τί λέγει· « Σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται ; »

Ἀπόκ. Ὅτι πᾶς ὁ τὴν ἑαυτοῦ σάρκα τρέφων εἰς κόρον, οὐ δύναται βασιλείας Θεοῦ κληρονομῆσαι.

Ἐρώτ. ργ'. Τί λέγει· « Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα, Μαρὰν ἀθά ; »

Ἀπόκ. Τουτέστι· Χωρίσατε αὐτὸν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῶν πιστῶν, καὶ ἔστω κεχωρισμένος ἀπὸ τοῦ λαοῦ ὁ μὴ πιστεύων. Ὁ γὰρ Κύριος ἦλθε· τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύει τὸ Μαρὰν ἀθά.

Ἐρώτ. ρδ'. « Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, ἀνακαινίζεται ; »

Ἀπόκ. Τουτέστιν· Εἴ τις εἰς Χριστὸν ἐπίστευσεν, εἰς ἑτέραν ἦλθε διαγωγήν. Ἄνωθεν γὰρ ἐγεννήθη διὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ ζῇ οὐ τὴν ἐν ἁμαρτίαις, ἀλλὰ τὴν ἐν πνεύματι ζωήν.

[67] Psal. VI, 7. [68] I Cor. XV, 50. [69] I Cor. XVI, 22. [70] II Cor. V, 17.

Ἐρώτ. ρε'. « Τρὶς ἐναυάγησα. »

Ἀπόκ. Μυστικῶς αἰνιττόμενος λέγει. Τρίτον γὰρ ἐναυάγησεν ἡ ἀνθρωπότης· πρῶτον διὰ τῆς παραβάσεως· δεύτερον ἐν τῷ κατακλυσμῷ τοῦ Νῶε· τρίτον, μετὰ τὸ δέξασθαι τὸν νόμον, εἰς εἰδωλολατρείαν ἐξέπεσεν ὁ λαός, ἕως ἐλθὼν ὁ τῶν ψυχῶν κυβερνήτης Χριστὸς, καὶ στήσας τὸ ἱστίον τοῦ σταυροῦ, ἀχείμαστον ἡμῶν τὸν πλοῦν εἰς οὐρανὸν ᾠκοδόμησεν.

Ἐρώτ. ρς'. « Νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα ; »

Ἀπόκ. Νυχθήμερον (5) λέγει τὴν πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἐν σκοτεινῇ πλάνῃ διατριβήν· ἡμέραν δὲ λέγει τὴν μετὰ τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ἐν τῷ φωτεινῷ βαπτίσματι διαγωγήν.

Ἑτέρα. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἐν μέσῳ πελάγους πλέων· οἱ δὲ, ὅτι νηχόμενος καὶ κολυμβῶν, ἔνθα οὔτε γῆν οὔτε ὄρος ἦν ἰδεῖν.

Κείμενον ρζ'. « Ἐδόθη μοι σκώλωψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατὰν, ἵνα με κολαφίζῃ. »

Ἑρμην. Σατὰν ὁ ἀντικείμενος λέγεται. Ἄγγελον τοίνυν Σατὰν λέγει Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα, καὶ Ὑμέναιον καὶ Φιλητὸν, οἵτινες ἐπείραζον αὐτὸν, καὶ ἀντέκειντο λέγοντες, ὅτι ἀνάστασις ἐγένετο· καὶ κρατοῦντες αὐτὸν, ἔβαλον εἰς δεσμωτήρια, καὶ πολλὰ κακὰ αὐτῷ ἐνεδείξαντο.

Κείμενον ρη'. « Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. »

Ἀπόκ. Τοῦτ' ἔστιν· Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου, ὅτι νεκροὺς ἐγείρεις, καὶ τυφλοὺς θεραπεύεις, καὶ ἄλλα τῶν σημείων ποιεῖς. Ἐλαυνόμενοι δὲ καὶ διωκόμενοι νικᾶτε τοὺς διώκοντας.

Ἐρώτ. ρθ'. Τί λέγει· « Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ ; »

Ἀπόκ. Τὸ ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ βίου καὶ φροντίδων αὐτοῦ, καὶ νεκρὸν γενέσθαι τοῖς πάθεσι, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ νηστεύειν, καὶ ἀγρυπνεῖν, καὶ κακοπαθεῖν ἐν τῇ ἀσκήσει, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· « Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. »

Ἐρώτ. ρι'. Τί λέγει· « Τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας ; »

Ἀπόκ. Τουτέστιν, ἡ ἔχθρα, ἣν εἴχομεν πρὸς τὸν Θεὸν οἱ ἄνθρωποι διὰ τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας. Σαρκωθεὶς οὖν ὁ Κύριος καὶ Θεός, καὶ θανὼν ἔλυσε τὴν ἁμαρτίαν, τὴν χωρίζουσαν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, εἰρηνοποίησε τὰ πάντα, καὶ υἱοὺς Θεοῦ ἡμᾶς ἀπειργάσατο, διαῤῥήξας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. Τί δὲ ἦν τὸ χειρόγραφον, ἄκουσον· Ὅτε παρέβη τὴν ἐντολὴν ὁ Ἀδὰμ, καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ ξύλου διὰ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ ἔφαγεν, ἐγράφη χειρὶ αὐτοῦ ἡ ἁμαρτία, καὶ κατεῖχεν αὐτὸ τὸ ἔγγραφον ὁ διάβολος. Ὅτε δὲ ἦλθεν ἐπὶ τοῦ ξύλου ὁ Χριστὸς, τουτέστιν ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ ἐτρώθη τοῖς ἥλοις τὰς χεῖρας, τότε προσήλωσεν αὐτὸ ἐν τῷ σταυρῷ καὶ ἐξήλειψεν. Αὐτὸς γὰρ ὁ διάβολος ὁ κρατῶν τὸ χειρόγραφον τῆς

A Quæst. CV. « Ter naufragium feci [71]. »

Resp. Mystice innuens hoc dicit, quod ter naufragium passa sit humana natura. Primum, per transgressionem. Secundo, in diluvio temporibus Noe. Tertio, post acceptam legem, cum in idololatriam incidisset populus, usque dum venit Christus gubernator animarum, qui 276 erexit vexillum crucis, et tranquillam nobis navigationem ad cœlos paravit.

Quæst. CVI. Quid est : « Noctem atque diem in profundo egi [72] ? »

Resp. Noctem dicit conversationem in tenebrosis erroribus; diem vero, vitam post adventum Christi transactam in claritate baptismi.

B Alia. Dicunt autem quidam, quod in medio pelagi navigaverit : alii, quod nataverit et urinaverit, ubi neque terram, neque montes videre erat.

Propositio CVII. « Datus est mihi stimulus carnis, angelus Satanæ, qui me colaphizet [73]. »

Interpretatio. Satan adversarius dicitur. Angelum igitur Satanæ dicit Alexandrum ærarium fabrum, Hymenæum et Philetum qui vexabant ipsum, et resistebant, dicentes resurrectionem jam fuisse : qui etiam apprehensum eum, in carcerem projecere, et multis affecere malis.

Prop. CVIII. « Sufficit tibi gratia mea [74]. »

Resp. Hoc est : Sufficit tibi gratia mea, qua mortuos excitas, cæcis visum das, et alia signa facis. Porro pulsi et exagitati persequentes vincite.

C

Quæst. CIX. Quid est quod inquit : « Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [75] ? »

Resp. Mundum et curas ejus relinquere, concupiscentiis et affectibus mori, jejunare, vigilare, ascesi macerari, sicut alibi dicit : « Qui vero Christi sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus et concupiscentiis [76]. »

Quæst. CX. Quid est quod dicit : « Medium parietem maceriæ solvens [77] ? »

Resp Hoc est inimicitia quam nos homines habebamus adversus Deum propter peccata nostra. Carne igitur assumpta, Dominus Deus, et mortuus, solvit peccatum quod nos a Deo sejungebat ; atque D sic in pacem redegit omnia, et nos fecit filios Dei : nam discidit, quod adversus nos erat, chirographum in cruce. Quid autem fuerit chirographum, audi : Cum peccasset Adam et accepisset manu sua de ligno, comedissetque, scriptum est ejus manu peccatum, quod penes se scriptum diabolus habuit. Cum autem in lignum, hoc est in crucem venisset Christus, et ejus manus clavis vulnerarentur; tunc in cruce scriptum illud affixit et delevit. Ipse namque diabolus qui chirographum illud transgressio-

[71] II Cor. xi, 25. [72] ibid. [73] II Cor. xii, 7. [74] ibid. 9. [75] Galat. vi, 14. [76] Galat. v, 24. [77] Ephes. ii, 45.

(5) Lege νύκτα.

nis Adam tenebat, ipse discidit, cum in cruce a Christo ligatus est.

Quæst. CXI. Quid est quod inquit : « Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus [78] ? »

Resp. Dormientem vocat eum, qui in peccatis jacet : nam qui in peccatis vivit, mortuus dicitur. Et ut mortuus immobilis est, ita qui peccatis est mortuus, ad bonum non movetur.

Propositio CXII. « Induite armaturam Dei [79]. »

Resp. (Totam armaturam Dei) dicit Spiritum sanctum. Nam qui Spiritus sancti non est particeps, nihil potest contra adversarias potestates. « Etenim non est nobis, inquit, lucta adversus carnem et sanguinem [80]. » Non adversus homines videlicet bellum geritur, « sed adversus principatus [81]. » Principatus autem dæmones vocat qui in hoc mundo principatum tenent, solummodo tamen in opera tenebrarum. Hoc vero quod inquit, « in cœlestibus [82] : » id est, non propter rem nihili nos oppugnant dæmones, sed propter cœlestia bona. Quia enim ad regnum cœleste contendimus, vehementer nos impugnant. Ideo nos semper vigilare convenit et virtute gratiaque Christi vincere. Scutum autem fidei, fidem vocat sinceram et fervidam.

277 Quæst. CXIII. Quid est quod dicit : « Postquam exuistis veterem hominem, et induistis novum, qui renovatur [83] ? »

Resp. Veterem hominem dicit eum qui primus post lapsum Adæ natus est, vel improbitatem quæ ex illo procedit et malitiam. Novum hominem intelligit conversationem Christianam, piam videlicet et bonam vitam.

Quæst. CXIV. Quid est quod inquit : « Ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent [84] ? »

Resp. Qui non habent spem resurrectionis, illis convenit dolere. Nota autem quomodo de Christo dixerit, quod mortuus sit et resurrexerit. De communi vero populo dixit, « qui dormierunt, » ut ostenderet etiam eos qui dormiunt esse resurrecturos.

Quæst. CXV. Quid est illud : « Non rapinam arbitratus est æqualem se esse Deo [85] ? »

Resp. Quod Apostolus dicit, est ejusmodi : Filius Dei, qui etiam ipse Deus, volens in terram descendere, et incarnari, non veritus est a sua dignitate descendere. Neque enim ex rapina divinitatem suam habebat : veluti si quis per rapinam aliquid habet, timet ne illud perdat. Talis non erat Christus, absit ! sed cum perfectus Deus esset, homo quoque fieri votuit.

Quæst. CXVI. « Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini [86]. »

παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ, αὐτὸς ἔσχισεν, ἐπειδὴ ὑπὸ Χριστοῦ ἐδεσμεύθη ἐπὶ τοῦ σταυροῦ.

Ἐρώτ. ρια'. Τί λέγει· « Ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός ; »

6. Audite, vos fratres, cum timore Dei et gaudio cætera quæ a Domino dispensata sunt. Cum enim latus 291 sanctæ ac venerandæ imaginis lancea perforatus esset, emanaretque aqua et sanguis, coacta est tota Judæorum turba, dicebantque mutuo: Quandoquidem aiunt ejus cultores, eum multas curare infirmitates, sumamus sanguinem ejus et aquam, deferamusque in synagogam, ac congregemus omnes qui laborant ægritudine; ungamus eos illo, et videamus num vera sint quæ vulgo dicuntur. Admotaque lateri Domini amphora, illudendo amphoram implevere illa quæ manebat aqua: congregatisque omnibus qui male haberent, primum omnium paralyticum, quem a nativitate paralyticum esse sciebant, adductum unxerunt; qui statim consolidatus fuit, sanusque factus est homo. Confestim autem ingens tumultus per totam urbem exortus est, omnibus eum in locum ingredientibus, ob multas illas morborum curationes et miracula, Judæorum porro frequens populus commotus, adducebant infirmos suos, paralyticos, mancos, aridos, claudos, cæcos, dæmoniacos, aliosque variis ægritudinibus laborantes; qui omnes inuncti sacro sanguine et aqua lateris venerandæ imaginis Domini sani corpore evaserunt. Omnes porro principes sacerdotum et seniores populusque Judæorum crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, verum Deum nostrum, clamantes et dicentes: Magnus Deus Christianorum: magna fides Christianorum. Gloria tibi, Christe, quem patres nostri crucifixerunt, qui a nobis quoque crucifixus es in immaculata et veneranda imagine tua. Gloria tibi, Jesu Christe Fili Dei, qui magna facis mirabilia. In te credimus, et

C

D

in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, Trinitatem consubstantialem et indivisibilem. Propitius esto nobis, nosque recipe; sicut in sancta cruce tua positus recepisti latronem ad pœnitentiam. Nos annumera licet indignos et tibi hactenus inimicos, iis qui post undeciman horam venerunt; iis, inquam, nos annumera et illumina oculos cordis nostri, obscuratos, quos scilicet tenebris offudit malignus diabolus; ut illuminati per sanctum baptisma, cœlesti tuo exercitui adjungi mereamur. Hæc illi cum clamore proferebant, altaque voce prædicabant mirabilia Dei. Pervasit autem orbem totum hujusce rei fama de veneranda nempe imagine regis nostri Jesu Christi. Omnes ob Oriente et Occidente offerebant infirmos suos, qui omnes Dei clementia curabantur.

A τοῦθεοῦ, ὁ ποιῶν μεγάλα θαυμάσια. Σοὶ πιστευόμεν, εἰς Πατέρα, Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον καὶ ἀχώριστον. Ἵλεως ἡμῖν γενοῦ, καὶ δέξαι ἡμᾶς, ὡς ἐδέξω τοῦ λῃστοῦ ἐπὶ τοῦ ἁγίου σου σταυροῦ τὴν μετάνοιαν. Συγκαταρίθμησον ἡμᾶς τοὺς ἀναξίους τοὺς προσελθόντας σοι τοῖς μετὰ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, καὶ ἡμᾶς συγκαταρίθμησον καὶ φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ἡμῶν, τοὺς ἐσκοτισμένους, οὕς ὁ πονηρὸς ἐσκότισε διάβολος· ἵνα, φωτισθέντες διὰ τοῦ ἁγίου σου βαπτίσματος, καταξιωθῶμεν καὶ ἡμεῖς τῆς ἐπουρανίου σου στρατιᾶς. Ταῦτα δὲ ἔκραζον λέγοντες, καὶ κηρύττοντες μεγαλοφώνως τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ. Ἐξῆλθε δὲ ἡ φήμη αὕτη εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περὶ τῆς τιμίας εἰκονος τοῦ παμβασιλέως ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ πάντες ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν προσέφερον τοὺς ἀσθενεῖς αὐτῶν· B καὶ ἰῶντο πάντες τῇ Θεοῦ ἀγαθότητι.

7. Post hæc autem adiit tota turba Judæorum sacratissima Ecclesiæ sanctissimum episcopum, accurentesque dicebant: Nos annumerato sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, nos baptizato et Christianos facito. Sic omnes unanimiter clamabant a minore, ad maximum, una cum mulieribus et pueris, dicebantque: Unus Deus Pater, unus Filius unigenitus, unus Dominus: ipsum Deum confitemur, agnoscimusque: illum scimus esse Deum: eum nos credimus crucifixum sub Pontio Pilato, resurrexisse die tertia, assumptumque fuisse cum gloria, in conspectu sanctorum discipulorum suorum, et sedere ad dexteram Dei et Patris. Multis itaque laudibus Deum celebrarunt, exhibita sancta C imagine ejusce urbis archiepiscopo, cui ea narrarunt quæ contra sanctam imaginem perpetrarant, et ostenderunt sanguinem et aquam, dixeruntque, qua ratione e latere Salvatoris exiisset. Ad horum tamen omnium confirmationem, accepit episcopus ex sanguine et aqua, multosque oblatos infirmos unxit sanosque dimisit. His innumeris perpetratis miraculis, episcopum rogarunt omnes, ut sibi baptismus conferretur, ac liceret communicare immaculatis et immortalibus mysteriis corporis et sanguinis. Tum episcopus illis admissis, advocato toto clero sanctissimæ Dei Ecclesiæ, postquam multis eos diebus instituisset, baptizavit illos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, synagogamque **292** Judæorum in ecclesiam Salvatoris nostri convertit. Ro- D gantibus porro illis sanctissimum episcopum, reliquas ipsorum synagogas in Dei templa et in martyria sanctorum suorum martyrum consecravit, ad Dei gloriam et exaltationem orthodoxæ fidei. Constituit autem ex illis presbyteros et diaconos, sub diaconos et lectores. Atque ita ingens fuit lætitia in cœlo et in terra, ob stupendum miraculum venerandæ et sacræ imaginis Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, in ista urbe: cum non modo corporeæ curarentur in-

7. Μετὰ δὲ ταῦτα προσῆλθον τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας ἅπαντα τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων, προστρέχοντες καὶ λέγοντες· Καταρίθμησον ἡμᾶς τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, βάπτισον ἡμᾶς καὶ ποίησον Χριστιανούς. Ἔκραζον δὲ ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν σὺν γυναιξὶ καὶ παιδίοις λέγοντες· Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, εἷς Υἱὸς ὁ μονογενής, εἷς Κύριος· αὐτὸν Θεὸν ὁμολογοῦμεν, καὶ οἴδαμεν καὶ γινώσκομεν· αὐτὸν Θεὸν οἴδαμεν, αὐτὸν ἡμεῖς πιστεύομεν, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἀναληφθέντα ἐν δόξῃ ἐνώπιον τῶν ἁγίων μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Πολλαῖς οὖν εὐφημίαις δοξάσαντες τὸν Θεὸν, τὴν ἁγίαν τε εἰκόνα τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς ἐκεῖσε πόλεως ἐπιδείξαντες, καὶ ἀπαγγείλαντες ἃ ἐποίησαν τὴν τοῦ Χριστοῦ ἁγίαν εἰκόνα, τό τε αἷμα καὶ ὕδωρ ἐπιδείξαντες, καὶ πῶς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Σωτῆρος· ὅμως πρὸς βεβαίωσιν πάντων λαβὼν ὁ ἐπίσκοπος ἐκ τοῦ ἁγίου αἵματος καὶ ὕδατος, καὶ πολλοὺς ἀσθενεῖς προσενέγκαντες, καὶ ἀλείφων αὐτοὺς, ὑγιεῖς ἀπέλυσε. Τούτων τῶν ἀπείρων θαυμάτων γεγονότων, οὕτως ἅπαντες καθικέτευον τὸν ἐπίσκοπον τυχεῖν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ μεταλαβεῖν τῶν ἀχράντων καὶ ἀθανάτων μυστηρίων τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος. Τότε ὁ ἐπίσκοπος παραλαβὼν αὐτοὺς, καὶ συγκαλέσας ἅπαντα τὸν κλῆρον τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, ἐπὶ πολλάς τε ἡμέρας κατηχήσας, ἐβάπτισεν αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων ἐκκλησιαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐποίησε. Παρακαλεσάντων δὲ αὐτῶν τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον, καὶ τὰς λοιπὰς συναγωγὰς, ναοὺς Θεοῦ, καὶ μαρτύρια τῶν ἁγίων αὐτοῦ μαρτύρων ἀφιερῶσαι [ἀφιερῶσι], εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ καύχημα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως (11). Κατέστησε δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, ὑποδιακόνους, καὶ ἀναγνώστας. Καὶ

(11) Colbertin. unus sic habet, μαρτύρια πεποίηκεν τῶν ἁγίων, τῆς τε πανυμνήσου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τοῦ προδρόμου τε καὶ Βαπτιστου Ἰωάνου, καὶ τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων.

οὕτω μεγάλη χαρὰ ἐγένετο ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ ἐπὶ τῷ παραδόξῳ θαύματι τῆς τιμίας καὶ ἁγίας εἰκόνος τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τῇ πόλει ταύτῃ· οὐ μόνον σωμάτων πάθη ἰωμένων, ἀλλὰ καὶ ψυχῶν ἐπιστρεψάντων εἰς ζωὴν αἰώνιον.

A firmitates, sed etiam animæ converterentur ad vitam æternam.

8. Ταῦτα ἐσπούδασα δηλῶσαι τῇ ὑμετέρᾳ θεοφιλίᾳ, ὦ προσφιλέστατοι ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι, εἰς ὠφέλειαν καὶ ἀκοὴν τῶν ἐντυγχανόντων, τοῦ στηριχθῆναι τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, τοῦ ἐπὶ τῇ πτώσει ἡμῶν χαίροντος, καὶ στερεωθῶμεν ἐπὶ τῇ στερεᾷ πίστει τῆς ὁμολογίας τοῦ Χριστοῦ. Δῶμεν οὖν δόξαν μετ' εὐφροσύνης ἐν κατανύξει καρδίας, καὶ εὐχαριστίας, εὐχαριστοῦντες αὐτῷ ἐκ καθαρᾶς πίστεως, τοῦ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ καὶ τῆς ἐπιγνώσεως αὐτοῦ· ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα καὶ ἡ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B

8. Hæc vestræ religioni significanda duxi, dilectissimi charissimique fratres, ad utilitatem et institutionem lectorum, ut animæ vestræ firmentur adversus malignum illum, qui de nostra gaudet ruina, et fulciamur solida petra confessionis Christi. Demus ergo gloriam cum lætitia, in compunctione cordis, cum gratiarum actione ex pura fide: quo mandata et justificationes ejus observemus, ac in ejus cognitione perseveremus: quia ipsum decet gloria et imperium in Christo Jesu Domino nostro, cui cum Patre, una cum sancto Spiritu, gloria et adoratio, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

Περὶ τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ γενομένου θαύματος ἐν Βερυτῷ τῇ πόλει.

—

S. P. N. ATHANASII

De imagine Domini nostri Jesu Christi, et de miraculo edito in urbe Beryto.

—

1. (12) Ἄρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, καὶ ἴδετε τὸ καινὸν θέαμα τοῦτο, ὅπερ γέγονεν. Ἐμβλέψατε εἰς τὸ ἄπειρον θαῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ δότε αὐτῷ δόξαν τῷ Θεῷ, κατανοήσατε εἰς τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, τὸ μέγεθος τῆς αὐτοῦ οἰκονομίας, καὶ θρῆνον μετ' εὐφροσύνης ἀναλάβετε. Ἐπὶ μὲν Θεοῦ οὐδὲν ξένον. Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐφ' ἡμῶν, ἐκστήσεται πᾶσα καρδία τῶν ἀκουόντων. Ὄντως ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τῷ τετολμημένῳ τούτῳ τῷ θεάματι· ἐταράχθη πάλιν ἄβυσσος, καὶ ἥλιος ἐσκοτίσθη, καὶ οἱ ἀστέρες, καὶ ἡ σελήνη ὁμοίως ἐπὶ τῷ γεγονότι. Ἀλλὰ πάλιν ηὐφράνθησαν ἐπὶ τῇ οἰκονομίᾳ τῇ γενομένῃ ὑπὸ Κυρίου πᾶσαι τῶν οὐρανῶν δυνάμεις. Ἀκούσατε οὖν, ἀδελφοὶ, καὶ ἔκστητε, ᾧ γέγονε ταῖς ἡμέραις ἡμῶν συνιέντες συνίετε, καὶ τὸ οὖς ὑμῶν κλίνατε τῆς καρδίας, καὶ ἀκούσατε.

C

D

1. Erigite oculos mentis vestræ, ac videte novum hoc spectaculum, quod factum est. Respicite immensum Dei miraculum, et date gloriam Deo, ejus ineffabilem spectantes clementiam erga homines, et magnam ejus providentiam: lamentum cum lætitia assumite. Nihil in Deo mirabile: Deus enim noster est. Ac quotquot rem istam apud nos gestam audituri sunt corde attoniti erunt. Revera obstupuit cœlum ad hoc tanti facinoris spectaculum turbata rursum est abyssus, sol obcuratus est, necnon astra et luna similiter ob ejusmodi facinus. At rursum lætatæ sunt ob illam Domini providentiam virtutes cœlorum. Audite ergo, fratres, et obstupescite, intelligentia comprehendite quod gestum est in diebus nostris, aurem cordis vestri inclinate, et audite.

2. Πόλις ἐστὶ Βηρυτὸς καλουμένη ἐν μεθορίοις Τύρου καὶ Σιδῶνος, τελοῦσα δὲ Ἀντιοχείας. Ἐν ταύτῃ οὖν τῇ πόλει τῇ Βηρυτῷ πλήθη πολλὰ εἰσι τῶν Ἰουδαίων. Πλησίον δὲ τῆς συναγωγῆς αὐτῶν, μεγάλης οὔσης σφόδρα, Χριστιανὸς ἔλαβε κελλίον ἐν οἰκίᾳ παρά τινος· ἐν ᾧ κατοικῶν ἄντικρυς τοῦ ἀκουβίτου (13) αὐτῶν, ἐποίησεν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, σεμνῶς ἐζωγραφημένην (14). ὁλόστατον ἔχουσαν τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν

2. Urbs est Berytus nomine in confinio Tyri et Sidonis, Antiochiæ vectigalis; in qua urbe Beryto magna multitudo exstat Judæorum. Prope autem synagogam eorum, quæ admodum ampla est, Christianus a quodam cellulam accepit in domo ejus: cum autem ibi moraretur e regione accubitus eorum, imaginem fecit Domini nostri Jesu Christi pulchre elaboratam, quæ staturam Domini nostri Jesu Christi totam repræsentabat. Modico elapso

(12) Ex ms. Palatino vetustissimo.

(13) Ἀκούβιτων. Id est, στρωμναὶ μεγάλαι. Triclinium ubi sternebantur lecti pro cœna et prandio.

(14) In Concil. Nic. II, p. 218, legitur. ἐν σανίσι μὲν ἦν ἐζωγραφημένη.

tempore, Christianus ille maius sibi domicilium perquisivit, quo opus habebat : quod Domini nostri gratia dispensatum es:, ut opinor, qui scilicet vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, ostendique mirabilia sua iis qui credunt in eum,ad confutationem impiorum et fidelium confirmationem.Inquirebat igitur Christianus ille, uti supra dixi,ampliorem domum ; et cum invenisset in urbe, istinc omnia sua cum gaudio asportavit, relicta ex Dei providentia Domini imagine, ut jam dixi.

A Ἰησοῦ Χριστοῦ. Χρόνου δὲ ὀλίγου διελθόντος, ἐπεζήτησε οἶκον μείζονα (15) ὁ Χριστιανὸς ὡς χρῄζων. Τοῦτο δὲ ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φιλονόμησε χάρις, ὡς γε ἐγὼ πείθομαι, τοῦ θέλοντος πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, δεικνύων τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν εἰς ἔλεγχον τῶν ἀσεβῶν, στηριγμὸν δὲ τῶν πιστῶν. Ἐζήτει οὖν ὁ Χριστιανὸς, ὡς ἔφην, μείζονα οἶκον, καὶ εὑρών τι ἀπὸ τῆς πόλεως, μετῆρεν ἐκεῖσε, καὶ μετὰ χαρᾶς πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ καταλείπων ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ, τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἀφῆκε, καθὰ ἔφην.

293 3. Judæus porro quidam accepit in domicilium domum illam,in qua stabat imago Domini : cumque omnia sua isthuc intulisset, in ea domo morabatur, non advertens imaginem Domini ibi B stare. Neque enim de loco illo cogitarat, sed ingressus domum in ea manebat.Quadam vero die invitavit Judæus ille contribulem quemdam suum ad prandium. Dum pranderent autem, elatis Judæus ad prandium invitatus oculis ad imaginem crucifixi multas ex quo advertit illam et nefandas intulit illi contumelias, quas non ausim scribere, absit a me ! quas tamen ille sceleratus Judæus contra Salvatorem nostrum protulit, videns illam Domini imaginem.Judæus autem qui invitarat, affirmabat, aliique Judæo dicebat, se nondum illam vidisse imaginem. Siluitque is qui fuerat invitatus : abscedens autem adiit sacerdotes, Judæumque illum accusavit his verbis : Homo ille habet domi imaginem Nazaræi ; qui, his auditis, magno furore repleti sunt, eo tamen vespere quieverunt. C

3. Ἰουδαῖος δέ τις ἔλαβεν ἐνοικίῳ τὸν οἶκον ἐκεῖνον, ἔνθα ἡ εἰκὼν τοῦ Κυρίου ἵστατο. Εἰσαγαγὼν δὲ πάντα τὰ αὐτοῦ κατέμενεν ἐν οἴκῳ, μὴ θεωρήσας τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου, ὅτι ἵστατο ἐκεῖ. Οὐδὲ γὰρ ἐνόησε τὸν τόπον ἐκεῖνον, ἀλλ' εἰσελθὼν κατέμενεν. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν ἐκάλεσεν ὁ αὐτὸς Ἰουδαῖος σύνεθνον αὐτοῦ ἐπὶ ἄριστον. Καὶ ἐν τῷ ἀριστᾷν αὐτοὺς, ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὁ κληθεὶς Ἰουδαῖος εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ ἐσταυρωμένου, ἐκεῖ ὕβρεις παμπόλλας καὶ ἀθεμίτους, ἀφ' ἧς ὥρας εἶδε τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, κατ' αὐτῆς εἶπε, ἃς οὐ τολμῶ, μὴ γένοιτο ! γράψαι, ἅσπερ εἶπεν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁ παράνομος Ἰουδαῖος, ἰδὼν τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου. Ἐπληροφόρησε δὲ αὐτὸς τὸν κληθέντα Ἰουδαῖον λέγων, ὅτι Μέχρι τοῦ παρόντος οὐκ εἶδον τὴν εἰκόνα ταύτην Καὶ ἐσιώπησεν ὁ κληθείς. Ἀπελθὼν δὲ πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, διαβάλλει τὸν Ἰουδαῖον τὸν ἐκ τῷ οἴκῳ λέγων, ὅτι Ὁ δεῖνα εἰκόνα ἔχει τοῦ Ναζωραίου ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐπλήσθησαν θυμοῦ μεγάλου, καὶ τὴν ἑσπέραν ἐκείνην ἡσύχασαν.

4. Ineunte luce sequente, assumpto secum principes sacerdotum Judæo qui alium accusarat, cum magna populi sui frequentia, domum concedunt Judæi,in qua stabat imago Domini : cum pervenissent ad locum,insiliere principes sacerdotum et seniores cum eo qui rem indicarat, illoque commonstrante imaginem Domini stantem viderunt. Tum furore magno repleti, Judæum in domo illa commorantem synagoga ejecerunt. Imaginem autem Domini nostri Jesu Christi cum demisissent,secum ita locuti sunt : Quemadmodum patres nostri illuserunt ipsi (ita et nos ei illudamus). Eum cœpere conspuere in faciem imaginis Domini, colaphis eam in faciem hinc et inde cæciderunt. Dumque cæderent aiebant : Quæcumque patres nostri D fecere,omnia nos contra ejus imaginem faciamus. Audivimus, aiunt,ludibria in eum contulisse, idipsum nos agamus. Infinita igitur ludibria in Dei imaginem contulere. Vereor vobis ea loqui, quæ tum illi sunt ausi. Aiunt deinde : Audivimus (patres nostros) clavis manus et pedes ejus confixisse id et nos faciamus.Tum pedes manusque Dominicæ imaginis confixere clavis. Iterum aiunt furore correpti : Audivimus eos aceto et felle cum spon-

4. Πρωΐας δὲ ἤδη γενομένης, παραλαμβάνουσιν οἱ ἀρχιερεῖς αὐτὸν τὸν διαβάλλοντα τὸν Ἰουδαῖον καὶ ὄχλον πολλὸν ἔθνους αὐτῶν, καὶ ἀπέρχονται ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἰουδαίου, ἔνθα ἡ εἰκὼν τοῦ Κυρίου ἵστατο. Γενόμενοι ἐπὶ τοῦ τόπου, εἰσεπήδησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι σὺν τῷ καταμηνύσαντι, καὶ ὁρῶσι τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἱσταμένην, ὑποδείξαντος ἐκείνου. Τότε θυμωθέντες σφόδρα, τὸν μὲν Ἰουδαῖον τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οἴκῳ ἀποσυνάγωγον ποιήσαντες ἤλασαν· τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καταναγόντες ἔφησαν, ὅτι Καθὼς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐνέπαιξαν αὐτὸν * τότε τὸν τοιοῦτον. Τότε ἤρξαντο ἐμπτύειν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τῆς ἁγίας εἰκόνος τοῦ Κυρίου, καὶ ἐῤῥάπισαν αὐτὴν κατὰ πρόσωπον ἔνθεν καὶ ἔνθεν (16). Καὶ ταύτην ῥαπίζοντες, ἔλεγον· Ὅσα ἐποίησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, πάντα ποιήσωμεν καὶ ἡμεῖς τῇ εἰκόνι αὐτοῦ. Καὶ λέγουσιν· Ἠκούσαμεν, ὅτι ἐνέπαιξαν αὐτῷ, καὶ ἡμεῖς αὐτὸ ποιήσωμεν. Ἐμπαιγμοῖς οὖν ἀπείροις ἐνέπαιξαν τῇ εἰκόνι τοῦ Θεοῦ. Ἀπορῶ δὲ λέγειν ὑμῖν ὃ τότε τετόλμηται. Εἶτα λέγουσιν· Ἠκούσαμεν, ὅτι ἧλωσαν αὐτοῦ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν. Τότε καὶ τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας τῆς τοῦ Κυρίου εἰκόνος ἔπηξαν ἥλους. Πάλιν λέγουσιν μεμη-

(15) In Concil. Nic., ἐπεζήτησε μιτάτον μεῖζον. De voce, Μιτατον Vide in *Onomastico*.

(16) Ita Colbert. 1. Editi, ἔνθεον, καὶ ἔνθεον, male.

νότες· Ἠκούσαμεν, ὅτι ὄξος καὶ χολὴν ἐπότισαν αὐτὸν μετὰ σπόγγου· ποιήσωμεν αὐτὸ καὶ ἡμεῖς· καὶ ἐποίησαν προσθέντες εἰς τὸ στόμα τοῦ Κυρίου σπόγγον ὄξους πεπληρωμένον. Πάλιν λέγουσι· Μεμαθήκαμεν, ὅτι καλάμῳ ἔτυψαν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν οἱ πατέρες ἡμῶν· τὸ αὐτὸ καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν. Καὶ λαβόντες κάλαμον ἔτυπτον τὴν κεφαλὴν τῆς εἰκόνος. Τέλος λοιπὸν λέγουσιν, ὡς Ἀκριβῶς μανθάνομεν. ὅτι τὴν πλευρὰν αὐτοῦ λόγχῃ ἤνοιξαν· μηδὲν παραλείψωμεν, ἀλλὰ προσθῶμεν καὶ τοῦτο. Ποιήσαντες ἐνεχθῆναι λόγχην, ἐπέστρεψάν τινι αὐτῶν ἆραι τὴν λόγχην· καὶ ἀρὼν κατὰ τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου, εὐθέως οὖν ἀνέβλυσε πλῆθος αἵματος καὶ ὕδατος ἐξ αὐτῆς.

A gia potasse illum : id nos quoque faciamus ; quod et fecerunt, apposita ori Domini spongia aceto plena. Rursum inquiunt : Didicimus patres nostros arundine percussisse caput ejus ; idipsum nos agamus. Arreptaque arundine percutiebant caput imaginis. Demum aiunt : Accurate didicimus eos lancea latus ejus aperuisse, nihil omittamus, sed illud quoque adjiciamus. Lanceamque afferri curarunt, ac jussere cuidam e suis ut lanceam vibraret : qua vibrata in imaginem Domini, statim ex illa manavit sanguinis et aquæ copia.

5. Χριστὲ, δόξα σοι· ἀκατάληπτε, δόξα σοι. Τίς ὡς σὺ, Δέσποτα ; Τίς πλὴν σοῦ, Θεὸς, ποιῶν φοβερὰ καὶ ἐξαίσια ; Ὦ τοῦ θαύματος τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μεγαλειότητος ! ἔφριξαν ἀληθῶς αἱ ἄνω ἅγιαι δυνάμεις καὶ ἐπὶ τοῦτο. Πόσος εἶ, Δέσποτα, εἰς φιλανθρωπίαν ! Ὁπόσος σὺ ἐν ἐλέει ! Πρώην γὰρ δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθεὶς ὁ ἄσαρκος ἐκ Παρθένου Μαρίας, ἐσταυρώθης ἐν ἐκείνῃ τῇ σαρκὶ, ἀπαθὴς ὁ αὐτὸς ἐν τῇ θεότητι. Νῦν δὲ πάλιν ἐν τῇ εἰκόνι σου ἐσταυρώθης, ὦ Δέσποτα, εἰς ἔλεγχον μὲν τῶν ἀσεβῶν καὶ πάντων τῶν ἀπίστων, στηριγμὸν δὲ τῶν ἐν ἀληθείᾳ εἰς σὲ πιστευόντων. Ἀλλὰ δόξα σοι. Δέσποτα, τῷ μόνῳ τὰ πάντα δυναμένῳ, ἅμα τῷ εὐλογητῷ Θεῷ ἡμῶν Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἀμήν.

5. Gloria tibi, Christe : qui incomprehensibilis es, gloria tibi. Quis tibi similis, Domine ? Quis præter te faciens terribilia et prodigia ? O miraculum magnificentiæ Salvatoris nostri ! Horruere plane hac in re sanctæ supernæ virtutes. Quantus es, Domine, clementia erga homines ! Quantus misericordia ! Olim propter nos et propter nostram salutem, incarnatus ex Virgine Maria, tu carnis expers qui eras, in illa carne crucifixus es, impatibilis cum sis in deitate. Nunc autem in tua imagine crucifixus es, o Domine, ad confutationem impiorum, omniumque infidelium, et ad confirmationem eorum qui in veritate in te credunt. Sed gloria tibi, Domine, qui solus omnia potes, cum benedicto Deo nostro Patre et sancto Spiritu. Amen.

6. Ὑμεῖς δὲ, τέκνα, ἀκούσατε τὰ λοιπὰ, ἅπερ ᾠκονόμησεν ἡ αὐτοῦ ἀγαθότης. Μετὰ γὰρ τὸ κρουσθῆναι τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὰν τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου, καὶ ἀναβλύσαι τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, ὡς ἑτέρως εἴρηται, λέγουσιν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ· Ἐπειδὴ θρυλοῦσιν αὐτὸν οἱ σεβόμενοι ὅτι καὶ ἰάσεις πολλὰς ἐποίησε, λάβωμεν αὐτοῦ τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ ἀγάγωμεν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ συνάξωμεν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας τοῦ λαοῦ, καὶ χρίσωμεν αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἴδωμεν εἰ ἀληθῆ εἰσι τὰ λεγόμενα. Τότε προσήνεγκαν τῇ πλευρᾷ τοῦ Κυρίου βῆσσαν κατὰ τὸν τόπον τῆς σφαγῆς τῆς λόγχης, ὅθεν ἐξῆει τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ ἔπλησαν τὴν βῆσσαν. Καὶ ἀπαγαγόντες, ἐμπαίζοντες, ἵνα, ὡς ἐνόμιζον, ὑβρίσωσιν ἐπὶ πάντων, συνῆξαν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, πρῶτον πάντων παράλυτον, ὃν ἐκ γενετῆς ἤδεσαν αὐτὸν, καὶ προσαγαγόντες ἔχρισαν αὐτόν. Καὶ αὖθις ἀνεπήδησε, καὶ ἅλατο ὑγιανθεὶς καθόλου ὁ ἄνθρωπος. Εἶτα ἤγαγον τυφλοὺς, κἀκεῖνοι ὁμοίως χρισθέντες ἀνέβλεψαν δαιμονιῶντες ἀκαρίθμητοι παραυτίκα ἐκαθαρίσθησαν. Ταραχὴ γέγονε μεγάλη κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, πάντων ἐπιτρεχόντων διὰ τὰ ἄπειρα θαύματα. Ἐκινήθησαν πάντα τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων, τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν, ὡς μήτε τὴν συναγωγὴν αὐτῶν, καίτοι μεγίστην οὖσαν, χωρεῖν, μήτε τὸν τόπον, τοῦ πλήθους τοῦ ἀπείρου λαοῦ συνδραμόντος διὰ τὰ ἄπειρα θαύματα. Πάννες δὲ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ ὁ λαὸς, καὶ τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ παίδων, ἐπίστευσαν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, κράζοντες καὶ λέγοντες. Δόξα σοι, Χριστὲ, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐσταύρω-

6. Vos autem, filii, audite cætera, quæ ejus bonitas dispensavit. Postquam enim latus imaginis Domini lancea perforatus esset, cum efflueret sanguis et aqua, ut alibi dictum est, aiunt principes sacerdotum **294** et seniores populi : Quandoquidem cultores ejus jactitant eum multas curavisse infirmitates, accipiamus ejus sanguinem et aquam, deferamus in synagogam, ac cogamus omnes e populo qui ægritudine laborant, eoque illos ungamus, videamusque an vera sint quæ vulgo feruntur. Tum admota lateri Domini amphora ad locum ubi vulnus erat lancea inflictum, unde profluebat sanguis et aqua, impleverunt amphoram. Abducentesque ac illudentes, quo nullam non, ut sibi videbatur, contumeliam adhiberent, coegerunt omnes qui male habebant, primumque omnium paralyticum, quem ex nativitate ita se habere norant, abductumque unxerunt : qui statim exsiliit et exsultavit, omnino sanus. Deinde cæcos adduxerunt, qui similiter inuncti viderunt, dæmoniaci innumeri confestim purgati sunt. Tumultus magnus per totam urbem exortus est, omnibus ob infinita mirabilia accurrentibus. Commota est omnis Judæorum turba quæ habitabat in ista urbe, ita ut ne synagoga quidem eorum, maxima licet esset, capere posset, neque locus esset immensæ multitudini populi ob infinita miracula concurrentis. Omnes porro principes sacerdotum, seniores, populus, et turba Judæorum, virorum, mulierum et puerorum crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, clamantes ac dicentes : Gloria

tibi, Christe, quem patres nostri crucifixerunt, qui jam a nobis in imagine tua crucifixus es. Gloria tibi, Fili Dei viventis, qui tanta edidisti miracula. Tibi credimus : propitius nobis esto, et nos recipito. Hæc omnes clamabant, lugentes ; eorumque clamor ascendebat, dum ungerent principes sacerdotum, omnesque curarentur et reviviscerent.

7. Postquam autem sanati omnes fuissent, turbæ Judæorum ad episcopum illius Ecclesiæ, qui rem gestam jam didicerat, concurrere, clamantes : Unus Deus Pater, unus Filius ejus unigenitus, unus Christus, quem patres nostri crucifixerunt : ipsum esse Dem scimus, huic nos credimus. Cum multis ergo laudibus Deum celebrassent, imaginemque archiepiscopo ostendissent, renuntiassentque ea quæ ipsi perpetravérant in Christi imaginem, pariter indicabant sanguinem et aquam emanasse : qua ratione item ex latere imaginis effluxisset, quam immensa edita essent miracula. Tum omnis multitudo rogabat ut sibi sancti baptismi gratia tribueretur. Quos episcopus admissos, una cum illius Ecclesiæ clero, omnes multorum dierum spatio baptizavit. Synagogam vero consecravit in ecclesiam Salvatoris nostri Jesu Christi, ipsis scilicet rogantibus. Cæteras autem eorum synagogas in martyria convertit. Hinc magna exorta est lætitia in illa civitate, non modo curatis corporibus, sed tot animabus a morte ad vitam revocatis.

8. Hæc vobis ego, rei gestæ gnarus, significanda duxi, dilectissimi fratres, ad utilitatem animarum vestrarum : ut ea quoque in re, agnita Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi virtute, magis magisque in ejus fide confirmemini, atque exsultetis ob magna ejus miracula, nunc edita. Date igitur illi gloriam cum lætitia et compunctione cordis, in luctu gaudentes, gratiasque agentes ei de magnificentia sua ; quod nos vera in ipsum fide et cognitione sua donaverit. Etiam, filii mei dilecti, jam in præsenti agnoscamus virtutem immensi Dei et Domini nostri Jesu Christi. Et celebremus ejus bonitatem, veri scilicet Filii Dei viventis. Ipsum enim decent honor, imperium, magnitudo et magnificentia, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

σαν, καὶ ἀω' ἡμῶν νῦν σταυρωθεὶς ἐπὶ τῇ εἰκόνι σου. Δόξα σοι, Υἱε τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ τοσαῦτα ποιήσας θαυμάσια. Σοί πιστεύομεν· ἵλεως ἡμῖν γενοῦ, καὶ δέξαι ἡμᾶς. Ταῦτα ἐβόων ἅπαντες πενθοῦντες· καὶ αἱ βοαὶ αὐτῶν ἀνεπέμποντο, ἀρχιερέων χριόντων, καὶ πάντων θεραπευομένων καὶ ζωοποιουμένων.

7. Μετὰ δὲ τὸ πάντας ἰαθῆναι αὖθις πρὸς ἐπίσκοπον τῆς ἐκεῖσε Ἐκκλησίας, ἤδη μεμαθηκότα τὰ γενόμενα, τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων κατέδραμον, κράζοντες. Εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ, εἷς Υἱὸς αὐτοῦ μονογενής, εἷς Χριστὸς ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐσταύρωσαν· αὐτὸν Θεὸν οἴδαμεν, τούτῳ ἡμεῖς πιστεύομεν. Πολλαῖς οὖν εὐφημίαις δοξάσαντες τὸν Θεὸν, τήν τε εἰκόνα τῷ ἀρχιεπισκόπῳ δείξαντες, καὶ ἀπαγγείλαντες ἃ ἐποίησαν τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, τό τε αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ ἐμήνυον, καὶ τὸ πῶς ἐξελήλυθεν ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τῆς εἰκόνος, τῶν τε ἀπείρων θαυμάτων τὰ γεγονότα. Οὕτως ἅπαντα τὰ πλήθη τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀξιωθῆναι ἱκέτευον. Οὓς λαβὼν ὁ ἐπίσκοπος ἅμα τῷ ἐκεῖσε κλήρῳ πάντας ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐβάπτισε. Τὴν δὲ συνογωγὴν ἐκκλησίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀφιέρωσεν, ἐκείνων παρακαλεσάντων. τὰς δὲ λοιπὰς συναγωγὰς αὐτῶν μαρτύρια πεποίηκε. Καὶ ἐκ τούτου χαρὰ μεγάλη γέγονεν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, οὐ μόνον σωμάτων ἰαθέντων, ἀλλὰ καὶ τοσούτων ψυχῶν ἐκ νεκρῶν εἰς ζωὴν ἐπανελθόντων.

8. Ταῦτα γνοὺς ἐγὼ, ἐσπούδασα δηλῶσαι ὑμῖν, προσφιλέστατοι ἀδελφοὶ, εἰς ὠφέλειαν τῶν ψυχῶν ὑμῶν· ἵνα, γνόντες καὶ ἐπὶ τούτῳ τοῦ ἡμετέρου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν, πλέον τῇ εἰς αὐτὸν στερεωθῆτε πίστει, καὶ ἀγαλλιασθῆτε ἐπὶ τοῖς μεγάλοις αὐτοῦ θαύμασι τοῖς νῦν γεγενημένοις. Δότε οὖν αὐτῷ δόξαν μετ' εὐφροσύνης, καὶ κατάνυξιν καρδίας, καὶ θρήνῳ χαίροντες, καὶ εὐχαριστοῦντες ἐπὶ τῇ αὐτοῦ μεγαλειότητι, ὅτι τῆς αὐτοῦ πίστεως ἡμᾶς ἠξίωσε, καὶ τῆς αὐτοῦ ἐπιγνώσεως. Ναὶ, τέκνα μου ἀγαπητὰ, γνῶμεν καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος τοῦ ἀπεράντου ἡμῶν Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν. Καὶ δοξάσωμεν τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα τοῦ ἀληθινοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Αὐτῷ γὰρ πρέπει τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

295 Relatio miraculorum Domini nostri Jesu Christi, quæ per imaginem ipsius facta sunt in Beryto, Syriæ civitate, quinto Idus Novembris.

Apud Cæsaream Cappadociæ urbem præmaximam, convenientes de singulis urbibus Asiæ sanctissimi præsules, pro stabilimento sanctæ Ecclesiæ inierunt consilium. Siquidem apud eos de cruore lateris Domini nostri Jesu Christi non exiguus error exortus esse videbatur. Qua ex re, ut præfati sumus, in jam dicta urbe maximus congregatus est sanctorum episcoporum conventus, ut ex hoc errore in unum tractare deberent. Sed dum cuncti ex more in sanctam ecclesiam ad residendum se contulissent, Petrus beatissimus Nicomediæ urbis antistes, in medio eorum consurgens, ita ad universos exorsus est loqui : Si placet, inquit, vestræ sanctitati, o sanctissimi Patres, libellum unum Athanasii Alexandrinæ urbis magni episcopi, me vobis referre delectat. Sancta synodus respondit : Placet plane, et ut legatur optamus. Ad hæc ille libellum in medio protulit, et materiam ipsius tituli taliter aggressus est legendo.

SANCTI PATRIS ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

De passione imaginis Domini nostri Jesu Christi, qualiter crucifixa est in Beryto, Syriæ civitate libellus (17).

Dilectissimi itaque omnes filii sanctæ Ecclesiæ, A mentis vestræ oculos simul et aures erigite,et considerantes admiremini rem gestam, quam ad vestram scientiam transmittere cupimus. Cernite cuncti infinita Dei omnipotentis mirabilia, et ei laudes incessabiles reddite per sæcula. Contemplemini ejus ineffabilem per cunctas generationes benignitatis magnitudinem, multis modis luce clariorem,super humanum genus resplenduisse semper. Considerate sublime dispensationis ejus mysterium, et ideo ex nimia ejus pietate permoti, assumite planctum, lacrymasque amaras proferre mementote, ac singultibus super tale miraculum in nostra generatione patratum, quod pene omnibus sæculis est mandatum. Deo quippe nihil impossibile, sed etiam nec aliquid est difficile. Nam super ea, quæ B ipse modernis dignatus est patrare temporibus, omne cor obstupescit, audientium fugit visus, hebetatur auditus. Sicut enim in passione Unigeniti ipsius expavit cœlum, Dei cæca imago est reddita, radii quoque solis luce obtenebrati sunt, quinetiam terræmotus suo horrendo sonitu abyssi fundamenta valide exterruit, et mortuos plurimos, quos tenebat, eructavit vivificatos : ita et nunc secundo eadem signa pariter sunt innovata. Igitur audientes intelligite, intelligentes obstupescite, et ea quæ vobis intimare curamus, plena fide et aure intenta cordis percipite. Est autem hujusmodi series narrationis.

CAPUT PRIMUM.

Est quædam civitas in Syria, inter terminos Tyri et Sidonis posita. Berytus vocata, Antiochiæ vero C subdita. In hac urbe innumerabilis multitudo erat Hebræorum, quamvis eodem tempore civitas metropolitana obtineret dignitatem. Accidit autem,ut juxta synagogam Hebræorum, quæ magna valde habebatur, quidam Christicola a quodam suscepisset cellulam, censumque ei ex ea redderet. In qua dum ingressus esset ad habitandum, iconam Domini nostri Jesu Christi, quam apud se habebat, fixit in pariete contra lectuli sui faciem,quæ etiam continebat in se integram Domini staturam. Evoluto denique non parvo temporis spatio, jam prælibatus deicola perquirere studuit in alio loco ejusdem urbis spatiosam domum ad habitandum.Quam cum reperisset,tollens cuncta, quæ ad se pertinere videbantur, egressus est de cellula. Domini autem D providentia id agente, Jesu Christi Domini nostri iconam ibi neglectam reliquit. Hoc autem Domini occulto peractum est consilio, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, ut ostenderet cunctis se colentibus, suorum miraculorum virtutem ad increpationem impiorum, firmamentum quoque suorum fidelium.Factum est autem post hæc, ut Hebræus quidam eamdem cellulam susciperet ad habitandum. Quam ingressus, cum suis omnibus cœpit habitare in ea, minime contemplatus locum illum, qui Dominicam iconam apud se retinebat absconditam. Die vero quodam idem Hebræus de suis contubernalibus invitavit unum ad prandium. Epulantibus illis, elevavit Hebræus, qui invitatus fuerat, oculos, et vidit in interiori loco cellulæ ejus iconam Dominicam parieti connexam. Tunc vehementi furore exardescens, cœpit fremere dentibus adversus eum, qui ipsum convocaverat, dicens : Tu Hebræus cum sis, quomodo apud te Jesu illius Nazareni iconam habes repositam ? Convicia quoque et opprobria tanta adversus Dominum Salvatorem emisit,quanta nec aures fidelium sufferre possunt, nec nos scriptis tradere præsumimus, ob injuriam nostri Redemptoris. Judæus vero, qui illum malevolum convocaverat ad prandium, satisfacere illi cupiens, sacramentis terribilibus profitebatur, se aliquando minime, quam præmonstrabat, vidisse iconam. Ad hæc, qui invitatus fuerat, siluit. Finito. autem convivio abscessit et abiit ad summos sacerdotes et principes et dixit eis : Notum vobis sit quoniam Hebræus ille talis Jesu Nazareni iconam apud se retinet clanculo. At illi hæc audientes, dixerunt ad eum : Nunquid possunt vera esse quæ asseris ? non credimus, nisi demonstraveris. Ipse vero affirmabat,quia ego in domo ejus eam demonstrare curabo. Hæc illi audientes, maximam in iram deciderunt. Sed die illo, quia jam hora incumbebat vespertina, siluerunt. Mane vero facto, summi sacerdotes, principes et majores natu plebis Judæorum, assumentes secum illum, qui eum accusaverat,ad domum ipsius velocius festinaverunt. Videntes autem vera esse quæ dicta fuerant, facto impetu cum eo, qui hæc testificaverat, irruerunt in eum, multisque contumeliis ac variis cruciatibus affectum extra synagogam semivivum projecerunt.

CAPUT II.

Deponentes autem Domini nostri Jesu Christi iconam in terra, dixerunt ad invicem : Quoniam aures nostras tetigit non exigua opinio quod Jesum Nazarenum patres nostri diversis modis **296** illuserunt,ita et nos huic faciamus. Tunc cœperunt spuere in faciem imaginis Domini Salvatoris no-

(17) In editione Lugdunensi additur : *Temporibus Constantini Senioris, et Irenæ uxoris ejus ;* sed inepte. *Petrus Nicomediæ episcopus libellum hunc sancti Athanasii esse scribit, actione quarta synodi II Nicænæ, ubi iisdem fere verbis integer habetur,* tom. VII, p. 743.

stri, et percutiebant eum alapis, et inde dicentes: Quanta Jesu Galilæo nostri genitores fecerunt, eadem et nos huic ejus imagini faciamus. Innumerabilibus itaque illusionibus Dominicam illuserunt iconam. Iterum dicunt: In ejus passione scriptum esse agnoscimus, quod ejus pedes et manus in cruce confixæ sunt: nos vero, quamvis moderniores tempore, nil prætermittentes, addamus et hæc. Tunc crucifigentes iconam Dominicam, clavos acutissimos adhibuerunt in manibus, et pedibus illius imaginis. Post hæc permoti magis ac magis fellis amaritudine, dicunt inter se: Audivimus quod patres nostri Jesu Galilæo acetum et fel in potum cum spongia præbuerunt, hoc et huic faciamus. Quod et sic fecerunt, apponentes ad os sanctæ iconæ nostri Redemptoris acetum cum felle mistum. Nec sic itaque cordis sui malitiam refrenantes, iterum dicunt: Didicimus quod nostri majores coronam contextam de spinis capiti illius crucifixi circumposuerunt, postmodum arundine percusserunt insultantes ei, et nos igitur nequaquam postponentes idipsum faciamus. Cumque coronam spineam capiti illius circumposuissent, accipientes arundinem, percutiebant caput imaginis illius, qui caput est omnium sanctorum. Ad extremum vero, cum insaniam suæ mentis tolerare non possent, dixerunt: Sicut veraciter didicimus, patres nostri latus Jesu lancea aperuerunt; nos vero, ne aliquid minus fecisse videamur, et hoc ipsum adjiciamus. Nullam ad hæc moram mediam fecerunt, et afferri lanceam jusserunt, et præceperunt cuidam Hebræo tollere eam, et valido ictu latus dextrum iconæ illius transfodere. Cumque tam maximum facinus fuisset perpetratum, res mira vehementer stupenda, nulloque unquam sæculo audita ibi repente est effecta. Nam ipsius vulneris locus aqua et sanguine illico cœpit decurrere. Et sicut in passione Dei Filii Salvatoris mundi, olim contigit cœlum expavisse, ita nunc quoque pariter, Deo præstante, eadem innovantur sive reparantur. Vere enim in hoc facto non solum elementa mundi concuti potuere, sed etiam virtutes supernæ tale facinus exhorruere. Tibi ergo, Christe, cum Patre, Spirituque sancto sit gloria indeficiens. Quis enim est sicut tu, Domine, et quis est Deus faciens mirabilia, signa, et terribilia et obstupescenda in cœlo et in terra? O admirabilis Mediator Dei et hominum, homousion, mundi Redemptor ac Salvator, totius bonitatis et pietatis fons et origo! O quantus es, Domine Jesu, in humilitate, qui cum esses Deus, morticinum nostræ carnis suscipiendo, homo fieri dignatus es, pro salute generis humani, quem impii et crudeles paulo minus ab angelis minoratum cernentes, horribili morte plectere non erubuerunt! O quam magnus es, noster Salvator, in patientia, qui in tempore tuæ traditionis, tuo proditori ad te venienti osculum præbere non renuisti, et servo Malcho apostoli gladio abscissam auriculam redintegrasti, quando ad passionis victimam velut ovis mansueta ducebaris! O quantus es in misericordia, Christe! spes unica mundi, qui cum in cruce teipsum hostiam Deo Patri exhibuisses sanctam et immaculatam, pro tuis crucifixoribus veniam postulasti, dicendo ad Patrem: « Pater, ignosce illis; quia nesciunt quid faciunt. » Tunc quidem pro nostra salute incurvatus, in eadem carne, quam ex Virgine sancta et immaculata assumpseras, mortem pertulisti crudelem. Et qui eras in substantia cum Patre sanctoque Spiritu unus et impassibilis exsistens et invisibilis, condoluisti humanam perire naturam. Et ideo in hanc lacrymarum vallem descendens, pro nostris erratibus et piaculis formam servilem suscepisti, in qua te permisisti ab iniquis teneri, flagellari, ad ultimum vero crucifigi. Nunc autem in sancta imagine tua crucifigeris, Domine, iterum ad confusionem impiorum omnium fidelium [infidelium], et ad corroborationem omnium in te credentium. Et ideo tibi omnipotenti Deo, una cum Patre Spirituque sancto, gloria sit, per cuncta sæculorum sæcula, decus et fortitudo, virtus atque victoria. Amen.

CAPUT III.

Audite, omnes Ecclesiæ filii, cætera, quæ postmodum facta sunt; ipsius enim mysterii fuit dispensatio. Postquam enim, ut superius dictum est, latus sanctæ imaginis illius lancea apertum est, continuo exivit sanguis et aqua. Dixerunt autem principes sacerdotum: Afferatur vas ad locum vulneris, et videamus exitum rei. Qui illico detulerunt hydriam, et ad locum vulneris, unde sanguis et aqua decurrebant, statuerunt. Quæ absque ulla mora subito repleta est. Dixerunt autem ad invicem: Quoniam susurrant Christum colentes, quod signa et mirabilia multa inaudita fecerit in mundo, quæ nemo alius potuit agere: accipiamus hunc sanguinem, et aquam hanc, et deferamus ad nostram synagogam, et congregemus universos qui se male habent, et ex hoc perungamus eos: et si vera sunt ea, quæ de Christo dicuntur, continuo sanabuntur: sin alias, ostentui habeantur a nobis cuncta, quæ suis sequacibus astruuntur de eo. Hæc dicentes hydriam deferunt ad synagogam, æstimantes se Christo Jesu Domino nostro æterni Regis Filio maximam inferre posse injuriam. Congregaverunt igitur quoscunque repererunt languidos, et in conspectu cunctorum Hebræorum introducti sunt in synagogam, inter quos quidam provectæ ætatis erat homo, quem a nativitate sua gravissime possederat corporis molestia, quæ Græca locutione παράλυσις, Latina vero, dissolutio membrorum, dicitur. Hic dum primum ab eis fuisset perunctus, repente de suo grabato, quasi cervus exsiliens, ad laudem Filii Dei incolumis redditus, ad propria remeavit. Deinde adducentes cæcos nonnullos, loca eorum luminum perungere studuerunt. Qui ipsi statim in Jesu Christi nomine discussa cæcitate, post multos annos, lumen amissum recipere me-

ruerunt. Ægrotantes autem plurimi ad hoc spectaculum sunt adducti, manibus post terga revinctis. Cumque et illi fuissent peruncti, mirabili Dei virtute undique perfusi, sensu redintegrato pristino, ad propria dum revertuntur sanissimi, laudes Dei omnipotentis Filio Jesu Christo Domino Salvatori nostro persolvuntur ab omni populo. Tumultus autem exortus est magnus, per totam eamdem urbem concurrentibus omnibus, propter innumerabilia quæ fiebant miracula. Et quicunque variis languoribus infirmos possessos habebant apud se, illuc eos deducentes perungebant, et statim sanitatem, quam desiderabant, consequebantur. Omnes autem, ad quoscunque pervenire potuit opinio, afferentes infirmos, quos habere poterant in domibus, paralyticos, cæcos, claudos, surdos, mutos, et leprosos, sive aridos, deducebant eos ad synagogam Judæorum, ubi hæc fiebant signa divinitus. Sed quamvis maxima esset hæc eadem synagoga, nequaquam tamen recipere poterat supervenientium multitudinem. Infinitæ enim erant populorum catervæ, quæ undique illuc confluebant propter innumerabilia miracula et prodigia, quæ pro sua nimia prolixitate, ne fastidium 297 generarent, transgrediendo prætermittuntur. Omnes autem principes sacerdotum, et seniores, et omnis turba Judæorum, parvulorum, ac majorum, et mulierum, videntes quæ facta fuerant, crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, et dicebant : Gloria tibi sit, æterne Deus, et omnipotens. Pater, qui nobis indignis, quamvis sero, revelasti unicum Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum : quem, ut Isaiæ vaticinium cecinit, Virgo concepit, et Virgo peperit, ac post partum Virgo permansit. Gloria sit tibi, Christe, quem patres nostri verum Deum et verum hominem, in cruce morte horribili afficere non metuerunt. Qui nunc etiam a nobis iterum passus es te imagine tua cruci affigere. Gloria sit tibi, Christe Fili Dei, qui tanta mirabilia nobis miseris demonstrasti. Tibi credimus, tu nobis esto propitius et nos suscipere dignare, quia ex toto corde, et tota anima atque virtute ad te confugimus. Hæc et his similia clamantes dicebant, lacrymas autem amaras emittebant et singultus.

CAPUT IV.

Postquam autem curati sunt cuncti qui ægritudine detinebantur, occurrit omnis multitudo Judæorum ad domum sanctæ ecclesiæ, quæ in eadem urbe erat, ubi metropolitanus. Cujus provoluti vestigiis, se peccasse, se graviter deliquisse, magnis vocibus fatebantur. Qui cum ab eis perquireret omnem rei gestæ veritatem, sanctam iconam Domini Salvatoris eidem demonstrantes, annuntiaverunt cuncta quæ in ea exercuerant. Et qualiter ab ictu lanceæ sanguis et aqua emanavit ex latere ipsius, necnon et de mirabilibus ab ea ostensis illi retulerunt per ordinem. Ille vero interrogabat, qualiter icona ipsa ab eis fuisset reperta, et si ab aliquo eam excepissent. At illi retulerunt ei, quod quidem Christicola per oblivionem in cellula synagogæ proxima dimisisset eamdem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim jubetur inquiri, et repertus in præsentia domini metropolitani statuitur. Cumque ab eo studiosissime fuisset interrogatus, quomodo, icona apud se devenisset, vel a quo tam mirabiliter posita esset, respondit dicens : quod Nicodemus, qui ad Jesum nocte venerat, propriis manibus eam composuisset, et moriens Gamalieli tradidisset. Gamaliel autem doctoris gentium Pauli διδάσκαλος, cum diem sibi cerneret adesse extremum, Jacobo eam reliquit, et Jacobus Simeoni, et Simeon Zacchæo ; et sic per successores temporum in Jerosolyma perduravit, usquequo subversio illius urbis patrata est quadragesimo et tertio anno post ascensionem Domini Salvatoris ad cœlos. Sed biennium antequam Titus et Vespasianus eamdem subverterent urbem, admoniti sunt a Spiritu sancto fideles atque discipuli Christi, ut relicta urbe, ad regnum se transferrent Agrippæ regis, quia ipse tunc Agrippa Romanis fœderatus erat. Qui egressi ab urbe, omnia quæ ad cultum nostræ religionis vel fidei pertinere videbantur secum auferentes, in has regiones transtulerunt se. Quo tempore etiam icona, cum cæteris rebus ecclesiasticis deportata, usque hodie in Syria permansit, quam ego ipse a parentibus ex hac luce migrantibus mihi traditam, jure hæreditario usque nunc possedi. Hæc certa et manifesta ratio est de icona sancta Domini Salvatoris, qualiter de Syria in Judææ partes devenit. Auditis his sermonibus reverendissimus metropolitanus, valde hilaris redditus, conversus ad populum Israeliticum dicebat : Convertere, Israel, ad Dominum, Patrem universorum viventium, et adora nobiscum ejus Filium, per quem sunt omnia creata, et Spiritum sanctum, qui est vivificator cunctorum viventium, et illuminator nostrarum animarum. Festina debitum absolvere votum. Omnis autem turba stirpis Judaicæ clara voce cœpit cantare et dicere : Unus Deus Pater, et ipse ingenitus. Unus Filius, et ipse unigenitus Christus, quem patres nostri crucifixerunt, et nos ipsum agnovimus verum Dominum. Unus Spiritus sanctus et ab utroque procedens, per quem veraciter nos credimus esse salvandos. Hæc dicentes, prostrati genibus ipsius, veniam postulabant de suis consequi sceleribus per baptismi remedium. Quod suscipiens beatus antistes cum suis clericis, per dies plurimos de disciplina erudivit Christiana. Ad ultimum vero catechumenos factos, et triduano peracto jejunio, ex aqua et Spiritu sancto regeneravit eos.

CAPUT V.

Postquam vero baptismum consecuti sunt, rogabant enixius sanctum virum, ut synagogam suam ecclesiam consecraret in honorem sancti

Salvatoris mundi. Quorum petitionem minime aspernatus, synagogam illorum, quæ major esse videbatur, in nomine unigeniti Dei Filii Redemptoris mundi consecravit. Ex tunc itaque per diversas orbis terræ nationes et provincias mos inolevit, ut basilicas plurimas vel oratoria, pontifices Christianæ legis, in honore sancti Salvatoris mundi condere et dedicare non desinant. Nam antea antiquiores nostri, vel majores, hoc peragere minime præsumpserant. Sed ad narrationis nostræ ordinem reflectamus articulum. Rogaverunt autem metropolitani præfatum virum, ut cæteras synagogas eorum in honore quorumdam beatorum martyrum consecrando reconciliaret. Itaque et huic petitioni libenter animum accommodavit, et quæ illi suggesserunt Dei juvamine fretus, cuncta explevit devotus. Factum est gaudium magnum in civitate illa, non solum de sanitate corporum, quæ emanaverat maxima, sed et de tantis animabus, quæ ab interitu Satanæ ad vitam æternam fuerant revocatæ.

CAPUT VI.

Venerabilis vero et summus antistes, die noctuque variis fluctuabat cogitationibus de hydria, quæ Dominicum intra se retinebat cruorem, valde hæsitans, quid de ea opportunum fuisset peragere. Tandem autem salubri reperto consilio, omnium Ecclesiarum, quæ per orbem terræ longe lateque consistebant, inæstimabile atque profuturum providit consolationis remedium. Denique ampullas præcepit fieri vitreas, in quibus portiones misit singulas de sanguine et aqua, quæ de imagine Domini Salvatoris nostri deccurrerant, quas etiam per Asiam, Africam, Europam, per suos nuntios dirigens, cuncta, quæ apud urbem jam dictam suo tempore contigerant, devenisse suis scriptis vel eloquiis manifestissime universis sanctæ Ecclesiæ filiis viriliter declaravit. Hoc insuper ab eis efflagitans, ut per annos singulos in mense Novembri, qui apud Hebræos est nonus, apud nos vero mensis undecimus, nono die ipsius mensis, id est quinto Idus Novembris, non minori reverentia, quam natalis Domini vel Paschalis, ista dies præcipua observatione colatur.

CAPUT VII.

Hæc est vera et vehementer credula ratio de cruore lateris Domini nostri Salvatoris, qui profluxit de sancta imagine ipsius, quæ crucifixa est in Syria, in Beryto civitate. Hic etiam sanguinis ille **298** Dominicus, qui apud plerosque repertus esse dicitur. Nec esse aliter æstimandum est a vere Catholicis, præter id, quod scribitur a nobis, quasi ex carne et sanguine Christi aliquid possit in mundo inveniri, nisi illud quod in ara altaris per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur. Hæc ergo sciens, amantissimi patres et fratres, acceleravi declarare vobis, ad ædificationem animarum vestrarum, id incrementum vestræ fidei, ut et in hoc scire valeatis, quanta sit virtus et pietas Domini Salvatoris nostri Jesu Christi. Idcirco in fide fortes estote, et congaudete super magna et obstupescenda ejus miracula, quæ in nostra generatione a Deo sunt patrata. Et date illi gloriam cum lætitia gaudentes, et cum nimia cordis compunctione ejus majestati immensas gratias agite, eo quod fidei suæ et scientiæ dignos vos fecit esse. Ipsi Christo Jesu Salvatori nostro, cum Patre, sanctoque Spiritu gloria sit honorque, laus etiam perennis : qui sempiternum atque divisum absque initio et fine obtinet imperium. Amen.

SERMO SANCTI ATHANASII EPISCOPI, DE NOVIS ET MODERNIS MIRABILIBUS IMAGINIS DOMINI (18).

Elevate oculos sensus vestri, universi sanctæ Christianæ religionis fratres et patres, et considerate hanc novam admirationem quæ facta est, quam his temporibus ostendit Deus nobis, et date gloriam nomini ejus. Considerate ineffabilem humanitatem ac magnitudinem divinæ ordinationis, et lamentationem cum lætitia sumite. In Deo quidem nihil extraneum est, quia Deus noster potens est. Quoniam autem in diebus nostris circa nos notam fecit Deus virtutem suam, obstupescit omne coraudientium pro enormitate sceleris, et magnitudine mirabilium Dei. Conturbata est iterum abyssus, sol et luna obtenebrati sunt a facie iniquitatis ; sed et omnes virtutes cœlorum et ornatus eorum laudem et gloriam dederunt Deo, qui magnificentiam et virtutem operatus est in Filio suo. Audite igitur, fratres, verbum quod factum est in diebus nostris, et obstupescite ; intelligentes intelligite, et inclinate corda vestra ad magnalia Dei. Est civitas quæ vocatur Byritho, ac jacens inter terminos Tyri et Sidonis, præbens tributum Antiochiæ. In hac autem civitate multitudo erat Judæorum, et synagoga erum magna valde. Accepit autem quidam Christianus dato pretio cellulam a quodam in pensionem, in qua habitans fixit imaginem Salvatoris nostri Jesu Christi in conspectu lecti sui : et statura quidem picturæ non magna, sed mediocris, quæ tamen totam imaginem Salvatoris contineret. Aliquantum temporis fluxit, et substantia viri illius valde crevit, utpote ubi miseratio et dispositio Dei mirabiliter operari cœpit ; ampliorem sibi Christianus ille ad divertendum quærere cœpit domum. Tollens autem omnem supellectilem suam, transtulit a supradicta cella, quæ et ipsa valde contigua erat syn-

(18) Ex codice ms. S. Germani a Pratis, n. 108.

agogæ Juuæorum, ad alium quem sibi inhabitandum elegerat locum, solius imaginis Domini immemor factus, quod et per providentiam Dei ita contigit accidisse. Rursus vero Judæus quidam accepit in pensionem eamdem cellam, ubi imago Domini relicta mansit, et introducens omnia sua, ibidem conversari cœpit non cognoscens aut aliquando perspiciens imaginem Domini, eo quod ex adverso velut in occulto reposita staret. In una autem dierum invitavit ipse quemdam alium Judæum ad prandium secum : et inter prandendum elevans oculos suos ille qui vocatus venit Judæus, vidit imaginem Domini nostri Jesu Christi. Et ait : Dum tu es Judæus quomodo hanc imaginem habes ? Et injurias quidem multas et nefandas dixit contra Salvatorem ab hora qua sanctam imaginem aspexit, quod et jam nefas duxi scribere, et satis ei fecit ille qui eum invitavit, quod ex eo tempore quo in eadem domo conversari cœpit, imaginem Domini ibidem non cognoverit. Surgens autem cum indignatione, abiit ad principes sacerdotum. Comperientes autem quæ facta sunt, dixerunt ei : Potes hoc nobis demonstrare ? At ille certioratus est dicens, quoniam ego vobis hoc exhibebo in domo ejus. Itaque transacta hora vespertina, illo die siluerunt. Mane autem facto summi principes sacerdotum et seniores populi, turba quoque multa gentis eorum abierunt in domum ubi stabat imago Domini nostri Jesu Christi. Et pervenientes domum impetu facto irruerunt principes et seniores populi, prævio duce Judæo illo qui illis annuntiaverat, et invenerunt imaginem Domini nostri stantem sicut dictum est ad illos. Irati valde circa Hebræum illum qui ibidem inhospitabatur, extra synagogam eum expulerunt. Deponentes vero sanctam imaginem, dixerunt : Quoniam sicut audivimus quod patres nostri huic olim illuserunt, et nos illudamus. Tunc cœperunt exspuere in faciem ejus, et percutiebant eam. Dixeruntque ; Quanta fecerunt ei patres nostri, et nos omnia faciamus : et conviciabantur ei multis criminosis sermonibus, quæ etiam pro enormitate sceleris scribere nefas fuit. Item dixerunt, quia confixerunt manus ejus et pedes, hoc et nos faciamus. Configentes autem manus et pedes, adjecerunt dicentes : Audivimus quia acetum et fel dederunt ei porrecta spongia; hoc idem et nos impleamus. Et admota arundine cum spongia plena aceto cum felle, apposuerunt ori ejus, addideruntque iniquitatem super iniquitatem dicentes: Didicimus quod arundine percusserunt caput ejus patres nostri, similiter et nos faciamus : et percusserunt arundine caput ejus. Finitis vero omnis his, dixerunt : Sicut lancea latus aperuerunt, ita et nos confodiamus. Et perforato lancea latere ejus, exivit sanguis et aqua. Gloria tibi, Christe, gloria tibi, Fili Dei vivi, qui de supernis sedibus descendisti pro salute nostra tuam exhibere præsentiam, et pro liberatione nostra cum immortalis esses, morti te tradidisti. O inæstimabilis benignitas Salvatoris nostri Dei, ut fidelibus tuis rememorareris antiqua tuæ pietatis opera ! Hæc mirabilia tua cœlo et terris stupenda. Oculos mentis vestræ, et exhilarate corda, quia hodie facta est nobis redemptio, et jugum captivitatis vestræ contritum. Audite ergo, et glorificate Deum pro beneficiis quæ adhuc vobis ministravit. Principes sacerdotum postquam lancea latus Domini confoderunt, dixerunt : quia per universam terram divulgata sunt signa et virtutes plurimæ, quæ fecit Jesus Nazaremus, recipiamus sanguinem de latere ejus, et omnes infirmos et male habentes per universam synagogam inde spargamus, ut experiamur virtutem Christi, et si vera sunt quæ de illo dicta sunt. Et supponentes ampullam vitream ad locum vulneris, receperunt in eam aquam et sanguinem de latere Domini decurrentem. Adhuc ipsis non credentibus, sed injurias et blasphemias inferentibus, portabant ampullam plenam salute et virtute ad locum in quo multitudo languentium coadunata fuit. Primum quidem omnium paralyticum quemdam a nativitate adeunt liquore sancto perungunt et incolumitati reddunt; cæci quam plurimi a tactu sanctæ perunctionis gaudium receperunt luminis. Dæmoniaci ad odorem divinæ virtutis quotquot offerebantur, curabantur.

Ubi autem celebre hoc factum est verbum per universam civitatem, alii atque alii se **299** cum ægrotis suis inferentes, de agris, vicis et domibus cum multitudine infinita profluebant et salvi fiebant. Repleta est autem synagoga eorum paralyticis, claudis, dæmoniacis, leprosis, aridis, cæcis multis, surdis et omni genere morborum ægrotantibus, et a quocumque genere detinebantur, sanabantur. Videntes autem principes sacerdotum et omnis congregatio eorum, signa et prodigia magna quæ fiebant, cum mulieribus et infantibus credentes clamabant Deo Patri et Jesu Christo Filio suo, atque Spiritui sancto : Unus Deus Pater, unus Christus Dei Filius, unus ex utroque procedens Spiritus sanctus, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat Deus in sæcula. Amen. Gloria tibi, Christe, quem patres nostri ignorantes quidem crucifixerunt. qui nunc et a nobis in sancta imagine tua crucifixus es. Gloria tibi, Fili Dei vivi, qui per signa potentiæ tuæ illuminasti cæcitatem cordium nostrorum et ad tuam misericordiam traxisti. Tibi credimus, propitius esto nobis, et suscipe lacrymas et pœnitentiam nostram : ne forte pro magnitudine scelerum, infernus aperiens os suum deglutiat nos qui cum patribus nostris mirabilia magna fecisti, et beneficia innumerabilia præstisti. Parce iniquitatibus nostris, et medere animabus nostris ; et clamor magnus fiebat clamantium et Deum invocantium. Sanatis vero omnibus qui advecti venerant infirmis, principes sacerdotum et omnis multitudo eorum ad episcopum civitatis cucurrit, una voce clamantes : Unus Deus Pater, unus Jesus Christus Filius ejus Deus, quem patres nostri crucifixerunt,

unus et Spiritus sanctus Deus. Et confitentes peccata sua, ipsam sanctam imaginem ostenderunt episcopo, narrantes etiam qualiter sanguis et aqua de latere ipsius cucurrit, et quanta mirabilia facta sunt. Episcopus autem universaliter indicto jejunio omnes regeneravit sacro baptismate, quos ipse omnes suscepit. Synagogam quidem eorum principalem ecclesiam consecravit in honorem Salvatoris nostri Jesu Christi : cæteras vero synagagas eorum dedicavit ecclesias in honorem apostolorum et martyrum : factumque gaudium magnum, non solum quod tanta corpora curata sunt, sed quod et animæ multorum de morte ad vitam translatæ sunt. Hæc sciens ergo, dilectissimi fratres, acceleravi manifestare vobis ; ut in hoc etiam cognoscentes virtutem et misericordiam Domini nostri Jesu Christi, amplius confirmati sitis in fide, et gratiarum actiones illi reddatis pro mirabilibus et beneficiis quæ Dominus ostendit. Decrevit sancta Romana et Antiochensis Ecclesia diem v Iduum Novembrim solemnem agi, in quo hæc facta sunt ad laudem Domini nostri Jesu Christi, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

IN SEQUENS OPUSCULUM MONITUM.

Perperam titulus Athanasii nomen præfert, cum sit hoc opusculum alius cujusdam scriptoris qui, ut augurari licet, Photii ævo hæc scripserit, quando oborta quæstio est de additione Filioque *in Symbolo facta. Pro virili ergo pugnat hic homo, Spiritum sanctum, nec ex Filio, nec per Filium procedere. Multum tamen negotii faciunt aperta Athanasii hic allata testimonia, unde fortasse fuerit quod Athanasii nomen inscriptio ferat : Gregorii item Nysseni et Cyrilli loca, quibus liquido affirmatur ex Patre Filioque Spiritum sanctum procedere. Iis ut occurrat scriptor iste, vanissima utitur distinctiane : ait enim, ut duplex est generatio Filii, æterna alia, aliaque temporanea, ita duplicem esse Spiritus sancti processionem ; æternam aliam ex solo Patre, temporaneam secundam, qua ex Patre, Filio, atque seipso mittitur et datur. Quod gratis sane excogitatum commentum exsufflatus ex Athanasiis locis compluribus in Præfatione, ubi de Spiritus sancti processione agitur, allatis, maximeque ex eo loco* : Filius in Patre fons est Spiritus sancti. *Quis enim negaverit fontem, primam significare originem ? Ibi videsis.*

ATHANASII PATRIARCHÆ ALEXANDRINI, EX SERMONE CONTRA LATINOS (19).

1. At non ita (sentiunt) qui Christi sunt ; sed sicut ille, qui ait : « Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit[13], » his declarat Patrem solum esse Spiritus sancti productorem : eadem quoque isti ratione, magistro obtemperantes, ex solo eum Patre aiunt procedere. Quod si quis dixerit, nusquam dici Spiritum ex solo esse Patre ; is audiat, eum qui de illo scribit, haud aliter quam ex divinissimorum Patrum nostrorum doctrina, illud ferre testimonium. Ut enim illi Spiritum sanctum dicunt ex Patre procedere, sumpto ex Domini ipsius ore argumento ; ita subsequentes scriptores consequenter declararunt. Nec quisquam est illorum qui ex Filio vel per Filium dicat ipsum procedere ; nisi fortasse quispiam id dicat de alia profusione, seu manifestatione ac missione donorum Spiritus sancti. Ea quippe ratione quanquam ex Patre manifestatur Spiritus sanctus ad dispensationem, ita quoque ex Filio, ut docet regula veritatis. Et quandoquidem idipsum omnes uno consensu dicunt, nemoque unus est qui hac in re dissonet, propalam est ex solo Patre Spiritum suam habere subsistentiam : siquidem hujusmodi emanatio subsistentia est. Quemadmodum enim hoc omnium dictum, Filius est Patris fetus, ita intelligitur, ut ex solo Patre sit Filius,

[13] Joan. xv, 26.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ, ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΛΑΤΙΝΩΝ ΛΟΓΟΥ.

1. Ἀλλ' οὐχ οὕτως οἱ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνος τό· « Ὅταν ἔλθῃ, λέγων. ὁ Παράκλητος ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦγα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· » μόνον ἐντεῦθεν προβολέα τὸν Πατέρα τοῦ Πνεύματος ἀποδείκνυσιν· οὕτω καὶ οὗτοι τῷ διδασκάλῳ πειθόμενοι ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου τοῦτό φασιν ἐκπορεύεσθαι. Εἰ δέ τις ἐρεῖ, ὅτι οὐδαμοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκ μόνου λέγεται τοῦ Πατρός· ἀκουέτω ὁ τοιοῦτος, ὅτιπερ ὁ περὶ τούτου γράφων οὐκ ἄλλως ἐπιμαρτύρεται ἢ κατὰ τὴν τῶν θειοτάτων Πατέρων ἡμῶν διδασκαλίαν. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρός φασιν ἐκπορεύεσθαι, τὴν αἰτίαν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κυριακοῦ λαμβάνοντες στόματος· οὕτω καὶ οἱ καθεξῆς λογογράφοι καὶ συγγραφεῖς ἀκολούθως διαγορεύουσιν. Οὐ μέντοιγέ τις αὐτῶν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦτό φησιν ἐκπορεύεσθαι· εἰ μή πως ἐρεῖ τις τὴν ἄλλην πρόχυσιν, εἴτουν φανέρωσιν καὶ ἀποστολὴν τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος. Πρὸς ταύτην γὰρ, καίπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς φανεροῦται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πρὸς ἐπινέμησιν, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καθὼς ὁ τῆς ἀληθείας διδάσκει κανών. Καπειδήπερ ἅπαντας τὸ αὐτὸ λέγοντες συμφώνως καὶ ἓν κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου παράδοσιν, καὶ οὐδαμοῦ φαίνεταί τις διαφωνῶν· εὔδηλον, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἔχει τὴν ὕπαρξιν· εἴπερ ἡ τοιαύτη ἐκπό-

(19) Ex codice Regio 2271 nunc 451. p. 155, ad marginem operis sancti Justini ad Zenam.

ρευσις καθέστηκεν ὕπαρξις. Ὥσπερ γὰρ πάντων λεγόντων, γέννημα Πατρὸς ὁ Υἱὸς, συνεπινοεῖται καὶ τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς κατὰ τὴν προαιώνιον γέννησιν· οὕτω καὶ πάντων λεγόντων τὸ Πνεῦμα πρόβλημα Πατρὸς, συνεπινοεῖται καὶ τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, κατὰ τὴν προαιώνιον πρόβλησιν· εἰ μόνος ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, καὶ μόνον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Κατὰ δὲ τὴν ὑστέραν πρόχυσιν, εἴτουν ἐπινέμησιν καὶ χορηγίαν τὴν πρὸς τοὺς ἀξίους, ὥσπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, οὕτω καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Καθάπερ δὲ καὶ τὴν ὑστέραν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, εἴτουν ἐπιδημίαν τὴν πρὸς ἡμᾶς, οὐκ ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνον δοξάζομεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Πνεύματος. Καὶ πειθέτω σε ἡ τοῦ ἀρχαγγέλου φωνὴ πρὸς Ἰωσὴφ λέγουσα τὸν ἄνδρα Μαρίας τὸ, « Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. » Εἰ δὲ βούλει μαθεῖν, ὅτι καί τινες ἐκ τῶν ἡμετέρων μεγάλων ἁγίων ἀπεφήναντο τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, ἤδη τὸν μέγαν τῆς ἡμετέρας Ἐκκλησίας ἥλιον Κύριλλον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, τοῦ κόσμου πντὸς, πρὸς τοῦτο λάμβανε μάρτυρα· ἐν γὰρ τῷ Περὶ Τριάδος λόγῳ αὐτοῦ ὧδέ πως σαφῶς παριστᾷ. Ἡ παναγία, φησὶ, καὶ σεπτὴ Τριὰς, πρὸ πάντων αἰώνων καὶ εἰς ἀεὶ ὑπάρχουσα, ἄχραντός ἐστι καὶ ἀΐδιος, ἀσώματος, ἀκατάληπτος, ἀπερίληπτος, περιληπτικὴ δὲ τῶν ἁπάντων, καὶ συγκρατοῦσα τὸ πᾶν, ἀγαθὴ, προνοητικὴ, δημιουργὸς τῶν ἁπάντων, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, ἀπαθὴς, ἀναλλοίωτος, ἄτρεπτος, νῷ ἀνθρώπων καὶ ἀγγέλων καὶ τῇ κτιστῇ φύσει ἀκατάληπτος· ὁμοούσιος ἐν ἑαυτῇ, ἀκοινώνητος δὲ κατ' οὐσίαν πάσῃ τῇ κτίσει· γινωσκομένη μόνον ὑφ' ἑαυτῆς, ὑπ' οὐδεμιᾶς φύσεως τῆς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ καὶ τῆς ὑπὲρ κόσμον τοῦτον· μονὰς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, εἴτουν προσώποις, καὶ Τριὰς ἐν μονάδι θεότητος, ἤτοι μιᾶς οὐσίας γινωσκομένη. Ταύτης τῆς ἁγίας καὶ σεπτῆς μονάδος, αἱ προσκυνηταὶ τρεῖς ὑποστάσεις γινώσκονται καὶ πιστεύονται· ἐν Πατρὶ ἀνάρχῳ, ἀναιτίῳ, ἀγεννήτῳ, ἀΐδίῳ· καὶ ἐν Υἱῷ μονογενεῖ γεννηθέντι ἀῤῥήτως, καὶ ἀπαθῶς καὶ ἀφράστως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ Πατρὸς, καὶ διὰ τοῦτο ὁμοουσίῳ καὶ ἴσῳ τῷ Πατρὶ, χωρὶς τῆς πατρότητος, ἀρχὴν δὲ καὶ αἰτίαν τὸν Πατέρα ἔχοντι γεννητῶς· καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ζωοποιῷ προσκυνουμένῳ, ἐκπορευομένῳ ἐκ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός. Οὐ γεννητῶς καθάπερ ὁ Υἱὸς, ἵνα μὴ δύο Υἱοὶ ἐν τῇ Τριάδι· ἀλλ' ἐκπορευομένῳ, καθάπερ εἴρηται, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, καὶ ἀπὸ στόματος· πεφηνότι δὲ δι' Υἱοῦ, καὶ λαλήσαντι ἐν τοῖς ἁγίοις προφήταις καὶ ἀποστόλοις. Ἀλλὴν, ὡς εἶπον, τῆς οὐσίας αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχοντι, καὶ τὸ ὁμοούσιον ἔχοντι πρὸς Πατέρα καὶ Υἱόν. Ἀκοινώνητον δὲ καὶ αὐτό ἐστιν. ὥσπερ καὶ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον.

A secundum **300** eam quæ ante sæcula est generationem ; ita cum dicant omnes, Spiritum esse a Patre productum, intelligitur ex solo Patre Spiritum esse, secundum eam quæ ante sæcula est productionem : si solus ex solo Patre est Filius, solus ex solo Patre est Spiritus sanctus. Quod spectat autem secundam profusionem, sive dispensationem, qua datur iis qui digni sunt ; sicut ex Patre est Spiritus, ita et per Filium et ex Filio. Quemadmodum et postremam Filii generationem, ejus scilicet ad nos adventum, non ex solo esse Patre, sed etiam ex Spiritu sancto existimamus. Ejusque tibi rei fidem faciat angelica vox ad Josephum virum Mariæ facta : « Noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est [14]. » Quod si ediscere B cupias aliquos ex magnis apud nos sanctis, affirmasse ex solo Patre Spiritum sanctum procedere, jam tibi magnum Ecclesiæ nostræ, imo totius orbis solem, Cyrillum hujusce rei accipe testem : in suo namque *De Trinitate* libro aperte ita loquitur. Sanctissima, inquit, et veneranda Trinitas, quæ ante omnia sæcula est et semper futura, incorrupta est, æterna, incorporea, incomprehensibilis, incircumscripta, sed quæ complectitur omnia, universumque continet : bona, provida, creatrix omnium, visibilium et invisibilium, impatibilis, immutabilis, invariabilis, menti hominum et angelorum, creatæque naturæ incomprehensibilis, in seipsa consubstantialis, incommunicabilis secundum substantiam omni creaturæ : quæ a seipsa solum cognoscitur, et a nulla C natura quæ in hoc mundo vel supra hunc mundum fuerit : unitas in tribus hypostasibus, seu personis, et trinitas in unitate deitatis, sive unius substantiæ cognita. Hujus sanctæ et venerandæ unitatis, adorandæ tres hypostases cognoscuntur atque creduntur : in Patre qui est sine principio, sine causa ingenitus, sempiternus : in Filio unigenito ; inenarrabiliter, impassibiliter, ineffabiliter nato ante omnia sæcula, ex ipsa Patris substantia, atque ideo consubstantiali et æquali Patri, excepta paternitate, qui pro causa Patrem habet, generandi scilicet modo : et in Spiritu sancto et vivificante adorato, procedente ex Patre, id est ex substantia Patris, non generatione, quemadmodum Filius, ne duo sint Filii in Trinitate ; sed procedente, uti dictum est D ex solo Patre, atque ex ore. Apparuit autem per Filium, locutusque est in sanctis prophetis et apostolis. Cæterum, ut dixi, qui est ex substantia ipsius Patris et Filii, consubstantialisque est Patri et Filio. Incommunicabilis autem est, sicut Pater et Filius, omni creaturæ, juxta substantiæ rationem.

2. Ὁρᾷς πῶς ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὸν ἅγιον Κύριλλον, ἢ μᾶλλον κατὰ πᾶσαν τὴν θείαν Γραφήν. Καὶ μή μοι τὸ ἀπὸ τοῦδε

2. Viden' quod ex solo Patre sit Spiritus sanctus juxta sanctum Cyrillum ; imo juxta totam Scripturam sacram. Et ne quis mihi ultra frigida

[14] **Matth. I, 20.**

illa proferat verba, aut voculas, quod scilicet præclari illi viri Athanasius et Cyrillus, unaque Gregorius Nyssenus, additionis in causa fuere. Athanasius quippe ita ait : Spiritus ex Patre, (aiunt adversarii) et a Verbo, quod est ex Patre procedit. Nyssenus autem postquam dixit, Filium esse peculiariter ex primo, id est ex Patre, deinceps ait : Spiritus per eum qui est peculiariter ex primo. Sapientissimus vero Cyrillus aperte dixit, ex ambobus, Patre nempe et Filio, Spiritum esse sanctum. Hæc sunt argumenta auctorum portentosæ illius atque pravæ additionis. Ego vero, ignarus licet, « omnem sensum captivans in obedientiam Christi, » hac ratione loca illa explico. Ea sententia Athanasius ait, Spiritum ex Patre esse, et a Verbo quod ex Patre procedit. Quemadmodum ex ipso coæterno Patre : sicut et Verbum mittitur daturque fidelibus a Spiritu, eadem ratione qua ab ipso Patre. Testimonium accipe ab ipso Verbo atque Filio, aiente : « Spiritus Domini super **301** me, eo quod unxerit me. Evangelizare pauperibus misit me [15]. » Sanctus ergo Spiritus Filium unxit atque misit; sed etiam Pater ex ambobus Filio scilicet et Spiritu mittitur. Qua ratione porro id fiat, Patrem audi per Isaiam prophetam ita loquentem : « Audi me, Jacob et Israel, quem ego voco : Ego Deus primus, et ego post hæc : et præter me non est Deus. Ego manu mea fundavi terram, et Spiritus meus firmavit cœlum. Ego omnibus astris præcepi. Et nunc Dominus misit me [16]. » Pater igitur est qui hoc loco dicit : « Misit me. » Viden' æqualitatem trium personarum excelsissimæ deitatis? Cum Spiritus sanctus mittitur a duobus, ut consubstantialis mittitur Patri atque Filio. Cum autem Filius ex Patre, ut consubstantialis etiam Spiritus. Cum autem Pater ex Filio et Spiritu, quasi consubstantialis. Cum dixit itaque magnus Athanasius, Spiritus ex Patre procedens, declaravit undenam Spiritus habeat subsistentiam, scilicet ex solo Patre. Cum autem ait rursum : Ita est Spiritus ex Patre, ut est ex Filio qui est ex Patre; æqualitatem Patris et Filii commonstravit, ut hac in re confunderet impiissimum Arium, qui Filium creaturam esse dicit, et non Deum : quasi hisce illum verbis compellaret : O impiissime Ari, sic Spiritus qui a Patre procedit, a Filio quem tu blasphemas, splendet daturque fidelibus, secundum ejus operationem atque donum, quemadmodum ab ipso sempiterno Patre. Quod autem hoc ad hunc modum se habeat, vide, quæso, quid ad Serapionem scribat episcopum ille Pater, qui ab immortalitate nomen accepit. Eadem enim loquitur, deque iisdem philosophatur hisce verbis : Quemadmodum Filius proles est unigenita Patris, ita et Spiritus a Filio datus,

A λεγέτω τις τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα ῥήματα, ἢ λογύδρια, ὅτι Ἀθανάσιος καὶ Κύριλλος οἱ ἀοίδιμοι, πρὸς δὲ καὶ ὁ Νυσσαέων Γρηγόριος, τῆς προσθήκης γεγόνασιν αἴτιοι. Ὁ μὲν γὰρ Ἀθανάσιος οὕτως φησί· Τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς οἱ ἀντίθετοι λέγουσι, καὶ παρὰ τοῦ Λόγου, τοῦ ἐκ Πατρὸς, ἐκπορευόμενον· ὁ δὲ Νύσσης, εἰπὼν τὸν Υἱὸν εἶναι προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου τουτέστι τοῦ Πατρὸς, ἐξῆς λέγει· Τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου· ὁ δέ γε σοφώτατος Κύριλλος προφανῶς, φησὶν, εἴρηκεν ἐξ ἀμφοῖν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ταῦτα τῶν τῆς σαθρᾶς προσθήκης τερατουργῶν τὰ προβλήματα. Ἔγωγε δ' « ἅπαν νόημα, » καίπερ ὢν ἀμαθὴς, « αἰχμαλωτίζων εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, » ὧδέ πως ταῦτα διασαφῶ. Οὕτως τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πα-
B τρός φησιν Ἀθανάσιος, καὶ παρὰ τοῦ Λόγου, τοῦ ἐκ Πατρὸς, ἐκπορευόμενον, ὥσπερ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ συναϊδίου Πατρὸς, καθὰ καὶ ὁ Υἱὸς οὕτως ἀποστέλλεται (20), καὶ δίδοται παρὰ τοῦ Πνεύματος τοῖς πιστοῖς, ὡς καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρός· καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀπ' αὐτοῦ λάμβανε τοῦ Λόγου καὶ Υἱοῦ, « Πνεῦμα Κυρίου, » λέγοντος, « ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. Εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με. » Ἆρα τὸ Πνεῦμα καὶ ἔχρισε τὸν Υἱὸν, καὶ ἀπέσταλκεν· ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ ἐξ ἀμφοῖν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἀποστέλλεται. Ὅπως δὲ τοῦτο, αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς οὕτω διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος ἄκουσον· « Ἄκουέ μου, Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, ὃν
C ἐγὼ καλῶ. Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, ἐγὼ καὶ μετὰ ταῦτα· καὶ πλὴν ἐμοῦ θεὸς οὐκ ἔστιν. Ἐγὼ χειρί μου ἐθεμελίωσα τὴν γῆν, καὶ τὸ Πνεῦμά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν. Ἐγὼ πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην. Καὶ νῦν Κύριος ἀπέσταλκέ με. » Ἆρα ὁ Πατὴρ ἐστιν ἐνταῦθα ὁ λέγων τό· « Ἀπέσταλκέ με. » Ὁρᾷς τὴν ἰσοτιμίαν τῶν τριῶν προσώπων τῆς ὑπερτάτης θεότητος; Ὅτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποστέλλεται ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ὁμοούσιον ἀποστέλλεται Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ὅτε δὲ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς ὁμοούσιος καὶ τοῦ Πνεύματος. Ὅτε δὲ ὁ Πατὴρ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ὡς ὁμοούσιος. Εἰπὼν τοίνυν ὁ μέγας Ἀθανάσιος, τὸ ἐκπορευόμενον τοῦ Πατρὸς Πνεῦμα, ἐδήλωσεν ὅθεν ἔχει τὸ Πνεῦμα τὴν ὕπαρξιν, ἐκ μόνου δηλονότι τοῦ Πατρός. Εἰπὼν δὲ πάλιν οὕπτω τὸ
D Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ Πατρὸς, τὴν ἰσοτιμίαν ἐδήλωσε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καταισχύναι ἐν τούτῳ τὸν ἀθεώτατον Ἄρειον, ὃς κτίσμα ἔλεγε, καὶ οὐ Θεὸν τὸν Υἱόν· οἱονεὶ ταῦτα λέγων πρὸς αὐτόν· Ὦ ἀθεώτατε Ἄρειε, οὕτω τὸ ἐκπορευόμενον Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, παρὰ τοῦ ὑπὸ σοῦ βλασφημουμένου Υἱοῦ ἐκλάμπει καὶ δίδοται τοῖς πιστοῖς κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐνέργειαν καὶ δωρεὰν, ὥσπερ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ συδαϊδίου Πατρός. Ὅτι δὲ τοῦτο τοιοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ὅρα τί γράφει πρὸς τὸν ἐπίσκοπον τὸν Σεραπίωνα, ὁ τῆς ἀθανασίας ἀξιώνυμος οὗτος Πατήρ. Τὰ αὐτὰ γὰρ λέγων, καὶ

[15] Isa. LXI, 1 ; Luc. IV, 18. [16] Isa. XLVIII, 12-16.

(20) Hic desunt nonnulla.

φιλοσοφῶν περὶ τῶν αὐτῶν, οὕτω κἀκεῖσέ φησιν· A
Ὥσπερ γέννημα μονογενές ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ διδόμενον καὶ πεμπόμενον, καὶ αὐτὸ ἓν καὶ οὐ πολλὰ, οὐδ' ἐκ πολλῶν, ἕν, ἀλλὰ μόνον αὐτὸ Πνεῦμα. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ Υἱοῦ τοῦ ζῶντος Λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωὴν, οὖσαν ἐνέργειαν καὶ δωρεὰν αὐτοῦ, ἥτις γε ἐκ Πανρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ Πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται. Ὥσπερ γέννημα μονογενὲς, φησὶν, ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ πρόβλημα τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς ἓν τὸ Πνεῦμα καὶ οὐ πολλὰ, οὐδ' ἐκ πολλῶν δηλονότι τὴν ὕπαρξιν ἐσχηκός. Ἀλλ' ὡς μόνον αὐτὸ Πνεῦμα καὶ πρόβλημα, οὕτως καὶ ἐκ μόνου τοῦτο καὶ ἐξ ἑνὸς τοῦ Πατρός. Ἑνὸς γὰρ B
ὄντος τοῦ Υἱοῦ τοῦ ζῶντος Λόγου, ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωὴν, ἥτις ἦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ τὴν ἰδίαν ἑαυτοῦ δωρεὰν ἐνεργοῦν, καὶ διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται. Ἥτις γε δωρεὰ διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, τουτέστιν ἐκχεῖσθαι καὶ ἀποστέλλεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ Πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται. Φιλοσοφήσας πρῶτον ὁ ἅγιος περὶ τῆς προαιωνίου τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἀμυδρῶς, μόνον αὐτὸ ἀποδείξας πρόβλημα, ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ προβολέως τε καὶ Πατρὸς, διὰ τῶν ἑξῆς ἡμῖν ἀποδείκνυσι μάλα σαφῶς καὶ τὴν ὑπὸ χρόνον πρόχυσιν, ὡς ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχουσαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ὅπερ δὲ δύναται ἐκεῖ τὸ, Οὕτω τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ Πατρὸς, οὕτως ἐνταῦθα καὶ τό· Ἥτις γε ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ Πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται. C

atque missus, ipse quoque unus est et non multi, neque ex multis unus, sed ipse solus Spiritus. Unus enim cum sit Filius Verbum vivens, unam esse oportet perfectam plenamque, sanctificantem atque illuminantem vitam, quæ sit ejus operatio atque donum, quæ dicitur ex Patre procedere; quandoquidem ex Verbo, quod ex Patre esse in confesso est, splendet, mittitur atque datur. Sicut proles unigenita est, ait, Patris Filius, ita et productio ejusdem Patris est unus Spiritus et non multi, nec ex multis, ut planum est, habet subsistentiam. Sed sicut unus est ipse Spiritus, unum productum, ita et ex solo et uno est Patre. Cum unus namque sit Filius vivens Verbum, utpote ex uno Patre; unam quoque oportet esse perfectam et plenam, sanctificantem et illuminantem vitam, quæ est Spiritus sanctus, qui donum ipse suum operatur, et dividit proprie singulis prout vult. Quod donum ideo ex Patre dicitur procedere, hoc est, effundi atque mitti, quia a Verbo, quod ex Patre esse in confesso est, splendet, mittitur et datur. Cum prius sanctus ille ratiocinatus subobscure esset de processione Spiritus quæ est ante sæcula, solumque ipsum ostendens esse productum, quasi ex uno productore, atque Patre: in subsequentibus nobis liquido declarat eam quæ in tempore est profusionem, quasi ex duobus, Patre scilicet atque Filio, exsistentem; quod ibidem significatur hoc dicto: Sic Spiritus ex Patre, quemadmodum a Verbo quod est ex Patre. Ita quoque hoc loco illud: Quæ ex Patre dicitur procedere, quandoquidem a Verbo, quod ex Patre esse in confesso est, splendet, mittitur et datur.

3. Κατ' αὐτὸν δὲ τὸν τρόπον καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου φησί· μετὰ τοῦ Υἱοῦ δηλονότι συνημμένως καὶ ἅμα, καὶ οὐ μετὰ τὸν Υἱὸν ὑστερίζων κατὰ τὴν ὕπαρξιν. Εἰπὼν δὲ τὸν Υἱὸν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, μὴ νόμιζε μὴ καὶ αὐτὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. Ὥσπερ γὰρ ὁ Υἱὸς προσεχῶς καὶ ἐγγιστα ἐκ τοῦ πρώτου, τουτέστι τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, κατὰ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν. Πρῶτος δὲ ὁ Πατὴρ οὐ κατὰ χρόνον, οὐδὲ κατὰ τάξιν, μὴ γένοιτο! ἀλλὰ καθὸ αἴτιος τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ καὶ μείζων καὶ D
ἄναρχος, ὡς ἀναίτιος, ὡς ῥίζα τῶν ἐξ αὐτοῦ καὶ πηγή. Ὥσπερ γὰρ οὗτος μόνος ἄναρχος πρὸς τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Υἱὸν, οὕτω καὶ τούτων ὁ αὐτὸς μόνος αἴτιος· τὸ δὲ Πνεῦμα πρὸς τὸν Πατέρα, οὐκ ἄναρχον, οὐδ' ἀναίτιον, ὥσπερ δὴ καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς κατὰ τὴν ἐν χρόνῳ ἀρχήν. Οὐ μόνον τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ ὁ Υἱὸς ἄναρχος ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ. Πρῶτος αἴτιος καὶ μόνος ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος. Ἀλλὰ μὴ ζήτει καὶ δεύτερον ὁ ὀρθόδοξος, μηδέ γε τρίτον· ἵνα μὴ, τὴν αὐτὴν καὶ μίαν οὐσίαν κατατέμνων κακοσχόλως,

3. Eodem quoque modo Gregorius Nyssenus ait Spiritum per eum esse qui est peculiariter ex primo; cum Filio scilicet conjunctim atque simul, neque post Filium secundum subsistentiam. Cum ait autem Filium peculiariter ex primo, ne arbitrere ipsum Spiritum non esse peculiariter ex primo. Quemadmodum enim Filius peculiariter et proxime ex primo est, id est, ex Patre; ita et Spiritus peculiariter est ex primo, secundum eam quæ ante sæcula est subsistentiam. Primus porro Pater est, non tempore, nec **302** ordine, absit! sed in quantum causa est Filii et Spiritus, quemadmodum et major et absque principio, ut sine causa ulla, radix et fons eorum quæ ex ipso emanant. Quemadmodum enim ipse solus absque principio est respectu Spiritus ac Filii, ita et eorum ipse solus est causa. Spiritus vero respectu Patris, non absque principio, nec absque causa est, quemadmodum nec ipse Filius juxta suum in tempore principium. Non modo Spiritus, sed etiam Filius absque principio est sicuti Pater. Prima causa eaque sola Pater est Filii atque Spiritus. At secundam ne quæras, quisquis orthodoxus es, neque tertiam; ut ne eamdem unamque substantiam

improbo dividens studio, ut pravæ doctrinæ homo damneris. Primus itaque Pater est in quantum major est; major vero in quantum est absque principio; absque principio autem est in quantum est principium hypostasium quæ sunt ejusdem naturæ. Spiritus et Filius peculiariter ex majore, id est ex Patre. Una enim Filius proprie ac vere, necnon Spiritus sanctus ex Patre sunt. Non quod ille prius, iste posterius; sed simul Filii generatio, et Spiritus processio splendet: mittitur Spiritus atque datur per Filium, ut beatus ait Athanasius, quemadmodum et Filius per Spiritum, uti dictum fuit. Eadem quoque ratione intelligendum illud Cyrilli dictum, nempe ex ambobus, scilicet, Spiritus ex Patre procedens ex ambobus splendet, mittitur et datur, ex Patre scilicet et Filio. Et paulo post: Duas generationes, uti superius dixi, circa Filium didici; unam quæ est ex Patre ante tempora, aliam quæ ex Virgine in tempore. Eodem modo duas profusiones didici esse Spiritus sancti; unam qua procedit ante tempora, et aliam qua bonitatem impartitur. Sed prioris Filii generationis et prioris processionis Spiritus, Pater solus causa est. Alterius vero generationis quæ in tempore facta est, et alterius profusionis, qua dona impartitur, non solus Pater, sed Filius et Spiritus sanctus est causa. Ex ambobus itaque, Patre scilicet et Filio, ad dispensationem effunditur: non secundum subsistentiam, absit! alioquin duæ causæ perperam inducerentur, quæ uni illi ejusdem naturæ ac paris honoris exsistenti, multum antecellerent.

A καὶ διαιρῶν, καταδικασθῇς ὡς κακόδοξος. Πρῶτος τοιγαροῦν ὁ Πατὴρ καθὸ μείζων, μείζων δὲ καθὸ ἄναρχος· ἄναρχος δὲ καθὸ ἀρχὴ τῶν ὁμοφυῶν ὑποστάσεων. Τὸ Πνεῦμα, καὶ ὁ Υἱὸς προσεχῶς ἐκ τοῦ μείζονος, τουτέστι του Πατρός. Ἅμα γὰρ ὁ Υἱὸς κυρίως καὶ ἀληθῶς, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός. Οὐχ ὁ μὲν πρότερον, τὸ δὲ μετ' αὐτόν· ἀλλ' ἅμα ἡ γέννησις τοῦ Υἱοῦ, ἅμα καὶ τοῦ Πνεύματος ἡ ἐκπόρευσις ἐκλάμπεται, καὶ ἀποστέλλεται τὸ Πνεῦμα καὶ δίδοται διὰ τοῦ Υἱοῦ, ὡς μακάριός φησιν Ἀθανάσιος, καθάπερ καὶ ὁ Υἱὸς διὰ τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ εἴρηται. Ὡσαύτως καὶ τὸ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, λέγω δὴ τὸ, ἐξ ἀμφοῖν, κατ' αὐτὴν ἐκληπτέον τὴν ἔννοιαν· τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξ ἀμφοῖν ἐκλάμπεται, ἀποστέλ- B λεται καὶ δίδοται, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Καὶ μετ' ὀλίγα· Δύο γεννήσεις ὡς ἄνωθεν ἔφθην εἰπὼν ἐπὶ τοῦ Λόγου μεμάθηκα· μίαν μὲν τὴν ἐκ Πατρὸς καὶ ὑπὲρ χρόνον, μίαν δὲ τὴν ἐκ τῆς Παρθένου καὶ ὑπὸ χρόνον. Ὡσαύτως καὶ δύο προχύσεις ἐμυήθην ἐπὶ τοῦ Πνεύμασος· μίαν μὲν τὴν ἐκπορευτικὴν καὶ ὑπὲρ χρόνον, καὶ μίαν τὴν μεταδοτικὴν ἀγαθότητος. Ἀλλὰ τῆς πρώτης γεννήσεως τοῦ Υἱοῦ, καὶ τῆς πρώτης τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως, ὁ Πατὴρ μόνος αἴτιος. Τῆς δὲ ἄλλης γεννήσεως τῆς ὑπὸ χρόνον, καὶ τῆς ἄλλης προχύσεως τῆς μεταδοτικῆς, οὐ μόνος αἴτιος ὁ Πατὴρ, ἀλλὰ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐξ ἀμφοῖν τοιγαροῦν τὸ Πνεῦμα, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, πρὸς ἐπινέμησιν προχεῖται· οὐ κατὰ τὴν ὕπαρξιν, μὴ γένοιτο! ἐπεὶ δύο τὰ αἴτια παρεισάγονται, τοῦ ἑνὸς συμφυοῦς καὶ ὁμοτίμου κατὰ πολὺ διαφέροντα.

IN SYNTAGMA DOCTRINÆ ADMONITIO.

Hoc opusculum paucis ab hinc annis in lucem protulit vir clariss. Andreas Arnoldus Norimbergensis, anno scilicet 1685 *Atque in præfatione sua multis ille argumentis Athanasio asserere contendit.* Sancti Athanasii archiepiscopi Alexandrini, *ait ipse, Syntagma doctrinæ ad monachos, clericos et laicos,* recensetur ex pulcherrimo codice membranaceo Vossiano quingentorum vel sexcentorum annorum, qui continet præterea Palladii *Historiam Lausiacam* cum aliquot libellis vetustioribus. Ad cupiditatem describendi exciverunt me viri illustris manu ascripta verba. *Non est in editis Athanasii.* Nolebam enim parvi facere quidquid tanti Ecclesiæ doctoris esset, quodque ad aliquem meum fructum redundaret. Postea per litteras fautorem de voluntate emittendi Athanasii certiorem reddidi, quibus tale responsum dedit: *S. Athanasii.* De vita monastica διδασκαλικόν *dignum et prorsus quod edatur, longeque præstantius ea regula, quam ex Hieronymi operibus collegit Lupus. Cum veteres scriptum hoc Athanasio tribuant, non satis video quare de auctore dubitas. Winsoriæ* XI *Jul.* CIↃIↃCLXXXIII. Ex quo magnum mihi nascebatur argumentum tum veritatis, tum dignitatis. Pergam in incepto, ubi tanto viro pro suis in me meritis, gratias egero. Per quinque amplius menses bibliotheca ipsius, quæ multas alias raritate, utilitateque longe superat, non tantum patuit; sed oraculum eruditionis in singulos dies consulere fas erat. Veteres oraculi vel una vice consultandi causa longissima emetiebantur itinera, beati brevibus responsis: quis dubitet, meliore fuisse loco qui in templo Musarum cum Apolline habitavit? Alio quandoque spectabat Pythia vox: aliquando sortem oraculi eluserunt. Dormiebant nonnulli in delubris, ut per somnium viderent species rerum, vel audirent vocem; mihi tunc lætiores in vita illuxerunt dies, vera omnis et perspicua oratio. Gratias te dignas, illustris Vossi, agere deberem, et quas possum ago. Siquidem nihil satis magnificum de virtute tua dixerim.

Tantopere de me merito, Lector benevole, gratum præbere imperavit pietas; nunc ad *Syntagma* re-

deundum, quod novum exsistens, præfationem sibi postulat. Codex ille antiquus S. Athanasio tribuit opusculum, quæ res alicujus est momenti, utut librorum inscriptiones vera nomina non ubique referant. Nam posteriorum temporum scriptores, vetera interdum sibi vindicant; nonnunquam sub priscorum auctorum nominibus sua supponunt, præsertim ex doctrina nobilium et clarorum. Interea ex codicis antiquitate constat, olim fuisse creditum seriem hanc doctrinæ ab Athanasio posteritati **302** relictam. Si plura mss. eodem modo inscripta reperirentur, aliquam saltem veritatis rationem suggererent; verum præter Vossianum nullum adhuc inveni, neque in Christianissimi regis bibliotheca, vel alibi quoque. Argumentum foret ad probandum, aut coævi auctoris testimonium, aut ipsius Athanasii in suis operibus, quod cum desit, aliud est in promptu. Quærenti aliquando in bibliotheca Regia Sophronianam fidei confessionem indultu el. Thevenoti, conatus meos ornantis et promoventis; venerunt in manus Ἐρωτήσεις κανονικαὶ καὶ ἀποκρίσεις τῆς ἁγίας συνόδου, absque loci temporisve circumstantia. Quæritur autem, Ὡς οὐ δεῖ καταλύειν τὴν νηστείαν ἐν τετράδι καὶ παρασκευῇ χάριν μνήμης ἁγίου ἢ ἀποστόλου τινός, εἰ μὴ μόνον ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς. *Utrumne oporteat quarta et Parasceve solvere jejunium, propter memoriam sancti aut apostoli alicujus? vel, an jejunium Dominicis solummodo dictus* (21) *solvendum sit?* Respondit synodus : Περὶ τούτων ὁ μέγας Ἀθανάσιος τάδε φησὶν ἔν τισι τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ· « Ὅτι οὐ δεῖ παραβαίνειν νηστείαν Κυρίου τὸν μοναχὸν ἢ τὸν ἱερέα τετράδα καὶ παρασκευήν, εἰ μή τι ἐπὶ νόσῳ βεβάρηται, χωρὶς τῆς Πεντηκοστῆς ἢ τῶν Ἐπιφανειῶν. » *De his magnus Athanasius in aliquo scriptorum suorum ita se exprimit : « Monachus aut sacerdos jejunium quartæ vel sextæ diei non solvat, nisi decumbat morbo, exceptis Pentecoste et Epiphaniis.* » Placuit locus hic, ipsaque Syntagmatis nostri verba proferanda, unde illa desumpta sunt : Μὴ παραβαίτειν νηστείαν, τουτέστι τετράδα καὶ παρασκευήν, εἰ μή τι ἐπὶ νόσῳ βεβάρηται, χωρὶς Πεντηκοστῆς μόνης καὶ τῶν Ἐπιφανειῶν. Alia ponitur quæstio, quæ æque huc attinet : Περὶ τοῦ κλίνειν γόνυ ἐν Σαββάτῳ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος καὶ ἡ ἐν Τρούλλῳ διωρίσατο, μεθ' ὧν καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος τάδε φησί· Μή τίς σε πλανήσῃ τὸ παράπαν ἐν κυριακῇ γονυπετεῖν, ἢ ἐν Πεντηκοστῇ· καὶ περὶ Σαββάτου οὐκ εἶπεν. Ἀπόλρισις· Οὕτως ἔχει καὶ ἡ ἀλήθεια· πλὴν οἱ πολλοί, διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι νηστείαν ἐν Σαββάτῳ, τὴν γονυκλισίαν παρῆκαν. Nimirum, de genu die Sabbati flectendo, synodus Nicænam et Trullanam statuisse, et magnum Athanasium pariter enuntiasse : *Cave ne quisquam te inducat Dominica die esse jejunandum omnino, sive in Pentecoste.* Nihil vero dixisse de Sabbato. *Respondetur : Sic se res plane habet; plerique tamen, quia Sabbato non jejunatur, genuflexionem prætermittunt.* Ut singula appareant, en Athanasium nostrum : Μή τίς σε πλανήσῃ ἐν κυριακῇ νηστεύειν τὸ παράπαν, μήτε γονυπετεῖν τὸ παράπαν, μήτε ἐν Πεντηκοστῇ. Οὐ γάρ ἐστι θεσμὸς Ἐκκλησίας. Duo fragmenta isthæc non levis sunt ponderis; tantique, ut nullum ferme dubium relinquatur. Siquidem ipsa synodus eo testimonio utitur, neque refellit monachos ex Athanasio nostro disserentes. Apud Balsomonem occurrit quæstio de genu in Sabbato flectendo, mota a monachis extra urbem se exercentibus, tempore Nicolai patriarchæ et Alexii Comneni. Ad quam respondit sacra Constantinopolitana synodus. Verum differunt interrogationes illorum monachorum a nostris in ms. Regio, propter diversa capita. Porro, etsi ejusdem essent cum cæteris ævi, nemo facile sibi persuaserit, Athanasii tunc suppositionem factam; sed contra putet, longa ætate fidem obtinuisse in Patrum consessu. Conjicio autem quæstiones canonicas et responsiones codicis Regii ad sæculum IX referendas, in quibus fit mentio typicorum, synaxariorum sancti Patris nostri Saba, et præceptoris eremi magni Euthymii, nec non S. Athanasii illius in monte sancto. Producuntur concilium Nicænum II, ἡ ἑνώσεως σύνοδος, ἡ γενομένη ἐν Κωνσταντίνου πόλει, περὶ τῶν γάμων, synodus Neocæsariensis, S. Basilius ad Amphilochium.

Quid sit quare Syntagma nostrum S. Athanasii esse nequeat, nondum perspicio : quamvis enim ipse in *Vita S. Antonii* narraverit, tam crebra monasteria in Ægypto tum non fuisse, sed quemque se exercuisse a suo pago non procul : nihilo secus Gregorius Nazianzenus, *Orat. in laudem Athanasii*, affirmat, *Vitam Antonii* promulgare leges monasticas sub specie narrationis. Ad hæc cum nostris congruunt, quæ legas in S. Athanasio *De virginitate*, ἤτοι περὶ ἀσκήσεως. Propter superbiam diabolus ex cœlis præcipitabatur. Νήστευσον ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν χωρὶς πάσης ἀνάγκης· ὥρᾳ δὲ ἐννάτῃ τῆς ἡμέρας ἐν ὕμνοις καὶ εὐχαῖς διατελέσασα, κατάλαμβανε τὸν ἄρτον σου ἐν λαχάνῳ ἀναπεποιημένῳ ἐλαίῳ. *Jejuna universum annum sine necessitate* (melius, nisi neccessitas aliud postulet); *hora vero nona, in hymnis et jejuniis perdurans, sume panem tuum cum oleribus oleo refectis.* « Nuditas ne appareat coram alio. Non ibis ad balneum, siquidem sana sis, nisi urgente necessitate. Si corpus infirmum, χρῆσαι οἴνῳ ὀλίγῳ διὰ τὸν στόμαχον. Quod si adsit catechumena in mensa, ne oret cum fidelibus, neque sedebis et una cum illa panem comedes. Si vir justus ad te venerit, lava ei pedes. Si virgines advenientes vinum bibant, etiamsi tu non bibis, propter eas bibe pauxillum. In ecclesia tace, nec quidquam loquaris, sed lectionibus intende. » Similiter in *Exhortatione ad monachos*, quam Latine habemus in tomo II Opp., si donamus esse Athanasii, commendantur jejunia præter Dominicam, si votiva sint : habitus vilis, atque alia nonnulla facillime cum nostris comparanda.

(21) In festis Domini.

Stylus Syntagmatis ab Athanasio non est adeo remotus, quandoquidem in tractatu De virginitate 823 *multa itidem verbis modisque dicendi exprimuntur. Subdifficile tamen visum fuit demonstrare. Athanasium usurpasse verbum θέλειν cum infinitivo, loco imperativi, v. c.* θέλε ἀγρυπνεῖν, pro ἀγρύπνει· θέλε *jubeam*, pro μένε, *quæ barbara sit locutio : nutabam diu in ea re, donec invenirem in S. Basilii sermone* *De abdicatione rerum* : Μὴ θέλε διορθοῦν ἁπασμοὺς τῶν θηρίων, pro διόρθου. Item, Μὴ ἔσο περίεργος, μηδὲ πάντα βλέπειν θέλε, pro βλέπε. *Unde illius argumenti vim evadimus. Post omnia ista quid restat? nemini rapiendum judicium suum, neque etiam resistendum et repugnandum contra veritatem, ad quam si quis curiosiore observatione penetraverit, de publico bene merebitur.*

Hæc Arnoldus, vir sane non minus eruditione quam comitate et moderatione conspicuus. Sed pace viri doctissimi, hæc, nostro quidem judicio, non sunt magni momenti ad hoc opusculum Athanasio adjudicandum. Nam quid de quæstionibus canonicis, ubi nomine Athanasii quædam ex hoc Syntagmate afferuntur, licet revera illæ in quodam concilio ediæ fuissent, quod tamen dubio minime vacat; in synodis quandoque Athanasii nomine opera laudantur, quæ tamen constat Athanasii non esse; ut videre est in secunda Nicæna ubi Historiæ imaginis Berytenèis *ad verbum legitur, quam nemo non fatetur Athanasio abjudicandam : quod potiori ratione de subsequentium sæculorum synodis æstimandum. Multa certe exstant spuria opera quæ sexto vel septimo sæculo exarata sunt, quæque a posterioribus inde synodis auctoribusque laudari potuerunt. Quod spectat vero affinitatem quorumdam hujus opusculi locorum cum aliis libri* De virginitate *et* De exhortatione ad monachos *locis, id minoris adhuc est pretii : tuum quia prior liber magna suspicione, posterior aperte* νοθείᾳ *laborat; tum quia præceptiones illæ monasticæ de jejunio, aliisque observationibus, eædem fere in variis auctoribus leguntur; ita ut nullum hinc possit erui argumentum. Nobis itaque omnino spurium videtur hoc opusculum, tum ob styli genus, quod ab Athanasii* ἐνεργείᾳ *mirum quam remotum sit, tum ob multas voculas quæ sequioris ævi notam præferunt, ut est illud* ἀκαιροπερίσπαστον *seu* ἀκαιροπερίσπαστον, *illud etiam* καταψυχή **304** simultas, *item,* ἐπαιρίδεσθαι, *nisi sit mendum,* ἐργατεύεσθαι, περικαρῶσιν, *pro ægre ferant : et similia bene multa pro brevitate opusculi; quod neque potioris esse conditionis arbitramur quam cætera opuscula ascetica, quæ Athanasiii nomine subsequuntur. Cæterum Arnoldi notas non integras hic subjicimus, tum quia prolixiores sunt quam instituti nostri ratio ferat, tum quia multa complectuntur quæ in* Onomastico *nostro explicanda venient.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ ΠΡΟΣ ΜΟΝΑΖΟΝΤΑΣ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥΣ, ΚΛΗΡΙΚΟΥΣ ΤΕ ΚΑΙ ΛΑΪΚΟΥΣ.

—

S. P. N. ATHANASII

SYNTAGMA DOCTRINÆ AD MONACHOS, OMNESQUE CHRISTIANOS TAM CLERICOS QUAM LAICOS.

—

1. Ecclesiæ catholicæ filiorum, et potissimum anochoretarum sive monachorum, tale est vitæ agendæ genus. Gratia quidem salvi sumus [17]; sed gratia filios suos, sapientiæ item omnisque probi operis filios esse peroptat, qui bonum experimento cognoscant, et ita agere nitantur. Te itaque recta hujusmodi fide dignum constitue : facto, dilecte mi, hæc servandi proposito. Nam sunt qui cum his præceptis pugnent : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et proximum tuum sicut teipsum [18]. Non occides, non mœchaberis, non scortaberis, pueros ne cor-

A 1. Ἔστιν ὁ βίος τῶν υἱῶν τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα τῶν ἐν αὐτῇ ἀναχωρητῶν ἤτοι μοναχῶν, οὕτως. Χάριτι μὲν ἐσμεν σωζόμενοι· ἀλλ' ἡ χάρις αὐθαιρέτους βούλεται εἶναι τοὺς ἑαυτῆς παῖδας καὶ σοφίας υἱοὺς καὶ πάσης πράξεως ἀγαθῆς, δοκιμάσαντες (22) τὸ καλὸν, ζηλοῦντες (23), καὶ οὕτω πράττειν. Τῆς οὖν ὀρθῆς ταύτης πίστεως ἄξιον σεαυτὸν εὐτρέπιζε, προβεβλημένος, ἀγαπητὲ, ταῦτα φυλάττειν· ἀγωνίζονται μετὰ τοῦ (24), « Κύριον τὸν Θεὸν σου ἀγαπήσεις ἐξ ὅλης καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, « οὐ πορνεύσεις, οὐ παι-

[17] Ephes. II, 8. [18] Matth. XXII, 37, 39.

(22) F. δοκιμάσαντας.
(23) F. ζηλοῦντας.

(24) Hic quædam desiderantur.

δοφθορήσεις, οὐ φαρμακεύσεις, οὐ διχοστατήσεις · ἀπέχου πνικτοῦ, καὶ εἰδωλοθύτου, καὶ αἵματος. Καὶ ταῦτα μέν ἐστι τὰ προφανῆ ἁμαρτήματα· αἱ δὲ ὡς ἐλαχιστότεραι φαινόμεναι ἐντολαί, ὧν καὶ αὐτῶν λόγον ἀποδώσομεν, εἰσὶν αὗται· Τέως μὲν τοὺς μονάζοντάς τε καὶ ἐγκρατεῖς δεῖ ἀνακεχωρισμένους εἶναι ἀπὸ γυναικῶν, καὶ μήτε εἰς ὁμιλίαν αὐτῶν ἔρχεσθαι, εἰ δυνατόν, μήτε ὁρᾷν αὐτὰς φιλοτιμεῖσθαι, ἵνα μήτις ζημία γένηται, ἐὰν μοιχεύσῃ καρδία διὰ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν ὁράσεως. Φυλάττεσθαί τε μὴ εἶναι δίλογον, μὴ δίγνωμον, μὴ ψεύστην, μὴ κατάλαλον, μὴ ἀκεροπερίσπαστον, μὴ ἀναίσχυντον, μὴ ῥέμβον, μὴ ἀναίσθητον, μὴ αὐθάδη, μὴ σαπρὸν λόγον ἐκ χειλέων προφέροντα, μήτε ὅρκον ὅλως τὸ παράπαν· ἀλλὰ, ναὶ, ναὶ, οὔ, οὔ. Καὶ ἐάν που ἀνάγκη γένηται λέγειν ἐν ὁμιλίᾳ· Γίνωσκε, εἰ ἀλήθειαν λέγω, εἰ οὐ ψεύδομαι. Τὸ δὲ σεβάσμιον ὄνομα ἐπὶ ὅρκον μὴ λάμβανε, μήτε ἕτερόν τινα ὅρκον, καθὼς εἶπε τὸ Εὐαγγέλιον· ταῦτα γὰρ πάντα οὐ προσήκει οὐδὲ ἁρμόττει ποιεῖν· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ Ἐκκλησίας ἐκβάλλειν τὸν μὴ παραφυλαττόμενόν τινα δὲ αὐτῶν ἀποκτενεῖν (25).

2. Ἔτι τε μὴ γυμνοῦν ἐνώπιόν τινος, ἀλλ' ἢ (26) ἀνάγκη ἐν λουτρῷ, διὰ πάθος, ἐν ἀσθενείᾳ πολλῇ γινόμενον. Μὴ λέγειν ἀδελφὸν, ῥακὰ, μήτε, μωρέ· ἑορταῖς ἐθνῶν μὴ συγκοινωνεῖν· Σάββατα μὴ φυλάττειν (27)· μὴ μαγεύειν· μὴ φαρμακαύειν, μήτε ἄλλο σοι ταῦτα πράττειν ἐπὶ νόσῳ ἢ πάθους ἀλγήματι. Μὴ ἀπέρχεσθαι (28) πρὸς ἐπαοιδὸν, μήτε φυλακτήριον ἑαυτῷ περιτιθῆναι, μήτε περικαθαίρειν, μήτε μὴν ταῦτά σοι ποιεῖν, μήτε ὑπὸ ἄλλου σοι γένηται. Τὸ σῶμα φυλάττειν ἀπὸ πάσης αἰσχρότητος καὶ ἀσελγείας· μὴ ἔχειν γυναῖκα συνείσακτον (29), καθάπερ τινὲς ἀγαπητὰς ἐπέθεντο αὐταῖς ὀνόματα· τάχα δὲ ἐναντίως μισηταὶ αὐτοῖς εὐπεθήσονται. Μὴ ἔχειν καταψυχὴν πρός τινα· ὁ γὰρ καταψυχῆς ἔχων, ἡ ψυχὴ αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ οὐ προσδέδεκται. Μὴ συνεύχεσθαι αἱρετικῷ, μήτε μετὰ ἐθνικῶν. Μὴ παραβαίνειν νηστείαν, τουτέστι τετράδα καὶ παρασκευὴν, εἰ μή τι ἐπὶ νόσῳ βεβάρησαι, χωρὶς Πεντηκοστῆς μόνης καὶ τῶν Ἐπιφανιῶν (30). Τὴν τεσσαρακοστὴν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας καὶ τὴν ἑβδομάδα τοῦ ἁγίου Πάσχα παρατετηρημένως φύλαττε. Λύε τὴν νηστείαν ἐπ' ἂν ἀδελφὸς πρὸς σε ἐπεδήμησε· νηστείαν δὲ οὐ τὴν τε-

A rumpas, veneficio ne utare, ne simultatem habeas, abstine a suffocato, ab immolato et a sanguine. Hæc sunt conspicua peccata; quæ autem minora videntur præcepta, quorum tamen etiam rationem reddituri sumus, hæc sunt: monachos quidem et continentes, oportet a mulieribus esse separatos, nec cum iis colloquia miscere, si fieri potest, neque earum conspectum optare, ne quidpiam hinc damni emergat, si cor scilicet, per oculorum intuitum, mœchatum fuerit. Cavere item par est (monachum) ne sit bilinguis, animo duplex, mendax, obtrectator, ne levi occasione distrahatur, ne sit impudens, errabundus, stolidus, arrogans, ne turpe dictum labiis proferat, vel juramentum quodlibet, sed solummodo, ita, ita; non, non. Et si quando id postulet necessitas, in colloquiis sic dicat: Agnosce, an veritatem dicam, an mentiar. Venerandum autem nomen ad juramentum ne sumito, neque aliud quodpiam juramenti genus usurpes, ut ait Evangelium. Hæc enim omnia minime decent, nec ea facere convenit; sed eum quoque qui hæc non observarit oportet ejici ab Ecclesia.

B

2. Decet insuper corpus non nudare in cujuspiam conspectu, nisi ob balnei necessitatem in morbo vel infirmitate maxima; festis gentium non communicare, nec dicere fratri suo, raca, vel fatue. Sabbata non custodire, nec magicam artem, nec veneficium exercere, vel aliud ejusmodi agere in morbo aut ægritudine. Noli abire ad incantatorem, neque tibi phylacterium circumponas, aut emundes in circuitu: ne ipse hujusmodi quidpiam agas, vel ab alio fieri permittas. Ab omni turpitudine lasciviaque corpus serva purum: ne ascititiam mulierem habeas, ut sunt quædam quæ sibi dilectarum nomen imposuere, quæ tamen inimicæ postea deprehendentur. Ne simultatem habeas cum aliquo; quisquis enim habet, ejus anima **305** Domino non probatur. Ne ores una cum hæretico, vel cum ethnicis. Jejunium ne violato quarta scilicet feria et Parasceve, nisi morbo labores, excepta solum Pentecoste et Epiphaniis. Quadragesimam sanctæ Ecclesiæ et hebdomadem sancti Paschatis accurate observa. Solve jejunium cum ad te frater accesserit; non jejunium scilicet statutum, ut feriæ

C

D

(25) **Mendose.**

(26) L. εἰ.

(27) Σάββατα μὴ φυλάττειν. Concilium Laodicense canone 29 : ***Non oportet Christianos judaizare, et Sabbatis otiari, sed eo ipso die operari.***

(28) Μὴ ἀπέρχεσθαι πρὸς ἐπαοιδὸν, μήτε φυλακτήριον ἑαυτῷ περιτιθέναι. Concil. Laodic. can. 36 : Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς μάγους εἶναι, ἢ μαθηματικοὺς, ἢ ἀστρολόγους, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, ἅτινά ἐστι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν. Τοὺς δὲ φοροῦντας βίπτεσθαι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ἐκελεύσαμεν. ***Non oportet sacerdotes aut clericos magos esse, aut mathematicos, aut astrologos, vel facere phylacteria, ut vocant, quæ sunt vincula animarum ipsarum. Eos autem qui talia gestant ab Ecclesia ejici jussimus.*** De phylacteriis alii multi. Ibid. Μὴ περικαθαίρειν. Hesychius, περικαθαίρων · ἀναβόων πεφαρμακευμένον, ἢ γοητευόμενον.

(29) Συνείσακτον. Prohibet canon 3 Nicænus, γυναῖκας συνεισάκτους, id est ascititias seu extraneas, de quibus multi egerunt, ut videas in Lexico Suiceri. Mox, ἀγαπητάς, harum meminit Epiphanius hæresi 78, pag. 440, ubi de B. Virgine locutus, a Christo in cruce commendata Joanni, ait : Ἀλλὰ μὴ τοῦτο στραφῇ εἰς βλάβην τισί, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπικαλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν. *Sed ne hoc quibusdam noceat, neve hinc occasionem arripiant, sibi excogitandi ascititias et agapetas, prava quadam ducti opinione.* Hieronym. vero ad Eustochium de custodia virginitatis : *Unde in Ecclesias agapetarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? Imo unde novum concubinarum genus? Plus inferam, unde meretrices?*

(30) I. ἐπιφανιῶν.

835 Stylus Syntagmatis ab Athanasio non est adeo remotus, quandoquidem in tractatu *De virginitate* multa iisdem verbis modisque dicendi exprimuntur. Subdifficile tamen visum fuit demonstrare, Athanasium usurpasse verbum θέλειν cum infinitivo, loco imperativi, v. c. θέλε ἀγρυπνεῖν, pro ἀγρύπνει· θέλε μένειν, pro μίνε, quæ barbara sit locutio : nutabam diu in ea re, donec invenirem in S. Basilii sermone *De abdicatione rerum* : Μὴ θέλε διορθοῦν ἁπασμοὺς τῶν θηρίων, pro διόρθου. Item, Μὴ ἔσο περίεργος, μηδὲ πάντα βλέπειν θέλε, pro βλέπε. Unde illius argumenti vim evadimus. Post omnia ista quid restat? nemini rapiendum judicium suum, neque etiam resistendum et repugnandum contra veritatem, ad quam si quis curiosiore observatione penetraverit, de publico bene merebitur.

3. Eodem quoque modo Gregorius Nyssenus ait Spiritum per eum esse qui est peculiariter ex primo; cum Filio scilicet conjunctim atque simul, neque post Filium secundum subsistentiam. Cum ait autem Filium peculiariter ex primo, ne arbitrere ipsum Spiritum non esse peculiariter ex primo. Quemadmodum enim Filius peculiariter et proxime ex primo est, id est, ex Patre; ita et Spiritus peculiariter est ex primo, secundum eam quæ ante sæcula est subsistentiam. Primus porro Pater est, non tempore, nec **302** ordine, absit! sed in quantum causa est Filii et Spiritus, quemD admodum et major et absque principio, ut sine causa ulla, radix et fons eorum quæ ex ipso emanant. Quemadmodum enim ipse solus absque principio est respectu Spiritus ac Filii, ita et eorum ipse solus est causa. Spiritus vero respectu Patris, non absque principio, nec absque causa est, quemadmodum nec ipse Filius juxta suum in tempore principium. Non modo Spiritus, sed etiam Filius absque principio est sicuti Pater. Prima causa eaque sola Pater est Filii atque Spiritus. At secundam ne quæras, quisquis orthodoxus es, neque tertiam; ut ne eamdem unamque substantiam

improbo dividens studio, ut pravæ doctrinæ homo damneris. Primus itaque Pater est in quantum major est; major vero in quantum est absque principio; absque principio autem est in quantum est principium hypostasium quæ sunt ejusdem naturæ. Spiritus et Filius peculiariter ex majore, id est ex Patre. Una enim Filius proprie ac vere, necnon Spiritus sanctus ex Patre sunt. Non quod ille prius, iste posterius; sed simul Filii generatio, et Spiritus processio splendet: mittitur Spiritus atque datur per Filium, ut beatus ait Athanasius, quemadmodum et Filius per Spiritum, uti dictum fuit. Eadem quoque ratione intelligendum illud Cyrilli dictum, nempe ex ambobus, scilicet, Spiritus ex Patre procedens ex ambobus splendet, mittitur et datur, ex Patre scilicet et Filio. Et paulo post: Duas generationes, uti superius dixi, circa Filium didici; unam quæ est ex Patre ante tempora, aliam quæ ex Virgine in tempore. Eodem modo duas profusiones didici esse Spiritus sancti; unam qua procedit ante tempora, et aliam qua bonitatem impartitur. Sed prioris Filii generationis et prioris processionis Spiritus, Pater solus causa est. Alterius vero generationis quæ in tempore facta est, et alterius profusionis, qua dona impartitur, non solus Pater, sed Filius et Spiritus sanctus est causa. Ex ambobus itaque, Patre scilicet et Filio, ad dispensationem effunditur: non secundum subsistentiam, absit! alioquin duæ causæ perperam inducerentur, quæ uni illi ejusdem naturæ ac paris honoris exsistenti, multum antecellerent.

A καὶ διαιρῶν, καταδικασθῇς ὡς κακόδοξος. Πρῶτος τοιγαροῦν ὁ Πατὴρ καθὸ μείζων, μείζων δὲ καθὸ ἄναρχος· ἄναρχος δὲ καθὸ ἀρχὴ τῶν ὁμοφυῶν ὑποστάσεων. Τὸ Πνεῦμα, καὶ ὁ Υἱὸς προσεχῶς ἐκ τοῦ μείζονος, τουτέστι του Πατρός. Ἅμα γὰρ ὁ Υἱὸς κυρίως καὶ ἀληθῶς, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός. Οὐχ ὁ μὲν πρότερον, τὸ δὲ μετ' αὐτόν· ἀλλ' ἅμα ἡ γέννησις τοῦ Υἱοῦ, ἅμα καὶ τοῦ Πνεύματος ἡ ἐκπόρευσις ἐκλάμπεται, καὶ ἀποστέλλεται τὸ Πνεῦμα καὶ δίδοται διὰ τοῦ Υἱοῦ, ὡς μακάριός φησιν Ἀθανάσιος, καθάπερ καὶ ὁ Υἱὸς διὰ τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ εἴρηται. Ὡσαύτως καὶ τὸ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, λέγω δὴ τὸ, ἐξ ἀμφοῖν, κατ' αὐτὴν ἐκληπτέον τὴν ἔννοιαν· τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξ ἀμφοῖν ἐκλάμπεται, ἀποστέλλεται καὶ δίδοται, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Καὶ μετ' ὀλίγα· Δύο γεννήσεις ὡς ἄνωθεν ἔφθην εἰπὼν ἐπὶ τοῦ Λόγου μεμάθηκα· μίαν μὲν τὴν ἐκ Πατρὸς καὶ ὑπὲρ χρόνον, μίαν δὲ τὴν ἐκ τῆς Παρθένου καὶ ὑπὸ χρόνον. Ὡσαύτως καὶ δύο προχύσεις ἐμυήθην ἐπὶ τοῦ Πνεύματος· μίαν μὲν τὴν ἐκπορευτικὴν καὶ ὑπὲρ χρόνον, καὶ μίαν τὴν μεταδοτικὴν ἀγαθότητος. Ἀλλὰ τῆς πρώτης γεννήσεως τοῦ Υἱοῦ, καὶ τῆς πρώτης τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως, ὁ Πατὴρ μόνος αἴτιος. Τῆς δὲ ἄλλης γεννήσεως τῆς ὑπὸ χρόνον, καὶ τῆς ἄλλης προχύσεως τῆς μεταδοτικῆς, οὐ μόνος αἴτιος ὁ Πατήρ, ἀλλὰ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐξ ἀμφοῖν τοιγαροῦν τὸ Πνεῦμα, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, πρὸς ἐπινέμησιν προχεῖται· οὐ κατὰ τὴν ὕπαρξιν, μὴ γένοιτο! ἐπεὶ δύο τὰ αἴτια παρεισάγονται, τοῦ ἑνὸς συμφυοῦς καὶ ὁμοτίμου κατὰ πολὺ διαφέροντα.

B

IN SYNTAGMA DOCTRINÆ ADMONITIO.

Hoc opusculum paucis ab hinc annis in lucem protulit vir clariss. Andreas Arnoldus Norimbergensis, anno scilicet 1685 *Atque in præfatione sua multis ille argumentis Athanasio asserere contendit.* Sancti Athanasii archiepiscopi Alexandrini, *ait ipse, Syntagma doctrinæ ad monachos, clericos et laicos,* recensetur ex pulcherrimo codice membranaceo Vossiano quingentorum vel sexcentorum annorum, qui continet præterea Palladii *Historiam Lausiacam* cum aliquot libellis vetustioribus. Ad cupiditatem describendi exciverunt me viri illustris manu ascripta verba. *Non est in editis Athanasii.* Nolebam enim parvi facere quidquid tanti Ecclesiæ doctoris esset, quodque ad aliquem meum fructum redundaret. Postea per litteras fautorem de voluntate emittendi Athanasii certiorem reddidi, quibus tale responsum dedit: *S. Athanasii.* De vita monastica διδασκαλικόν *dignum et prorsus quod edatur, longeque præstantius ea regula, quam ex Hieronymi operibus collegit Lupus. Cum veteres scriptum hoc Athanasio tribuant, non satis video quare de auctore dubitas. Winsoriæ* XI *Jul.* CIↃIↃCLXXXIII. Ex quo magnum mihi nascebatur argumentum tum veritatis, tum dignitatis. Pergam in incepto, ubi tanto viro pro suis in me meritis, gratias egero. Per quinque amplius menses bibliotheca ipsius, quæ multas alias raritate, utilitateque longe superat, non tantum patuit; sed oraculum eruditionis in singulos dies consulere fas erat. Veteres oraculi vel una vice consultandi causa longissima emetiebantur itinera, beati brevibus responsis: quis dubitet, meliore fuisse loco qui in templo Musarum cum Apolline habitavit? Alio quandoque spectabat Pythia vox: aliquando sortem oraculi eluserunt. Dormiebant nonnulli in delubris, ut per somnium viderent species rerum, vel audirent vocem; mihi tunc lætiores in vita illuxerunt dies, vera omnis et perspicua oratio. Gratias te dignas, illustris Vossi, agere deberem, et quas possum ago. Siquidem nihil satis magnificum de virtute tua dixerim.

Tantopere de me merito, Lector benevole, gratum præbere imperavit pietas; nunc ad *Syntagma* re-

deundum, quod novum exsistens, præfationem sibi postulat. Codex ille antiquus S. Athanasio tribuit opusculum, quæ res alicujus est momenti, utut librorum inscriptiones vera nomina non ubique referant. Nam posteriorum temporum scriptores, vetera interdum sibi vindicant; nonnunquam sub priscorum auctorum nominibus sua supponunt, præsertim ex doctrina nobilium et clarorum. Interea ex codicis antiquitate constat, olim fuisse creditum seriem hanc doctrinæ ab Athanasio posteritati **303** relictam. Si plura mss. eodem modo inscripta reperirentur, aliquam saltem veritatis rationem suggererent; verum præter Vossianum nullum adhuc inveni, neque in Christianissimi regis bibliotheca, vel alibi quoque. Argumentum foret ad probandum, aut coævi auctoris testimonium, aut ipsius Athanasii in suis operibus, quod cum desit, aliud est in promptu. Quærenti aliquando in bibliotheca Regia Sophronianam fidei confessionem indultu el. Thevenoti, conatus meos ornantis et promoventis; venerunt in manus Ἐρωτήσεις κανονικαὶ καὶ ἀποκρίσεις τῆς ἁγίας συνόδου, absque loci temporisve circumstantia. Quæritur autem, Ὡς οὐ δεῖ καταλύειν τὴν νηστείαν ἐν τετράδι καὶ παρασκευῇ χάριν μνήμης ἁγίου ἢ ἀποστόλου τινός, εἰ μὴ μόνον ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς. *Utrumne oporteat quarta et Parasceve solvere jejunium, propter memoriam sancti aut apostoli alicujus? vel, an jejunium Dominicis solummodo diebus* (21) *solvendum sit?* Respondit synodus : Περὶ τούτων ὁ μέγας Ἀθανάσιος τάδε φησὶν ἔν τισι τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ· « Ὅτι οὐ δεῖ παραβαίνειν νηστείαν Κυρίου τὸν μοναχὸν ἢ τὸν ἱερέα τετράδα καὶ παρασκευήν, εἰ μή τι ἐπὶ νόσῳ βεβάρηται, χωρὶς τῆς Πεντηκοστῆς ἢ τῶν Ἐπιφανειῶν. » *De his magnus Athanasius in aliquo scriptorum suorum ita se exprimit : « Monachus aut sacerdos jejunium quartæ vel sextæ diei non solvat, nisi decumbat morbo, exceptis Pentecoste et Epiphaniis.* » Placuit locus hic, ipsaque Syntagmatis nostri verba proferanda, unde illa desumpta sunt : Μὴ παραβαίτειν νηστείαν, τουτέστι τετράδα καὶ παρασκευήν, εἰ μή τι ἐπὶ νόσῳ βεβάρηται, χωρὶς Πεντηκοστῆς μόνης καὶ τῶν Ἐπιφανειῶν. Alia ponitur quæstio, quæ æque huc attinet : Περὶ τοῦ κλίνειν γόνυ ἐν Σαββάτῳ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος καὶ ἡ ἐν Τρούλλῳ διωρίσατο, μεθ' ὧν καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος τάδε φησί· Μή τίς σε πλανήσῃ τὸ παράπαν ἐν κυριακῇ γονυπετεῖν, ἢ ἐν Πεντηκοστῇ· καὶ περὶ Σαββάτου οὐκ εἶπεν. Ἀπόλρισις· Οὕτως ἔχει καὶ ἡ ἀληθεια· πλὴν οἱ πολλοί, διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι νηστείαν ἐν Σαββάτῳ, τὴν γονυκλισίαν παρῆκαν. Nimirum, de genu die Sabbati flectendo, synodus Nicænam et Trullanam statuisse, et magnum Athanasium pariter enuntiasse : *Cave ne quisquam te inducat Dominica die esse jejunandum omnino, sive in Pentecoste.* Nihil vero dixisse de Sabbato. *Respondetur : Sic se res plane habet; plerique tamen, quia Sabbato non jejunatur, genuflexionem prætermittunt.* Ut singula appareant, en Athanasium nostrum : Μή τίς σε πλανήσῃ ἐν κυριακῇ νηστεύειν τὸ παράπαν, μήτε γονυπετεῖν τὸ παράπαν, μήτε ἐν Πεντηκοστῇ. Οὐ γάρ ἐστι θεσμὸς Ἐκκλησίας. Duo fragmenta isthæc non levis sunt ponderis; tantique, ut nullum ferme dubium relinquatur. Siquidem ipsa synodus eo testimonio utitur, neque refellit monachos ex Athanasio nostro disserentes. Apud Balsamonem occurrit quæstio de genu in Sabbato flectendo, mota a monachis extra urbem se exercentibus, tempore Nicolai patriarchæ et Alexii Comneni. Ad quam respondit sacra Constantinopolitana synodus. Verum differunt interrogationes illorum monachorum a nostris in ms. Regio, propter diversa capita. Porro, etsi ejusdem essent cum cæteris ævi, nemo facile sibi persuaserit, Athanasii tuno suppositionem factam; sed contra putet, longa ætate fidem obtinuisse in Patrum consessu. Conjicio autem quæstiones canonicas et responsiones codicis Regii ad sæculum IX referendas, in quibus fit mentio typicorum, synaxariorum sancti Patris nostri Saba, et præceptoris eremi magni Euthymii, nec non S. Athanasii illius in monte sancto. Producuntur concilium Nicænum II, ἡ ἐνώσεως σύνοδος, ἡ γενομένη ἐν Κωνσταντίνου πόλει, περὶ τῶν γάμων, synodus Neocæsariensis, S. Basilius ad Amphilochium.

Quid sit quare Syntagma nostrum S. Athanasii esse nequeat, nondum perspicio : quamvis enim ipse in *Vita S. Antonii* narraverit, tam crebra monasteria in Ægypto tum non fuisse, sed quemque se exercuisse a suo pago non procul : nihilo secus Gregorius Nazianzenus, *Orat. in laudem Athanasii*, affirmat, *Vitam Antonii* promulgare leges monasticas sub specie narrationis. Ad hæc cum nostris congruunt, quæ legas in S. Athanasio *De virginitate*, ἤτοι περὶ ἀσκήσεως. Propter superbiam diabolus ex cœlis præcipitabatur. Νήστευσον ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν χωρὶς πάσης ἀνάγκης· ὥρᾳ δὲ ἐννάτῃ τῆς ἡμέρας ἐν ὕμνοις καὶ εὐχαῖς διατελέσασα, καταλάμβανε τὸν ἄρτον σου ἐν λαχάνῳ ἀναπεποιημένῳ ἐλαίῳ. *Jejuna universum annum sine necessitate* (melius, nisi neccessitas aliud postulet); *hora vero nona, in hymnis et jejuniis perdurans, sume panem tuum cum oleribus oleo refectis.* « Nuditas ne appareat coram alio. Non ibis ad balneum, siquidem sana sis, nisi urgente necessitate. Si corpus infirmum, χρῆσαι οἴνῳ ὀλίγῳ διὰ τὸν στόμαχον. Quod si adsit catechumena in mensa, ne oret cum fidelibus, neque sedebis et una cum illa panem comedes. Si vir justus ad te venerit, lava ei pedes. Si virgines advenientes vinum bibant, etiamsi tu non bibis, propter eas bibe pauxillum. In ecclesia tace, nec quidquam loquaris, sed lectionibus intende. » Similiter in *Exhortatione ad monachos*, quam Latine habemus in tomo II Opp., si donamus esse Athanasii, commendantur jejunia præter Dominicam, si votiva sint : habitus vilis, atque alia nonnulla facillime cum nostris comparanda.

(21) In festis Domini.

Stylus Syntagmatis ab Athanasio non est adeo remotus, quandoquidem in tractatu *De virginitate* multa iisdem verbis modisque dicendi exprimuntur. Subdifficile tamen visum fuit demonstrare, Athanasium usurpasse verbum θέλειν cum infinitivo, loco imperativi, v. c. θέλε ἀγρυπνεῖν, pro ἀγρύπνει· θέλε μένειν, pro μένε, quæ barbara sit locutio : nutabam diu in ea re, donec invenirem in S. Basilii sermone *De abdicatione rerum :* Μὴ θέλε διορθοῦν ἐπασμοὺς τῶν θηρίων, pro διόρθου. Item, Μὴ ἔσο περίεργος, μηδὲ πάντα βλέπειν θέλε, pro βλέπε. Unde illius argumenti vim evadimus. Post omnia ista quid restat? nemini rapiendum judicium suum, neque etiam resistendum et repugnandum contra veritatem, ad quam si quis curiosiore observatione penetraverit, de publico bene merebitur.

Hæc Arnoldus, vir sane non minus eruditione quam comitate et moderatione conspicuus. Sed pace viri doctissimi, hæc, nostro quidem judicio, non sunt magni momenti ad hoc opusculum Athanasio adjudicandum. Nam quid de quæstionibus canonicis, ubi nomine Athanasii quædam ex hoc Syntagmate afferuntur, licet revera illæ in quodam concilio editæ fuissent, quod tamen dubio minime vacat; in synodis quandoque Athanasii nomine opera laudantur, quæ tamen constat Athanasii non esse; ut videre est in secunda Nicæna ubi Historia imaginis Berytensis *ad verbum legitur, quam nemo non fatetur Athanasio abjudicandam : quod potiori ratione de subsequentium sæculorum synodis æstimandum. Multa certe exstant spuria opera quæ sexto vel septimo sæculo exarata sunt, quæque a posterioribus inde synodis auctoribusque laudari potuerunt. Quod spectat vero affinitatem quorumdam hujus opusculi locorum cum aliis libri* De virginitate *et* De exhortatione ad monachos *locis, id minoris adhuc est pretii : tuum quia prior liber magna suspicione, posterior aperte* νοθείᾳ *laborat; tum quia præceptiones illæ monasticæ de jejunio, aliisque observationibus, eædem ferme in variis auctoribus leguntur; ita ut nullum hinc possit erui argumentum. Nobis itaque omnino spurium videtur hoc opusculum, tum ob styli genus, quod ab Athanasii* ἐνεργείᾳ *mirum quam remotum sit, tum ob multas voculas quæ sequioris ævi notam præferunt, ut est illud* ἀκεροπερίσπαστον *seu* ἀκαιροπερίσπαστον, *illud etiam* καταψυχή **804** simultas, *item,* ἐπαιρίδεσθαι, *nisi sit mendum,* ἐργατεύεσθαι, περικαρῶσιν, *pro* ægre ferant : *et similia bene multa pro brevitate opusculi; quod neque potioris esse conditionis arbitramur quam cætera opuscula ascetica, quæ Athanasiii nomine subsequuntur. Cæterum Arnoldi notas non integras hic subjicimus, tum quia prolixiores sunt quam instituti nostri ratio ferat, tum quia multa complectuntur quæ in* Onomastico *nostro explicanda venient.*

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ ΠΡΟΣ ΜΟΝΑΖΟΝΤΑΣ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥΣ, ΚΛΗΡΙΚΟΥΣ ΤΕ ΚΑΙ ΛΑΪΚΟΥΣ.

—

S. P. N. ATHANASII

SYNTAGMA DOCTRINÆ AD MONACHOS, OMNESQUE CHRISTIANOS TAM CLERICOS QUAM LAICOS.

—

1. Ecclesiæ catholicæ filiorum, et potissimum anachoretarum sive monachorum, tale est vitæ agendæ genus. Gratia quidem salvi sumus [17]; sed gratia filios suos, sapientiæ item omnisque probi operis filios esse peroptat, qui bonum experimento cognoscant, et ita agere nitantur. Te itaque recta hujusmodi fide dignum constitue : facto, dilecte mi, hæc servandi proposito. Nam sunt qui cum his præceptis pugnent : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et proximum tuum sicut teipsum [18]. Non occides, non mœchaberis, non scortaberis, pueros ne cor-

A

1. Ἔστιν ὁ βίος τῶν υἱῶν τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα τῶν ἐν αὐτῇ ἀναχωρητῶν ἤτοι μοναχῶν, οὕτως. Χάριτι μέν ἐσμεν σωζόμενοι· ἀλλ' ἡ χάρις αὐθαιρέτους βούλεται εἶναι τοὺς ἑαυτῆς παῖδας καὶ σοφίας υἱοὺς καὶ πάσης πράξεως ἀγαθῆς, δοκιμάσαντες (22) τὸ καλὸν, ζηλοῦντες (23), καὶ οὕτω πράττειν. Τῆς οὖν ὀρθῆς ταύτης πίστεως ἄξιον σεαυτὸν εὐτρέπιζε, προβεβλημένος, ἀγαπητὲ, ταῦτα φυλάττειν· ἀγωνίζονται μετὰ τοῦ (24), « Κύριον τὸν Θεὸν σου ἀγαπήσεις ἐξ ὅλης καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, « οὐ πορνεύσεις, οὐ παι-

[17] Ephes. II, 8. [18] Matth. XXII, 37, 39.

(22) F. δοκιμάσαντας.
(23) F. ζηλοῦντας.

(24) Hic quædam desiderantur.

δοφθορήσεις, οὐ φαρμακεύσεις, οὐ διχοστατήσεις · ἀπέχου πνικτοῦ, καὶ εἰδωλοθύτου, καὶ αἵματος. Καὶ ταῦτα μέν ἐστι τὰ προφανῆ ἁμαρτήματα· αἱ δὲ ὡς ἐλαχιστότεραι φαινόμεναι ἐντολαί, ὧν καὶ αὐτῶν λόγον ἀποδώσομεν, εἰσὶν αὗται· Τέως μὲν τοὺς μονάζοντάς τε καὶ ἐγκρατεῖς δεῖ ἀνακεχωρισμένους εἶναι ἀπὸ γυναικῶν, καὶ μήτε εἰς ὁμιλίαν αὐτῶν ἔρχεσθαι, εἰ δυνατὸν, μήτε ὁρᾷν αὐτὰς φιλοτιμεῖσθαι, ἵνα μήτις ζημία γένηται, ἐὰν μοιχεύσῃ καρδία διὰ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν ὁράσεως. Φυλάττεσθαί τε μὴ εἶναι δίλογον, μὴ δίγνωμον, μὴ ψεύστην, μὴ κατάλαλον, μὴ ἀκεροπερίσπαστον, μὴ ἀναίσχυντον, μὴ βέμβον, μὴ ἀναίσθητον, μὴ αὐθάδη, μὴ σαπρὸν λόγον ἐκ χειλέων προφέροντα, μήτε ὅρκον ὅλως τὸ παράπαν· ἀλλὰ, ναὶ, ναὶ, οὔ, οὔ. Καὶ ἐάν που ἀνάγκη γένηται λέγειν ἐν ὁμιλίᾳ· Γίνωσκε, εἰ ἀλήθειαν λέγω, εἰ οὐ ψεύδομαι. Τὸ δὲ σεβάσμιον ὄνομα ἐπὶ ὅρκον μὴ λάμβανε, μήτε ἕτερόν τινα ὅρκον, καθὼς εἶπε τὸ Εὐαγγέλιον· ταῦτα γὰρ πάντα οὐ προσήκει οὐδὲ ἁρμόττει ποιεῖν· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ Ἐκκλησίας ἐκβάλλειν τὸν μὴ παραφυλαττόμενόν τινα δὲ αὐτῶν ἀποκτενεῖν (25).

2. Ἔτι τε μὴ γυμνοῦν ἐνώπιόν τινος, ἀλλ' ἢ (26) ἀνάγκη ἐν λουτρῷ, διὰ πάθος, ἐν ἀσθενείᾳ πολλῇ γινόμενον. Μὴ λέγειν ἀδελφὸν, ῥακὰ, μήτε, μωρέ· ἑορταῖς ἐθνῶν μὴ συγκοινωνεῖν· Σάββατα μὴ φυλάττειν (27)· μὴ μαγεύειν· μὴ φαρμακεύειν, μήτε ἄλλο σοι ταῦτα πράττειν ἐπὶ νόσῳ ἢ πάθους ἀλγήματι. Μὴ ἀπέρχεσθαι (28) πρὸς ἐπαοιδὸν, μήτε φυλακτήριον ἑαυτῷ περιτιθῆναι, μήτε περικαθαίρειν, μήτε μὴν ταῦτά σοι ποιεῖν, μήτε ὑπὸ ἄλλου σοι γένηται. Τὸ σῶμα φυλάττειν ἀπὸ πάσης αἰσχρότητος καὶ ἀσελγείας· μὴ ἔχειν γυναῖκα συνείσακτον (29), καθάπερ τινὲς ἀγαπητὰς ἐπέθεντο αὐταῖς ὀνόματα· τάχα δὲ ἐναντίως μισηταὶ αὐτοῖς εὐπεθήσονται. Μὴ ἔχειν καταψυχὴν πρός τινα· ὁ γὰρ καταψυχῆς ἔχων, ἡ ψυχὴ αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ οὐ προσδέδεκται. Μὴ συνεύχεσθαι αἱρετικῷ, μήτε μετὰ ἐθνικῶν. Μὴ παραβαίνειν νηστείαν, τουτέστι τετράδα καὶ παρασκευὴν, εἰ μή τι ἐπὶ νόσῳ βεβάρησαι, χωρὶς Πεντηκοστῆς μόνης καὶ τῶν Ἐπιφανίων (30). Τὴν τεσσαρακοστὴν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας καὶ τὴν ἑβδομάδα τοῦ ἁγίου Πάσχα παρατετηρημένως φύλαττε. Λύε τὴν νηστείαν ἐπ' ἂν ἀδελφὸς πρός σε ἐπεδήμησε· νηστείαν δὲ οὐ τὴν τε-

rumpas, veneficio ne utare, ne simultatem habeas, abstine a suffocato, ab immolato et a sanguine. Hæc sunt conspicua peccata; quæ autem minora videntur præcepta, quorum tamen etiam rationem reddituri sumus, hæc sunt: monachos quidem et continentes, oportet a mulieribus esse separatos, nec cum iis colloquia miscere, si fieri potest, neque earum conspectum optare, ne quidpiam hinc damni emergat, si cor scilicet, per oculorum intuitum, mœchatum fuerit. Cavere item par est (monachum) ne sit bilinguis, animo duplex, mendax, obtrectator, ne levi occasione distrahatur, ne sit impudens, errabundus, stolidus, arrogans, ne turpe dictum labiis proferat, vel juramentum quodlibet; sed solummodo, ita, ita; non, non. Et si quando id postulet necessitas, in colloquiis sic dicat: Agnosce, an veritatem dicam, an mentiar. Venerandum autem nomen ad juramentum ne sumito, neque aliud quodpiam juramenti genus usurpes, ut ait Evangelium. Hæc enim omnia minime decent, nec ea facere convenit; sed eum quoque qui hæc non observarit opertet ejici ab Ecclesia.

2. Decet insuper corpus non nudare in cujuspiam conspectu, nisi ob balnei necessitatem in morbo vel infirmitate maxima; festis gentium non communicare, nec dicere fratri suo, raca, vel fatue. Sabbata non custodire, nec magicam artem, nec veneficium exercere, vel aliud ejusmodi agere in morbo aut ægritudine. Noli abire ad incantatorem, neque tibi phylacterium circumponas, aut emundes in circuitu: ne ipse hujusmodi quidpiam agas, vel ab alio fieri permittas. Ab omni turpitudine lasciviaque corpus serva purum: ne ascititiam mulierem habeas, ut sunt quædam quæ sibi dilectarum nomen imposuere, quæ tamen inimicæ postea deprehendentur. Ne simultatem habeas cum aliquo; quisquis enim habet, ejus anima 305 Domino non probatur. Ne ores una cum hæretico, vel cum ethnicis. Jejunium ne violato quarta scilicet feria et Parasceve, nisi morbo labores, excepta solum Pentecoste et Epiphaniis. Quadragesimam sanctæ Ecclesiæ et hebdomadem sancti Paschatis accurate observa. Solve jejunium cum ad te frater accesserit; non jejunium scilicet statutum, ut feriæ

(25) Mendose.

(26) L. εἰ.

(27) Σάββατα μὴ φυλάττειν. Concilium Laodicense canone 29 : *Non oportet Christianos judaizare, et Sabbatis otiari, sed eo ipso die operari.*

(28) Μὴ ἀπέρχεσθαι πρὸς ἐπαοιδὸν, μήτε φυλακτήριον ἑαυτῷ περιτιθέναι. Concil. Laodic. can. 36 : Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς μάγους εἶναι, ἢ μαθηματικοὺς, ἢ ἀστρολόγους, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, ἅτινά ἐστι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν. Τοὺς δὲ φοροῦντας ῥίπτεσθαι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ἐκελεύσαμεν. *Non oportet sacerdotes aut clericos magos esse, aut mathematicos, aut astrologos, vel facere phylacteria, ut vocant, quæ sunt vincula animarum ipsarum. Eos autem qui talia gestant ab Ecclesia ejici jussimus.* De phylacteriis alii multi. Ibid. Μὴ περικαθαίρειν. Hesychius, περικαθαίρων · ἀναβόων πεφαρμακευμένον, ἢ γοητευόμενον.

(29) Συνείσακτον. Prohibet canon 3 Nicænus, γυναῖκας συνεισάκτους, id est ascititias seu extraneas, de quibus multi egerunt, ut videas in Lexico Suiceri. Mox, ἀγαπητάς, harum meminit Epiphanius hæresi 78, pag. 440, ubi de B. Virgine locutus, a Christo in cruce commendata Joanni, ait : Ἀλλὰ μὴ τοῦτο στραφῇ εἰς βλάβην τισί, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπικαλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν. *Sed ne hoc quibusdam noceat, neve hinc occasionem arripiant, sibi excogitandi ascititias et agapetas, prava quadam ducti opinione.* Hieronym. vero ad Eustochium de custodia virginitatis : *Unde in Ecclesias agapetarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? Imo unde novum concubinarum genus? Plus inferam, unde meretrices?*

(30) I. ἐπιφανίων.

Quartæ, Parasceves, Quadragesimæ et Passionis; sed jejunium ex proposito tuo servatum, nempe Secundæ, Tertiæ, Quintæ. Sabbato et Dominica ne jejunaveris, excepto magno Sabbato sancti Paschæ. Quartæ autem feriæ et Parasceves jejunium ex juseu ad horam usque nonam servatur. Quod si quid ultra feceris, id tuo sit arbitrio. Si vero diutius potes sustinere jejunium, generose agis. Dum jejunas et hoc institutum vitæ tenes, cave ne superbia intumescas. Inflatio namque laqueus est diaboli, per quam ex cœlo delapsus est: similiterque per illam deinceps homines illaqueans dejicit. Ne quis te seducat, ut vel Dominica omnino jejunes, vel genua flectas. vel in Pentecoste. Neque enim ea lex est Ecclesiæ. Cave ne te quidam Marcionistæ in errorem deducant, aut alii hæretici, et Sabbato vel Dominica jejunare suadeant. Conventus ne neglige; tequeipse ita præpara ut dignus sis mysteriis, ne forte in judicium incidas. Ne omittas te adeuntium fratrum pedes lavare, ejusmodi namque præcepti ratio postulabitur ab iis qui præ superbia illud omiserint, quamvis sint episcopi. Nam Dominus noster prior ipse abluit, cum præcepit illis ut ita facerent.

3. Ne esto avarus, ne turpis lucri, possessionum, divitiarum cupidus : nam qui ejusmodi sunt, Deo placere non valent. Te omnino negotia geras; multæ sunt incultæ regiones, quarum incolæ si artes non habeant coguntur negotiari; qui, etiamsi monachi non sint, si negotientur, male quidem agunt, nisi in casu necessitatis. Usuram ne accipe : ne prius compares quidpiam alio quam vulgari pretio. Ama omnes homines, et pacem habe cum omnibus, cum illis etiam quibuscum non oras, quantum facultas erit, excepta hæresis causa. Si suppetat, largire indigenti, sin minus, noli conqueri. Si quis mutuo a te petierit, dato, et ab eo accipe sortem, cum habuerit, absque fœnore. Ne dolose agas in conspectu Domini. Nam si fruges habeas aut argentum, atque aliquis a te mutuo accipere postulet, tuque, ne usuram accipias majore pretio vendis, ut emas postea viliore et minore pretio : « Comprehendit Deus sapientes in astutia [19]. » Perpende enim ac vide, te unius fœnoris loco, tria aut quatuor fœnora accepturum.

4. Esto humilis ac quietus, tremens omni tempore Domini eloquia. Ne sis contentiosus, ne cædas hominem, nisi puerum tuum modice, institutionis causa, idque tamen cum moderatione, cavens ne hinc cædes consequatur, complures enim sunt mortis occasiones. Neminem subsannes : ne quemquam vestimenti causa detesteris. Modesto utere habitu, neque mollibus vestimentis, neque cum indumento qui sanctorum esse virorum videatur, sordido sci-

[19] I Cor. III, 19.

ταγμένην, τετράδα καὶ παρασκευὴν, καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν, καὶ τοῦ πάθους, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ ἰδίας προαιρέσεως, τουτέστι δευτέρας, καὶ τρίτης, καὶ πέμπτης. Σάββατον καὶ κυριακὴν μὴ νηστεύσῃς, πλὴν τοῦ μεγάλου Σαββάτου τοῦ ἁγίου Πάσχα. Ἡ δὲ τῆς τετράδος καὶ παρασκευῆς ἕως ὥρας ἐννάτης νηστεία τεταγμένη ἐστί· καὶ εἴ τι περισσοτέρως ποιήσεις, τοῦτο παρὰ τὴν σεαυτοῦ προαίρεσιν. Εἰ δὲ καὶ ὑπερθήσεις δύνασαι ποιεῖν, γενναίως ἀσκεῖς. Νηστεύων δὲ καὶ πολιτευόμενος, βλέπε μὴ φυσιωθῇς· ἡ γὰρ φυσίωσις παγίς ἐστι τοῦ διαβόλου, δι' ἧς ἀπ' οὐρανοῦ πέπτωκεν, ὁμοίως δὲ λοιπὸν δι' αὐτῆς τοὺς ἀνθρώπους παγιδεύων καταβάλλει. Μή τίς σε πλανήσῃ ἐν κυριακῇ νηστεύειν τὸ παράπαν, μήτε γονυπετεῖν τὸ παράπαν, μήτε ἐκ Πεντηκοστῆς· οὐ γάρ ἐστι θεσμὸς Ἐκκλησίας. Καὶ μὴ ἀνέχου, ἵνα πλανήσωσί σε τινὲς Μαρκιωνισταὶ, ἢ ἑτέρα αἵρεσις, νηστεύειν τὸ Σάββατον ἰδίως καὶ κυριακῆς. Τῶν δὲ συνάξεων μὴ ἀμέλει· τῶν μυστηρίων ἄξιον σεαυτὸν εὐτρέπιζε, μήπως εἰς κρῖμα συνέλθῃς. Μὴ ἀμέλει πλύνειν πόδας ἀδελφῶν ἐρχομένων πρὸς σέ· ζητήσεται γὰρ ἡ τοιαύτη ἐντολὴ περὶ τῶν ὑπερηφανευσάντων αὐτὴν, κἂν ἐπίσκοποι ὦσιν. Ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν αὐτὸς πρῶτος ἔπλυνε, παραγγείλας αὐτοῖς οὕτω ποιεῖν.

3. Μὴ γίνου φιλάργυρος, μὴ αἰσχροκερδὴς, μὴ φιλοκτήμων, μὴ φιλόπλουτος· οἱ γὰρ τοιοῦτοι Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. Καὶ ὅλως μὴ πραγματεύου· πολλαὶ χῶραί εἰσι μὴ σπέρασαι, καὶ οἱ οἰκοῦντες, ἐὰν τέχνας μὴ ἔχωσιν, ἀναγκάζονται πραγματεύεσθαι· κἂν μὴ ὦσι μονάζοντες, καὶ πραγματεύονται, κακῶς μὲν, πλὴν ἀνάγκη ποιεῖ. Τόκον μὴ λάμβανε· μὴ προσαγόραζέ (31) τι ἴσον ὡς τῆς πολιτευομένης τιμῆς. Ἀγάπα πάντα ἄνθρωπον, καὶ εἰρήνευε μετὰ πάντων, καὶ μεθ' ὧν οὐκ εὔχῃ, εἰ δυνατὸν τὸ ἐκ σοῦ, χωρὶς αἱρέσεως. Ἔχων δὲ, μετάδιδε (32) τῷ μὴ ἔχοντι· μὴ ἔχων δὲ, μὴ ἐγκληθήσῃ. Ἐὰν αἰτήσῃ τις παρὰ σοῦ εἰς χρῆσιν, δίδου, καὶ λάμβανε παρ' αὐτοῦ τὸ κεφάλαιον, ὅτ' ἂν ἔχῃ, ἄνευ τόκου. Μὴ δολιεύου ἐνώπιον Κυρίου. Ἐὰν γὰρ ἔχῃς γεννήματα ἢ ἀργύριον, καὶ ζητεῖ τις δανείσασθαι παρὰ σοῦ καὶ οὐ διὰ μὴ λαμβάνειν σε τόκον πωλεῖς τιμιωτέρως, ἵνα ἀγοράσῃς εὐώνως τῷ καιρῷ, τουτέστιν ὀλιγοτίμως· « Δράσσεται ὁ Θεὸς τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ. » Σκέψαι γὰρ καὶ ὅρα, ὅτι ἀνθ' ἑνὸς τόκου τρεῖς ἢ τέσσαρας τόκους εὑρήσεις λαμβάνων.

4. Γίνου ταπεινὸς καὶ ἡσύχιος, τρέμων διὰ παντὸς τὰ λόγια τοῦ Κυρίου. Μὴ γίνου μάχιμος, μὴ τύπτε ἄνθρωπον, ἢ μόνον παιδίον σου μικρὸν πρὸς παιδείαν, καὶ αὐτὸ παρατετηρημένως, σκοπῶν μήπως διὰ σοῦ φόνος γένηται· πολλαὶ γάρ εἰσιν ἀφορμαὶ τοῦ θανάτου. Μὴ μυκτήριζε πάντα ἄνθρωπον· μὴ βδελύσσου τινὰ ἀπὸ σχήματος· παρατετηρημένως ἔχε τὴν ἐσθῆτα, μήτε μαλακοῖς χρώμενος ἱματίοις, μήτε ἐσθῆτι φαινομένῃ δικαίων ἐνδυομενυΐα (33), τουτέστι

(31) I. προαγόραζε.
(32) I. μεταδίδου.
(33) Hanc vocem ita legit Suidas bis ἐνδυομενυΐα, nec dubito ita haberi in codice quo usus est Cl. Arnoldus, qui legit ἐνδυσμενυΐα. Proclive est in mss. o pro σ accipi, cum librarii ubi currente cal[illegible]o

ρυπαροις προερχόμενος. Σάκκον δὲ ἐὰν ἔχῃς, ἵνα πενθῇς τὰς ἁμαρτίας σου, σκόπει μὴ φανῇ σου ὁ σάκκος, ἀλλ' ἔστω κεκρυμμένος ἔσω. Καὶ μήτε δέρματα ἀμφιάζου, μήπως δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λήψῃ. Ὅλως τρίχας μὴ τρέφε· ἐξέκοψε γὰρ τὸ τοιοῦτον σχῆμα ὁ Ἀπόστολος· μὴ ξυρῶ τὸ γένειον, καὶ μὴ περικουρείοις χρῶ κειρόμενος.

5. Εἰ δύνασαι καὶ ἑβδομάδα νηστεύειν. μηδενὶ δείκνυε. Κρεῶν ἀπέχου, οὐχ ὡς βδελυσσόμενος, ἀλλ' ὡς ἀνακόπτων τὸ σῶμα τῆς τροφῆς, καὶ ἀνάξιον ἑαυτὸν ἡγούμενος, καὶ ἀντὶ τῶν ἐπιγείων τῶν οὐρανίων, ὀρεγόμενον. Πᾶς γὰρ μετριάζων δαψιλείᾳ τροφῶν, βοηθεῖ τῷ σώματι αὐτοῦ πρὸς ἐγκράτειαν. Οἴνου ὅλως μὴ λάμβανε, ἢ μόνον γεύεσθαι καὶ εὐλογεῖν τὸν κτίσαντα. Ἐὰν δὲ καὶ σὺ, ὥσπερ Τιμόθεος, διὰ τὴν πολλὴν πολιτείαν νόσοις περιπέσῃς, ὀλίγῳ οἴνῳ χρῶ· τὸ γὰρ ὀλίγον φάρμακόν ἐστιν ἴάσεως· πολλῷ δὲ αὐτῷ χρώμενος, ἀμφοτέρας ἀσθενείας σεαυτὸν περιβαλεῖς· εἰ δὲ ἕως ἑνὸς ποτηρίου ἢ δύο, περισσὸν δή μή. Εἰ δυνατόν σοι ἀνυπόδυτον (34) ὁδεύειν, γενναίως ἐνηχθήσῃ· εἰ δὲ ἀνάγκη ἐστὶ πάντως ὑποδέεσθαι, ψιλὰ ἔσονταί σου τὰ ὑποδήματα· καὶ μὴ θέλε κατακεκοσμημένοις ὑποδήμασιν ἑταιρισμοῦ σχήμασιν ἐπαιρίδεσθαι. Τοῖς παροῦσιν ἀρκοῦ. Καὶ ἐὰν περισσοτέρων κρεῶν καὶ οἴνων ἔχῃς πολιτείαν, καὶ ἀπέλθῃς ἐπὶ ξένης, μὴ θελήσῃς ἑαυτὸν κομπάζειν, ἀλλ' ἴσος γίνου τοῖς ἀδελφοῖς· οἷον, ἐὰν ἐν λαχάνοις χρώμενος, καὶ ἐψήμασι, καὶ εἰ ἀνάγκη, γάρον ἐσθίειν, ἢ καὶ ἰχθύος μεταλαμβάνειν ἐὰν θέλῃς· ἕως τούτου μόνου, καὶ πάλιν ἀνάλαβε τὴν πρώτην ἄσκησιν. Ἁλίν, ἐὰν ἀῤῥωστήσῃς, καὶ λάβῃς ὠοῦ, ἁμαρτία οὐκ ἔστιν· εἰ δὲ ἠττηθῇς ἐν τῇ νόσῳ, [καὶ λάβῃς πετεινοῦ καὶ κρεῶν (35),] ἥττημα μέν σοί ἐστι, μὴ λογίσῃ δὲ αὐτὸ ἁμαρτίαν· λυποῦ δὲ, ὅτι ἀνεκόπης σου τῆς πολιτείας, καὶ ὑπεχαλάσθης τοῦ στερεοῦ λογισμοῦ.

6. Εἰ δὲ ἐπὶ νόσῳ ἀναγκασθῇς, λουτρῷ χρῆσῃ, ἕως ἄκαξ καὶ δίς· ὑγιαίνων δὲ, βαλανείου οὐ χρείαν ἔχεις· Σὺ ὁ μονάζων καὶ ἱερεὺς χαμευνίαν θέλε, ἐὰν ᾖς ὑγιής· πρὸ παντὸς δὲ τέχνην ἐπιχειρεῖν. Ἐν ἀγρῷ ἐργάζου, ἵνα μὴ ἐσθίῃς ἄρτον ἀργόν· μᾶλλον δὲ ἐκ τῶν χειρῶν σου ἔχε πρὸς τὸ ἀναπαύειν ἀδελφοὺς καὶ ξένους, καὶ εἰ δυνατὸν, χήρας, καὶ ὀρφανούς, καὶ μετρίους. Καὶ εἰ μὲν μεταξὺ τῶν ἀνθρώπων οἰκεῖς, καὶ ἔχεις χωρίον, ἤτοι γεώργιον ἐργάζεσθαι· δικαίως συνάγων καρποὺς, καὶ μὴ ἔχων τι ἀδικίας, πρῶτον μὲν τὰς ἀπαρχὰς τοῖς ἱερεῦσι πρόσφερε, ἔπειτα θέλε καὶ χήρας ἀναπαύειν, καὶ ὀρφανοὺς καὶ λοιποὺς ἀπὸ δικαίων πόνων, μὴ ἀπὸ τόκων ἢ πλεονασμῶν, ἢ πραγματειῶν, ἢ διασεισμάτων. Εἰ δὲ εἰς μονὴν κεθέζῃ, μὴ ἐβριζε τὴν ἄσκησιν τῆς μονῆς. Ἐὰν χωρίον κέκτησαι, ἐν μοναστηρίῳ ἀναχωρῶν, οὐκ ἀνεχώρησέ σοι, ἀλλ' ἐμπαίζεις καὶ ἐμπαίζῃ. Καθεζόμενος δὲ ἐν

A licet vestitu, progrediare. Saccum si habeas, ut tua lugeas peccata, cave ne saccus ille videatur, sed absconditus sit interius. Ne pellibus sis amictus, ut ne ab hominibus gloriam referas. Capillos ne alas: ejusmodi quippe ornatum præcidit Apostolus [20]: Ne tondeas mentum, neque circumtonsione utare.

4. Si possis vel hebdomade integra jejunare, nemini id declares. A carnibus abstine, non ut qui eas detesteris, sed ut qui corpori cibos detrahas, teque indignum eo æstimes, atque terrenorum loco cœlestia appetas. Quisquis **306** enim in ciborum lautitia modum tenet, his corpori fert opem ut se continere possit. A vino plane abstine, nisi solum ut degustes, et Creatori ejus benedicas. Quod si tu, B quemadmodum Timotheus, ob nimiam exercitationem in morbos incideris, vino modico utere, nam parce sumptum medicina est; sin multo utare, utrasque tibi infirmitates induces: ad unum vero vel duo pocula bibito neque amplius. Si valeas nudis incedere pedibus, generose te geris; sin tibi necessitas plane fuerit ut calceos sumas, simplicia tibi sunto calceamenta: noli ornatis calceamentis amasiorum more te efferre. Sint tibi res quævis obviæ satis. Etiamsi carnibus et vino tanquam supervacaneis abstinere soleas ex instituto tuo, cum tamen in peregrinam regionem concesseris, noli te jactare, sed esto fratribus æqualis, oleribus videlicet utens, coctisque cibis, imo si necessum sit garum comede et pisce vescere, si volueris; sed proea vice solum, ac rursum pristinam resume exercitationem. Si ægrotus ovum comederis, peccatum C non est; sed si in morbo usque eo dejiciare ut avem et carnes comedas, minus quidem perfectum illud est; ne arbitrare tamen peccatum esse: sed dolo quod pristinum vitæ institutum non plane servaveris, et a firmo proposito dejectus sis.

6. Si in morbo id necessitas postulet, una aut altera vice balneo utere, sanus autem balneo non indiges. Tu monache et sacerdos, humi cubato, dum sanus corpore sis: in primis vero artem aliquam exerceas. In agro labora, ne panem otiose comedas; imo ex manuum tuarum labore habeas unde fratres hospitesque reficias, et si facultas ferat, viduas, orphanos et egenos. Quod si inter homines quosdam habitas, tibique locus seu ager suppetit D ad laborandum, fructus juste et absque ulla injuria colliges; primitiasque ante omnia sacerdotibus offeras: debinc viduis, orphanis, aliisque largire ex justis laboribus non ex fenore, vel ex nimia abundantia, vel ex negotiatione, vel ex tumultibus. Si in monasterio degis, ne monasterii exercitia contemne. Quod si cum in monasterium secedis agrum possides, nequaquam secedis, sed illudis atque il-

[20] Cor. xi, 14.

scribunt, ut litteram o subsequenti copulent, quod properanti mos est, caudam parti superiori litteræ o donant, et sic σ pene referant.

(34) Ἀνυποδητον.

(33) Hæc verba uncis inclusa restitui.

luderis.In monasterio cum degis noli otiosus esse, ita ut alii te alant ; sed par est te aut artem aliquam callere, aut operari, ut quotidianum tibi cibum compares. Si juniores tecum fuerint, primum humilis esto, neque magister esse optaveris:sed si videris animas tua conversatione salutem consequi, atque volueris quinque talenta accepta duplicare, animas cura tecum versantes,et juniores compelle, ut quisque seorsum degat, neque una confabulentur, aut una versentur, excepta solum mensa, synaxi, et psalmodia, ut inter dormiendum propriis quis indumentis amictus sit, et sticharium singuli suum,saccumque absconditum retineant,ut si fuerit noctu oranduum, parati inveniantur. Vigila mode rate in psalmis et precibus : interdiu vero frequenter ora, ne tamen prolixa sit oratio, ne clamosa, ne multorum inaniumque verborum.Cum moderatione psallendum, ne molestia animæ afficiantur.Pueros ad silentium institue. In cauponam ne unquam ingrediare ; sed si necessitas id postulet, si in extranea regione versaris, atque cibo vel potu opus est tibi, emptum mitte, et in ecclesia comede, loco semoto : si nulla eo loco fuerit ecclesia, aut orthodoxorum domus, necessumque tibi sit in diversorium ingredi, in diversorio maneas ubi nullæ sint mulieres,neque caupona : idque cum mœrore.

7.Si ejusmodi præcepta cum servaveris,et a prædictis peccatis caveris, in fide, castitate et eo vitæ instituto, uti diximus, cursum impleas, gradum tibi magnum et bonum acquires. Hæc supradictæ fidei præcepta, et **307** observationes, quas si perfeceris,fidemque servaveris,eris discipulus Domini nostri Jesu Christi.Quod si quis supradictis contradicat, Deo contradicit. Evolvat ille divinas Scripturas, intelligat traditionem Ecclesiæ, ac demum cognoscet hæc omnia præcepisse Dominum.Nos ne longiores essemus, testimonia non produximus. Hactenus præcepta monachos reliquosque Christianos spectantia.

8. Jam vero si sacerdos quispiam accurate velit sacerdotio fungi, cum superioribus præceptis, sobrius sit, sedulus,patiens,mausuetus,orphanorum, pauperum, hospitum,bonorum amans,quietus, firmus fide, sententia, verbo, abstinens a muliere, gregem non negligat, ne quempiam exsecretur, personam ne accipiat, omnes coarguat; ne sinat ullam scabiosam in ovili ovem, sed per pœnitentiam purget illam,atque ita in ovile recipiat : sciat quo pacto singulos pascere : quæ præcepta viduis, quæ monachis , quæ laicis, quæ catechumenis tradere debeat. Mulieres vetet in ecclesia prorsus loqui [21], sed semper silere jubeat et orare, nec se auro vestibusque exornare, vultum contegere, aut

[21] I Cor. xiv, 34.

(36) Add. μή.

A μοναστηρίῳ, μὴ θέλε εἶναι ἀργὸς καὶ ὑπὸ ἄλλων τρέφεσθαι· ἀλλὰ δεῖ σεαυτὸν ἢ τέχνην εἰδεῖν, ἢ ἐργατεύεσθαι, ἵνα πως τὴν ἐφήμερον προσπορήσῃς τροφήν· Νεωτέρους δὲ ἐὰν ἔχῃς περὶ σεαυτὸν, πρῶτον μὲν ταπεινοφρόνει. καὶ μὴ θέλε εἶναι διδάσκαλος· εἰ δὲ ἴδῃς ψυχὰς σωζομένας διὰ τῆς σῆς ἀναστροφῆς, τελειῶσαι βουλόμενος τῶν πέντε ταλάντων τὰ διπλάσια, ὧν εἴληφας, μερίμνα τὰς περὶ σὲ ψυχὰς, καὶ ἐπίστυφε τοὺς νεωτέρους ἰδιάζειν ἕκαστον αὐτῶν ἔν τε τῇ ὁμιλίᾳ καὶ ἐν τῷ ἀναστροφῇ, χωρὶς μόνης τῆς τραπέζης, καὶ συνάξεως, καὶ ψαλμῳδίας· ἐν δὲ τῷ ὑπνεῖν, ἕκαστον ἴδια περιβάλλεσθαι, καὶ ἕκαστον τὸ στιχάριον αὐτοῦ ἔχειν, ἤτοι σακκίον κεκρυμμένον, ἵνα, ἂν που εὔχῃ νυκτὸς, ἕτοιμοι εὑρεθῶσιν. Θέλε ἀγρυπνεῖν συμμέτρως ἐν ψαλμοῖς καὶ εὐχαῖς· καὶ
B ἡμέρας μὲν εὔχεσθαι πυκνῶς, μὴ χρονίζων δὲ ἐν εὐχῇ, ἢ κράζων, ἢ βαττολογῶν· συμμέτρως δὲ ψάλλειν, ἵνα μὴ περικακῶσιν αἱ ψυχαί. Θέλε δὲ τοὺς παῖδας σιωπητικοὺς προβιβάζειν. Εἰς καπηλεῖον ὅλως εἰσέλθῃς (36)· ἀλλ' εἰ ἀνάγκη γένηται, ἐπὶ ξένης γενόμενος, καὶ χρείαν ἔχεις ἐδέσματος ἢ ποτοῦ, ἀποστείλας ἀγόρασον, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ φάγε καὶ πίε, ἐν τόπῳ αὐτῆς ἀνακεχωρημένῳ· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἐκκλησία ἐν τῷ τόπῳ, μηδὲ οἰκία ὀρθοδόξων, καὶ ἀνάγκη σοι γένηται, καὶ εἰσέλθῃς εἰς πανδοχεῖον, θέλε μένειν ἐν πανδοχείῳ, ὅπου οὐκ εἰσὶ γυναῖκες, οὔτε καπηλεῖον· καὶ τοῦτο μετὰ λύπης.

7. Ἐὰν οὖν, τὰς προειρημένας ἐντολὰς φύλάξας, καὶ τῶν προειρημένων σφαλμάτων ἑαυτὸν τηρήσας, τὸν δρόμον τελειώσῃς ἐν πίστει τε καὶ ἀγνότητι καὶ πολιτείᾳ, κατὰ τὸ εἰρημένον. βαθμὸν σεαυτῷ μέγαν
C καὶ ἀγαθὸν περιποιήσῃ. Αὐταί εἰσιν αἱ τῆς προειρημένης πίστεως ἐντολαὶ καὶ παραφυλάγματα, ἃς ἐὰν ποιήσῃς, καὶ τὴν πίστιν τηρήσῃς, ἔσῃ μαθητὴς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰ δέ τις ἀντιλέγει τοῖς προειρημένοις, Θεῷ ἐστιν ἀντιλέγων. Ψηλαφήσει γὰρ τὰς θείας Γραφὰς, καὶ κατανοήσει τὴν παράδοσιν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἔχει συνιέναι, ὅτι περὶ τούτων ὅλων ἐντέλλεται ὁ Κύριος. Ἡμεῖς δὲ, ἵνα μὴ μακρολογήσωμεν, τὰς μαρτυρίας οὐκ ἐξεθέμεθα. Καὶ αὗται μὲν αἱ ἐντολαὶ μονάζουσι καὶ λοιποῖς Χριστιανοῖς εὐλαβέσιν.

8. Εἰ δέ τις ἱερεὺς ἀκριβῶς θέλῃ ἱερατεύειν, μετὰ τῶν προειρημένων ἐντολῶν, ἤτω νηφάλιος, σπουδαῖος, ἀνεξίκακος, χρηστὸς, φιλόρφανος, φιλόπτωχος, φιλόξενος, φιλάγαθος, ἥσυχος, στερεὸς πίστει καὶ
D γνώμῃ καὶ λόγῳ, ἀπεχόμενος γυναικὸς, μὴ ἀμελῶν τοῦ ποιμνίου, μὴ βδελυσσόμενός τινα· μὴ προσωποληπτεῖν, ἐλέγχοντα ἐπὶ πάντων, μὴ ἐᾷν ψωριὸν πρόβατον ἐν τῇ ποίμνῃ, ἀλλὰ καθαίρειν πρῶτον μετὰ μετανοίας, καὶ τότε συνάγειν ἐν τῇ μάνδρᾳ· εἰδέναι ἕκαστον ὡς ποιμαίνειν δεῖ, τί δὲ ταῖς χήραις παραγγέλλειν, τί μοναχοῖς, τί λαϊκοῖς, τί κατηχουμένοις. Γυναιξὶ δὲ παραγγέλλειν ἐν ἐκκλησίᾳ μὴ λαλεῖν ὅλως, ἀλλ' ἐν πᾶσι σιγῇν καὶ εὔχεσθαι, καὶ μὴ λαμπρύνειν ἑαυτὰς ἐν χρυσῷ ἢ ἐσθῆτι, τὰ δὲ πρόσωπα αὐτῶν

μὴ φαίνεσθαι, χεῖρας ἀνδρῶν μὴ καταφιλεῖν. Κατηχούμενοι δὲ ἰδίᾳ εὐχέσθωσαν, ἢ ἔξωθεν τοῦ βηλοῦ. Ὁ δὲ πᾶς λαὸς ἐν φόβῳ καὶ σιωπῇ ἀκουέτω τὸν λόγον τοῦ Κυρίου. Οὐ μόνον δὲ οἱ ἁμαρτάνοντες δίκην ἀποτίσουσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ χαίροντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι. Περὶ δὲ τῶν προσφορῶν ὀφείλει νήφει ὁ ἱερεύς· ἐὰν γὰρ λάβῃ παρὰ στρατευομένου ἐκχέοντος αἷμα, ἢ διασείσαντος, ἢ κλέψαντος, ἢ πραγματευτοῦ, ἢ ἐπιόρκου, ἢ παρὰ πλουσίου ἀποστερητοῦ, ἢ παρὰ τελώνου ἐπιπράττοντος, ἢ τοκογλύφου, ἢ τιμιολκοῦ ἐπὶ σίτου, ἢ παρὰ παντὸς ἁμαρτωλοῦ· ὁ τοιοῦτος ἱερεὺς, ἀπὸ τοιούτων ἐὰν λάβῃ, χωλῶν καὶ τυφλῶν προσφέρει ἐξ αὐτῶν τῷ Θεῷ. Σοὶ δὲ τῷ λαϊκῷ οὐκ ἔξεστι κρῖναι τὸν ἱερέα, εἰ μὴ, ἐὰν εἰδῇς παραβάτην, φεῦγε ἀπ' αὐτοῦ. Ἐὰν ταῦτα φυλάξῃς, ὁ ἱερεὺς, βαθμὸν ἀγαθὸν ἑαυτῷ περιποιῇ, καὶ πολλὴν παῤῥησίαν τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

manus virorum osculari. Catechumeni autem seorsim orent et extra limen. Omnisque populus cum reverentia et silentio audiat verbum Domini. Porro non ii solum qui peccant, sed etiam qui de peccatoribus gaudent, pœnas luent. Oblationes quod spectat, vigilandum est sacerdoti : nam si a milite acceperit qui effuderit sanguinem, a turbulento, a fure, ab improbo negotiatore, a perjuro, aut a divite defraudatore, a publicano exactore, a feneratore, vel ab eo qui pretium frumenti auxerit, vel a quolibet peccatore; hujusmodi sacerdos, inquam, qui talia acceperit, clauda et cæca hinc Deo offert. Tibi laico non licet sacerdotem judicare; quod si prævaricatorem adverteris illum, fuge ab illo. Si hæc tu sacerdos servaveris, gradum bonum tibi acquires [22]; multamque fiduciam in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria in sæcula sæculorum. Amen.

IN SEQUENS OPUSCULUM MONITUM.

Brevem hanc vitæ monasticæ Institutionem *syntagmati apposite subjicimus, quod ambo ejusdem prorsus sint argumenti. Sequens autem opusculum inelegans est omnino, et a quodam Græculo Athanasii nomine confictum, ut quivis eruditus, vel primo aspectu existimabit.*

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΔΙΑΤΥΠΩΣΙΣ ΤΩΝ ΘΕΛΟΝΤΩΝ ΕΝ ΗΣΥΧΙΑ ΔΙΑΓΕΙΝ.

MAGNI ATHANASII

INSTITUTIO EORUM QUI IN QUIETE VITAM AGERE CUPIUNT.

1. Τοιοῦτος ὁ μοναχὸς, καὶ οὕτω χρὴ εἶναι τὸν μοναχὸν, ἀπεχόμενον ἀπὸ γηΐνων πραγμάτων· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Χριστοῦ στρατιώτην, ἄϋλον, ἀμέριμνον, πάσης πραγματευτικῆς ἐννοίας καὶ πράξεως ἐκτός. Ἐν τούτοις ἤτω ὁ μοναχὸς, μάλιστα ὁ πᾶσαν ὕλην τοῦ κόσμου τούτου καταλιπών· καὶ ἐπὶ τὰ ὡραῖα κάλλη τῆς ἡσυχίας ἡ ἄσκησις, ἡδὺς ὁ βίος, ἡ πρᾶξις τερπνή. Βούλει τοιγαροῦν, ἀγαπητὲ, τὸν μονήρη βίον ἀναλαβεῖν, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς ἡσυχίας ἀποτρέχειν τρόπαια· ἄφες ἐκεῖ τὸν κόσμον καὶ τὰς τοῦ κόσμου φροντίδας, τάς τε ἐπὶ τούτων ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας, τουτέστι μόνος ἄϋλος ἔσο, ἀπαθής, πάσης ἐπιθυμίας ἐκτὸς, ἵνα, τῆς ἐκ τούτων περιστάσεως ἀλλότριος γενόμενος, δυνηθῇς ἡσυχάζειν καλῶς. Εἰ μὴ γάρ τις τούτων ἑαυτὸν ὑπεξάρῃ, οὐκ ἂν δυνηθῇ ταύτην κατορθῶσαι τὴν πολιτείαν. Τροφῶν βραχέων ἀντέχου καὶ εὐκαταφρονήτων, μὴ πολλῶν καὶ εὐπεριστάτων, ἢ μᾶλλον ἀπεριστάτων. Ἐὰν δὲ καὶ ὡς φιλοξενίας χάριν περὶ τὰ πολυτελῆ λογισμὸς γένηται, ἄφες τοῦτον ἐκεῖ, μὴ ὅλως πεισθῇς αὐτῷ· ἐνεδρεύει γάρ σε διὰ τούτου ὁ ὑπεναντίος, τοῦ ἀποστῆσαι τῆς ἡσυχίας.

1. Talem et hujusmodi oportet esse monachum, a terrenis rebus abstinentem, ac præterea Christi militem, materia expertem, sollicitudinibus vacuum, extra omnem negotiorum cogitationem et exercitium. In his sit et degat monachus, is maxime qui totam mundi hujus materiam derelïquit. Omnes speciosas pulchritudine superat ascesis illa, quieta et tranquilla est vita. Age ergo, dilecte, monasticam amplectere vitam, et accurre ad illa quietis tropæa. Relinque ibi mundum, mundique curas, mundanos item principatus est potestates; id est, solus et materia esto, passionibusque vacuus, omnis expers desiderii, ut earum rerum circumstantia alienus, quietam probe vitam agere possis. Nisi enim quis esse ejusmodi rebus eximat, nunquam potuerit eam agere vitæ rationem. Paucis et vilibus utere cibis, non vero copiosis, et probe paratis, imo potius improbe paratis. Quod si hospitalitatis causa te lauti cibi cogitatio subeat, **308** missam fac illam, nec prorsus illi obtemperes. Insidiatur enim tibi per eam adversarius, ut te a quieta retrahat vita.

[22] I Tim. III, 13.

2. Cave ne divitias pauperibus erogandas expetas; melior enim sermo bonus est, quam donum. Est quippe illa item maligni fraus, qua ad inanem gloriam plerumque et ad multam negotiationem mentem conjicit. Vestimenta quod spectat, ne cupias multas habere vestes; sed eos solum tibi provide quæ necessitati corporis satis sint. Si tibi alimentis aut vestibus sit opus, ne pudeat ea accipere, quæ tibi ab aliis offeruntur : est enim illud quoddam superbiæ genus. Quod si tibi aliquid in hisce superfluum fuerit, da egeno. Hanc Deus filios suos vult œconomiam servare. Cum præsenti tempore necessaria suppetunt, ne futuri temporis sollicitudem geras, ne unius quidem diei aut hebdomadis : de præsenti solum cura : ipsum tempus sibi necessaria suppeditabit. Sed in primis quære regnum cœlorum. Tuam semper utilitatem curato, et quietæ vitæ modum tibi constitue. Ne cum hominibus materiæ deditis, et ultro citroque distractis habites : vel solus habita, aut cum hominibus materia expertibus et tecum consentientibus. Nam qui cum hominibus materiæ deditis, et ultro citroque distractis habitat, is prorsus eorum distractionis particeps erit, humanisque serviet mandatis, obnoxius vanis sermocinationibus, aliisque malis omnibus, iræ, mœrori, materialium rerum insano amori, metui scandalorum, patrimonialium bonorum sollicitudinibus, cognatorum amicitiis. Eorum itaque consortium devita, ne forte tuam in cellula quietem adimant, et ad sua ultra citroque negotia pertrahant.

3. Si porro cellula in qua degis circumquaque amœna sit, fuge ab illa, ne parcas, ne fortasse ejus amore pertrahare. Nihil non age, nihil non operare, ut possis quietæ et tranquillæ vitæ vacare, atque curare, ut juxta Dei voluntatem degas, et cum invisibilibus inimicis pugnes. Si non potes in tuis partibus tranquille et quiete degere, transfer propositum tuum ad hospitalitatem, in eamque cogitationes tuas quamprimum repone. Esto velut quidam optimus negotiator, qui omnia ad quietam vitam probat et ordinat; et quæ tranquilla et utilia sunt perquirit. Cæterum dico tibi, hospitalitatem dilige, nam liberat te a casibus in regione tua obvenire solitis, tibique præstat ut quietæ et tranquillæ vitæ utilitate perfruare. Fuge moras in civitate, et in eremo persevera, si fieri omnino possit. In urbem ne accedas : nihil enim utile, nihil tuo vitæ instituto fructuosum illic conspicies. Ne timeas neque formides earum rerum sonitum, neque aufugias a stadio utilitatis tuæ. Absque timore sustine, et videbis Dei magnitudinem, omnia scilicet alia salutis signa et manifestationes.

4. Amicos si habes, fuge eorum frequentes confabulationes; si enim perraro colloquare cum ipsis, gratus Deo eris. Quod si deprehendesis per eos tibi damnum obvenire, ne prorsus accedas ad illos. Par quippe est amicos te habere qui tuo vitæ instituto utiles ac dediti sint. Fuge malignorum et conten-

A 2. Ὅρα μὴ ἐπιθυμήσῃς πλοῦτον ἔχειν τρὸς διάδοσιν τῶν πενήτων· κρεῖσσον γὰρ λόγος ἀγαθὸς ὑπὲρ δόμα· ἔστι γὰρ καὶ αὕτη ἀπάτη τοῦ πονηροῦ πρὸς κενοδοξίαν πολλάκις καὶ εἰς πολυπραγμοσύνης αἰτίαν ἐμβάλλουσα τὸν νοῦν. Περὶ δὲ ἱματίων, μὴ ἐπιθυμήσῃς πολλὰ ἔχειν ἱμάτια· ἀλλὰ τὰ ἀρκοῦντα τῇ ἀνάγκῃ τοῦ σώματος μόνα προνοοῦ. Ἐὰν δέῃ τροφῶν ἢ ἱματίων, μὴ αἰσχυνθῇς τὰ παρ' ἑτέρων σοι προσφερόμενα λαβεῖν· τοῦτο γάρ ἐστιν ὑπερηφανίας εἶδος. Ἐὰν δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τούτοις περισσεύῃς, δίδου τῷ ὑστερουμένῳ· οὕτως ὁ Θεὸς τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας οἰκονομεῖσθαι βούλεται. Ἔχων τοῦ ἐνεστῶτος καιροῦ τὰ δέοντα, εἰς τὸν μέλλοντα μὴ μεριμνήσῃς καιρὸν, οἷον ἡμέρας μιᾶς, ἢ ἑβδομάδος, ἢ μὴν ἐνεστῶτος καιροῦ· αὐτὸς ὁ καιρὸς ἐπιχορηγήσει τὰ δέοντα. B Ἀλλὰ μᾶλλον ζήτει μάλιστα τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τῆς ἑαυτοῦ ὠφελείας πάντοτε φρόντιζε, καὶ τὸν τῆς ἡσυχίας περιποιοῦ τρόπον. Μὴ ἀγαπήσῃς οἰκῆσαι μετὰ ἀνθρώπων ὑλικῶν καὶ ἐμπεριπάστων· ἢ μόνος οἴκει, ἢ μετὰ ἀνθρώπων ἀΰλων καὶ ὁμοφρόνων· ὁ γὰρ μετὰ ἀνθρώπων ὑλικῶν καὶ ἐμπεριπάστων οἰκῶν, πάντως κοινωνήσει καὶ αὐτὸς τῇ τούτων περιστάσει, καὶ δουλεύσει ἀνθρωπίναις ἐπιταγαῖς, λαλιαῖς τε ματαίαις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δεινοῖς, ὀργῇ, λύπῃ, μανίᾳ τῶν ὑλῶν, φόβῳ τῶν σκανδάλων, γονικαῖς μερίμναις, συγγενικαῖς φιλίαις. Ἀλλὰ γὰρ τῆς πρὸς τούτους συντυχίας παραιτοῦ, μήποτέ σε ἀπολέσωσι τῆς ἐν τῷ κελλίῳ ἡσυχίας, καὶ περὶ τὰς ἑαυτῶν περιστάσεις ἀγάγωσιν.

C 3. Ἐὰν δὲ καὶ τὸ κελλίον ἐν ᾧ καθέζῃ εὐπερίστατον ᾖ, φεῦγε, καὶ αὐτοῦ μὴ φείσῃ, μὴ ἑλκυσθῇς εἰς ἀγάπην αὐτοῦ. Πάντα ποίει, πάντα πράττε, ὅπως δυνηθῇς ἡσυχάσαι, καὶ σχολάσαι, καὶ σπουδάσαι γενέσθαι ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ θελήμασι, καὶ ἐν τῇ πάλῃ τῶν ἀοράτων. Εἰ μὴ δύνασαι ῥᾳδίως ἡσυχάσαι ἐν τοῖς σοῖς μέρεσι, δός σου ἐπὶ ξενιτείαν τὴν πρόθεσιν, καὶ ἐπὶ ταύτην κατάσπευδέ σου τὸν λογισμόν· γενοῦ καθάπερ τις πραγματευτὴς ἄριστος, τὰ πάντα πρὸς ἡσυχίαν δοκιμάζων, καὶ τὰ πρὸς ταύτην ἥσυχα καὶ χρήσιμα. Πλὴν λέγω σοι, ξενιτείαν ἀγάπα· ἀπαλλάττει γάρ σε τῶν κατὰ τὴν ἰδίαν χώραν περιστάσεων, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἡσυχίαν ὠφελείας μόνον ἀπολαύειν ποιεῖ. Τὰς ἐν πόλει διατριβὰς φεῦγε, καὶ ἐν ἐρήμῳ καρτέρησον, εἰ δυνατὸν τὸ καθόλου. Εἰς D πόλιν μὴ ἀπαντήσῃς· οὐδὲν γὰρ εὔχρηστον, οὐδὲν ὠφέλιμον τῇ πολιτείᾳ σου ἐκεῖ θεάσῃ. Μὴ δειλιάσῃς ἦχον αὐτῶν, ἢ πτοηθῇς· μηδὲ ἀποφύγῃς τὸ στάδιον τῆς σῆς ὠφελείας. Ἀφόβως ὑπόμεινον, καὶ ὑψει τοῦ Θεοῦ τὰ μεγαλεῖα, τὴν ἄλλην ἅπασαν ἐπὶ σωτηρίαν πληροφορίαν.

4. Ἐὰν φίλους ἔχῃς, φεῦγε τούτων τὰς συνεχεῖς συντυχίας· διὰ μακροῦ γὰρ αὐτοῖς συντυγχάνων εὐχάριστος ἔσῃ. Ἐὰν δὲ κατανοήσῃς διὰ τούτων αὐτῶν βλάβην σοι γινομένην, μηδόλως ἐγγίσῃς. φίλους γὰρ ἔχειν σε χρὴ τοὺς ὠφελίμους καὶ συλλαμβανομένους τῇ σῇ πολιτείᾳ. Φεῦγε τῶν πονηρῶν ἀνδρῶν καὶ μα

χίμων τὴν συντυχίαν· μηδενὶ τούτων συνοικήσῃς· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς φαύλας αὐτῶν προθέσεις παραιτοῦν. Ἄνδρες εἰρηνικοὶ ἀδελφοὶ, καὶ πνευματικοὶ πατέρες ἅγιοι, ἔστωσαν φίλοι σοι. Μὴ μετὰ περισπωμένων συναυλίαου, μηδὲ συμπόσιον ἔχῃς μετ' αὐτῶν· μήποτέ σε περὶ τὰς ἑαυτῶν ἀπάτας ἑλκύσωσι, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἡσυχίαν ἐπιστήμης ἀπαγάγωσιν. Ἐὰν δέ τις τῶν κατὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ πορευομένων, ἐλθὼν πρὸς σὲ, ἐπὶ τὸ φαγεῖν προσκαλέσηταί σε, καὶ θέλῃς ὑπάγειν, ὕπαγε μὲν, τάχιον δὲ ἐν τῷ κελλίῳ σου ὑπόστρεφε. Εἰ δυνατὸν, ἐκτὸς τοῦ κελλίου σου μὴ κοιμηθῇς ἔξω· ἵνα διὰ παντός σοι παραμένῃ ἡ τῆς ἡσυχίας χάρις, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ προθέσεως ἀνεμπόδιστον ἕξεις τὴν λατρείαν. Μὴ γίνου ἐπιθυμητὴς βρωμάτων καλῶν· ἡ γὰρ σπαταλῶσα ψυχὴ, ζῶσα τέθνηκε. Μὴ χορτάσῃς τὴν κοιλίαν σου βρώματα διάφορα, ἵνα μὴ πόθος σοι τούτων γένηται, καὶ περὶ τραπέζης ἐμποιήσῃ σοι τὸν πόθον. Εἴρηται γὰρ μὴ ἀπατᾶσθαι χορτασίᾳ κοιλίας. Ἐὰν δὲ καὶ συνεχῶς ἔξω τοῦ κελλίου σου θεάσῃ σεαυτὸν προσκαλούμενον, παραιτοῦ. Ἔστιν ἐπιζήμιος ἡ ἔξω τοῦ κελλίου σοα συνεχὴς διατριβὴ, ἀφαιρεῖται τὴν χάριν, σκοτίζει τὸ φρόνημα, μαραίνει τὸν πόθον.

A tiosorum virorum colloquium, cum nemine illorum habites, imo prava illorum proposita recusa. Fratres qui sint pacifici, et spirituales sancti Patres, amici tibi sint. Ne cum distractis viris habites, neque cum iis una convivere; ne te forte ad suas fraudes pertrahant, et a scientia quæ quietam spectat vitam abducant. Quod si quis eorum qui secundum charitatem Dei incedunt, te adiens ad comedendum invitet, si lubeat abire, abi; sed cito ad cellam remigra tuam. Si fieri potest, ne dormias extra cellam tuam, ut semper apud te permaneat quietæ vitæ gratia, ac sine obice erga propositum hujuscemodi, cultum tuum impendes. Ne esto cupidus lauti cibi; nam quæ deliciatur anima, vivens mortua est. Ne variis cibis ventrem tuum **309** impleas; ne te eorum cupido subeat, et tuum erga mensam appetitum inflammes. Dictum namque est, non oportere falli saturitate ventris. Quod si te frequenter extra cellam tuam videas invitari, abnue. Nam frequens extra cellam tuam mora detrimento tibi est, quippe quæ gratiam auferat, sensum obscuret, amorem marcidum reddat.

IN BINAS AD CASTOREM EPISTOLAS ADMONITIO.

A tiamus, nobis perfecte renuntiandum, atque ita ad bellum procedendum esse; ne forte ex molli et corrupto initio alios ab Evangelica perfectione avertamus. (89) Quandoquidem vero illud probe in Scriptura dictum : « Beatius est dare quam accipere [55], » male quidam interpretantur, vimque litteræ faciunt, atque ad propriam fraudem et ad pecuniæ concupiscentiam dicti sententiam **322** detorquent, necnon Domini doctrinam, quæ sic habet : « Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, et veni, sequere me [56] : » et judicant divitiarum facultatem paupertate feliciorem esse, seque ex hujusmodi abundantia posse indigentibus largiri; sciant hujusmodi homines se nondum mundo renuntiasse, neque ambulare in monastica perfectione, quandiu erubescunt pro Christo gloriosam cum apostolo assumere paupertatem, atque ex opere manuum sibi egenisque subvenire. Quod si desiderent monasticam opere complere promissionem, et cum Apostolo gloriam accipere distributis veteribus divitiis, in fame, siti et nuditate, cum Paulo decertent bonum certamen [57]. (99) Nam si ad perfectionem, necessariam reputasset ipse Apostolus veterum divitiarum possessionem, priorem suam dignitatem minime despexisset : se quippe illustrem et civem fuisse Romanum testatur [57*]. Qui autem Hierosolymæ domos vendebant et prædia sua, et ad pedes apostolorum deponebant [58], nequaquam illud egissent, si nossent, æstimare apostolos felicius esse pecuniis suis ali, quam labore proprio et manuum opere. Liquidius autem eam rem docet Apostolus in sua ad Romanos Epistola : « Nunc autem proficiscar in Jerusalem, ministrare sanctis. Probaverunt enim Macedonia et Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Jerusalem [59]. » Ipse autem vinctus plerumque et in carceribus, itinerisque incommodis subditus, atque eo impeditus, ne, uti solebat, propriis manibus necessaria sibi pararet, ea se accepisse docet ab iis qui e Macedonia erant fratribus, quique se convenerant, aiens : « Nam quod mihi deerat suppleverunt fratres qui venerunt a Macedonia [60]. » Et ad Philippenses : « Quod in principio Evangelii cum nulla Ecclesia communicavi in ratione dati aut accepti, nisi vobiscum solis : quia et Thessalonicæ semel et bis in usum mihi fuistis [61]. » Sint itaque avari, juxta suam sententiam, Apostolo beatiores : quandoquidem ipsis ex propria substantia, quæ sibi necessaria sunt, suppeditantur. Sed nemo nisi in extremam deciderit amentiam id proferre ausus fuerit. (1) Si volumus itaque evangelicum et apostolicum sequi præceptum, atque universam supra apostolos ab initio fundatam Ecclesiam; ne opinio-

B

C

D

[55] Act. xx, 35. [56] Matth. xix, 21. [57] II Tim. iv, 7. [57*] Act. xxii, 25. [58] Act. iv, 35. [59] Rom. xv, 25, [60] II Cor. xi, 9. [61] Philipp. iv, 15.

(98) Ibid. c. 16.
(99) Ibid. c. 17.

(1) Ibid. c. 18.

nibus nostris obtemperemus, nec ea quæ probe dicta sunt perperam intelligamus, ac repudiato tepido illo atque incredulo animi affectu, accuratum Evangelii studium assequamur. Ea quippe ratione valebimus sanctorum Patrum subsequi vestigia, atque a cœnobii scientia et instituto nunquam abscedere, itemque revera huic mundo renuntiare. (2) Operæ autem pretium fuerit hoc loco sanctorum Patrum dicta memorare. Fertur itaque sancti Basilii episcopi Cæsareæ Cappadociæ sermo ad quemdam senatorium virum, qui tepide mundo abrenuntiavit, et qui ex pecuniis sui quidpiam reservavit, dictum ejusmodi : Et senatorium perdidisti, et monachum non fecisti. (3) Oportet igitur omni cura ex nostra exscindere anima radicem ac principium malorum omnium, avaritiam scilicet : compertissimum habentes, manente radice ramos pullulare, difficileque esse virtutem exercere, nisi in cœnobio degamus : in ipso enim etiam de necessariis rebus nihil curamus. Ananiæ et Sapphiræ damnationem præ oculis habentes [62], horreamus de antiquis facultatibus quidpiam nobis reservare. Similiter Giezi exemplum pertimescamus, qui avaritiæ causa æternæ lepræ traditus est [63]. Caveamus ne nobis hujusce vitæ pecunias accumulemus, quas ne in hoc quidem mundo possedimus. Timeamus itidem, Judam laqueo percuntem nobiscum reputante, ne quidpiam servemus ex iis omnibus quibus cum contemptu renuntiavimus. Ad hæc omnia **323** præ oculis semper habentes mortis incertam horam, caveamus ne, qua hora non putamus, veniat Dominus, conscientiamque nostram inveniat avaritia maculatam, dicatque nobis illud quod diviti illi in Evangelio dictum est : « Stulte, hac nocte a te repetunt animam tuam, quæ autem parasti cujus erunt [64] ? »

A τοίνυν κατὰ τὴν γνώμην τῶν φιλαργύρων καὶ οὗτοι μακαριώτεροι τοῦ Ἀποστόλου, ἐπειδὴ ἐκ τῶν ἰδίων ὑποστάσεων ἐχορήγει αὐτοῖς ταῖς χρείαις. Ἀλλ' οὐκ ἄν τις εἰς ἐσχάτην ἀνοιαν ἐλθὼν εἰπεῖν τολμήσῃ τοῦτο. Εἰ τοίνυν βουλόμεθα τῷ εὐαγγελικῷ καὶ ἀποστολικῷ προστάγματι, καὶ πάσῃ ἐκείνῃ τῇ ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τῶν ἀποστόλων θεμελιωθείσῃ Ἐκκλησίᾳ ἀκολουθῆσαι· μὴ ταῖς ἡμετέραις ὑπονοίαις πειθώμεθα, μηδὲ τὰ καλῶς εἰρημένα κακῶς νοῶμεν · ἀλλ' ἀπορρίψαντες τὴν χλιαρὰν καὶ ἄπιστον γνώμην, ἀναλάβωμεν τὴν ἀκρίβειαν τοῦ Εὐαγγελίου. Οὕτω γὰρ δυνησόμεθα καὶ τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ἴχνεσιν ἀκολουθῆσαι, καὶ τῆς ἐπιστήμης τοῦ κοινοβίου μηδέποτε ἀποστῆναι, καὶ ἐν ἀληθείᾳ ἀποτάξασθαι τούτῳ τῷ κόσμῳ. Καλὸν δὲ ἐνταῦθα καὶ λόγου ἁγίων Πατέρων ἐπιμνησθῆναι.

B Φέρεται τοίνυν τοῦ ἁγίου Βασιλείου τοῦ ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας λόγος πρός τινα συγκλητικὸν χλιαρῶς ἀποταξάμενον, καὶ παρακατασχόντα τινὰ τῶν ἰδίων χρημάτων, ῥῆμα τοιοῦτον· « Καὶ τὸν συγκλητικὸν ἀπώλεσας, καὶ μοναχον οὐκ ἐποίησας. » Χρὴ τοίνυν πάσῃ σπουδῇ ἐκκόπτειν ἐκ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς τὴν ῥίζαν, καὶ ἀρχὴν πάντων τῶν κακῶν, ἥτις ἐστὶν ἡ φιλαργυρία· ἀσφαλῶς γινώσκοντας, ὅτι, μενούσης τῆς ῥίζης, οἱ κλάδοι φύονται, τὴν δὲ ἀρετὴν κατορθῶσαι δύσκολον, εἰ μὴ ἐν κοινοβίῳ διάγοντας. Ἐν αὐτῷ γὰρ καὶ περὶ αὐτῶν τῶν ἀναγκαίων χρειῶν περιφρονοῦμεν. Τὴν κατάκρισιν Ἀνανίου καὶ Σαπφείρης πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, φρίξωμεν καταλιμπάνειν ἑαυτοῖς τί ποτε τῆς παλαιᾶς περιουσίας. Ὁμοίως τοῦ Γιεζῆ φοβηθέντες τὸ παράδειγμα τοῦ διὰ τὴν φιλαργυρίαν αἰωνίᾳ λέπρᾳ παραδοθέντος, φυλαξώμεθα συναθροίζειν ἑαυτοῖς τοῦ βίου τὰ χρήματα, ἅπερ

C οὐδὲ ἐν τῷ κόσμῳ εἴχομεν. Ἔτι γε μὴν τὴν τοῦ Ἰούδα λογιζόμενοι δι' ἀγχόνης τελευτὴν, φοβηθῶμέν τι ποτὲ ἀπὸ πάντων ὧν ἀποτασσόμενοι κατεφρονήσαμεν. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες ἀεὶ τὸ τοῦ θανάτου ἄδηλον, μή ποτε ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ προσδοκῶμεν ἔλθῃ ὁ Κύριος, καὶ εὑρήσῃ τὸ ἡμέτερον συνειδὸς τῇ φιλαργυρίᾳ ἐσπιλωμένον, καὶ ἐρεῖ ἡμῖν ὅπερ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἐρρέθη τῷ πλουσίῳ ἐκείνῳ· « Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας τίνι ἔσται ; »

4. Quartum nobis est certamen adversus spiritum iracundiæ, ut cum Deo mortiferum hujus venenum ex intimo animæ nostræ exscindamus. (4) Eo enim intra cor nostrum reposito, ac tenebrosis tumultibus oculum mentis excæcante, nullam eorum quæ consentanea nobis sunt discretionem habere valemus, neque spiritualis cognitionis comprehensionem invenire, nec veræ vitæ participes effici, nec mens nostra divinæ ac veræ lucis capax erit. Nam, « Turbatus est, » ait, « a furore oculus meus [65]. » Neque sapientiæ participes erimus, etiamsi nobis ipsis sapientes videamur, cum scriptum sit : « Furor in sinu insipientium habitabit ; » sed neque salutares discretionis radios consequi possumus, etsi ab hominibus perquam sapientes existimemur ; scriptum quippe est : « Ira etiam pruden-

4. Τέταρτος ἡμῖν ἐστιν ἀγὼν κατὰ τοῦ πνεύματος τῆς ὀργῆς, ὅπως σὺν Θεῷ τὸν τούτου θανατηφόρον ἰὸν ἐκ τοῦ βάθους τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ἐκκόψωμεν. Τούτου γὰρ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ καρδίᾳ ἐναποκειμένου, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς διανοίας ἐκτυφλοῦντος ταῖς σκοτειναῖς ταραχαῖς, οὔτε διάκρισιν τῶν συμφερόντων κτήσασθαι δυνάμεθα, οὔτε πνευματικῆς γνώσεως εὑρεῖν κατάληψιν, οὔτε τῆς ὄντως ζωῆς γενέσθαι μέτοχοι, οὔτε τῆς θεωρίας τοῦ θείου καὶ ἀλη-

D θινοῦ φωτὸς δεκτικὸς ὁ ἡμέτερος νοῦς γενήσεται· « Ἐταράχθη » γὰρ, φησὶν, « ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου, » οὔτε δὲ σοφίας μέτοχοι γενησόμεθα, κἂν μάλιστα σοφοὶ ταῖς ἐπινοίαις λογιζώμεθα· ἐπειδὴ γέγραπται, ὅτι « Θυμὸς ἐν κόλπῳ ἀφρόνων αὐλισθήσεται. » Ἀλλ' οὐδὲ τὰς σωτηριώδεις ἀκτῖνας τῆς διακρίσεως κτήσασθαι δυνάμεθα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα

[62] Act. v. 5-10. [63] IV Reg. v, 27. Luc. xii, 20. [65] Psal. vi, 8.

(2) Ibid. c. 19.
(3) Ibid. c. 20.
(4) Cassian. *Institut.* l. viii, c. 1.

φρόνιμοι τοῖς ἀνθρώποις νομιζόμεθα· γέγραπται γὰρ. ὅτι « Ὀργὴ καὶ φρονίμους ἀπόλλυσιν· » οὔτε τὰς δικαιοσύνης κυβερνήσεις νηφαλίᾳ καρδίᾳ ἐπέχειν ἰσχύομεν. γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ἀνδρὸς ὀργὴ δικαιοσύνην Θεοῦ οὐ κατεργάζεται· » οὔτε δὲ τὴν ἐπαινουμένην παρὰ πάντων κοσμιότητα καὶ εὐσχημοσύνην κτήσασθαι δυνάμεθα· ἐπειδὴ γέγραπται· « Ἀνὴρ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων. » Ὁ τοίνυν βουλόμενος πρὸς τελείωσιν ἐλθεῖν, καὶ ἐπιθυμῶν τὸν πνευματικὸν ἀγῶνα νομίμως ἀγωνίσασθαι, ἀπὸ παντὸς ἐλαττώματος ὀργῆς τε καὶ θυμοῦ ἀλλότριος ἔστω, καὶ ἀκουέτω τί αὐτὸ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς παραγγέλλει λέγων· « Πᾶσα πικρία, καὶ ὀργὴ, καὶ θυμὸς, καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ἡμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ. » Ὅταν δὲ εἴπῃ πᾶσαν, οὐδεμίαν πρόφασιν θυμοῦ ὡς ἀναγκαίαν ἢ ὡς εὔλογον ἡμῖν καταλέλοιπεν. Ὁ τοίνυν πλημμελοῦντα τὸν ἀδελφὸν βουλόμενος διορθώσασθαι ἢ ἐπιτιμίαν παρέχειν, σπουδαζέτω ἑαυτὸν ἀτάραχον φυλάττειν, μή ποτε, ἄλλον θεραπεῦσαι βουλόμενος, ἑαυτῷ τὴν νόσον ἐπισπάσηται, καὶ ῥηθήσεται αὐτῷ τὸ εὐαγγελικὸν ἐκεῖνο· « Ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν· » καὶ πάλιν· « Τί βλέπεις τὸ κάρφος ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς ; ἢ πῶς τρόπῳ ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου· Ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, ὅστις τὴν δοκὸν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ ἔχεις, ἐπικαλύπτουσαν αὐτόν ; Ἐξ οἵας γὰρ δήποτε αἰτίας ἡ τῆς ὀργῆς κίνησις, ὑπερζέσασα, τυφλοῖ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς, καὶ οὐκ ἐᾷ αὐτὸν θεάσασθαι τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐπιθεὶς τοῖς ὀφθαλμοῖς χρυσᾶ μέταλλα ἢ μολίβδινα ἐπίσης ἐκώλυσε τὴν ὁρατικὴν δύναμιν, καὶ οὐδαμῶς διαφορὰν ἐποίησε τῆς τυφλότητος, ἡ τοῦ χρυσοῦ μετάλλου τιμιότης· οὕτως ἐξ οἵας δήποτε αἰτίας ἡ τῆς ὀργῆς κίνησις ἐξαφθεῖσα τὴν ὁρατικὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς σκοτίζει. Τόσε μόνον κατὰ φύσιν κεχρήμεθα τῷ θυμῷ, ὅταν πρὸς τοὺς ἐμπαθεῖς καὶ φιληδόνους λογισμοὺς τοῦτον κινήσωμεν. Οὕτω γὰρ ἡμᾶς καὶ ὁ προφήτης Δαυὶδ ἐκδιδάσκει φάσκων· « Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· » τουτέστι, κατὰ τῶν ἰδίων παθῶν τὴν ὀργὴν κινεῖτε, καὶ κατὰ τῶν πονηρῶν λογισμῶν, καὶ μὴ διὰ τοῦ πράττειν τὰ ὑποβαλλόμενα ὑπ' αὐτῶν ἁμαρτάνετε· καὶ ταύτην σαφῶς τὴν ἔννοιαν δηλοῖ τὸ ἐπαγόμενον· « Ἃ λέγετε, φησὶν, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε· » τουτέστιν, ὅταν ἀνέλθωσιν ἐπὶ τὴν καρδίαν οἱ πονηροὶ λογισμοὶ, ἐκβάλλοντες τούτους διὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς ὀργῆς, μετὰ τὴν τούτων ἀποβολὴν ὡσανεὶ ἐν κοίτῃ τῇ ἡσυχίᾳ εὑρισκόμενοι, τὸ τηνικαῦτα κατανύγητε πρὸς μετάνοιαν. Συμφωνεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ μακάριος Παῦλος χρησάμενος τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ ῥητοῦ τούτου, καὶ προσθείς· « Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν· μὴ δίδοτε τόπον τῷ διά-

A tes disperdit :» neque justitiæ gubernacula vigilanti corde retinere valemus, cum scriptum sit : « Ira viri justitiam Dei non operatur[66] :» neque omnium ore celebratam modestiam decentiamque obtinere possumus, quandoquidem scriptum est : « Vir iracundus modestus non est[67]. »(5) Qui voluerit ergo ad perfectionem attingere, qui exoptat spirituale certamen legitime obire, ab omni delicto iræ furorisve alienus sit, audiatque quid præcipiat vas illud electionis :« Omnis amaritudo et ira et indignatio, et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia[68].» Cum ait autem « omnem, » nullam nobis indignationis occasionem, vel quasi necessariam, vel quasi consentaneam reliquit. Qui igitur errantem fratrem corripere aut castigationem ipsi

B inferre voluerit, studeat sese commotionis perturbationisque expertem custodire, ne, dum alium vult curare, morbum sibi trahat, neve dicatur ei Evangelicum illud :« Medice, cura teipsum[69] : » ac rursum : « Quid tu vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non intelligis? aut quomodo dices fratri tuo : Sine, ejiciam festucam ex oculo tuo, qui trabem in proprio oculo habes operientem illum[70]? » Qualibet enim de causa iræ motus effervescat, mentis oculos excæcat, neque sinit hominem respicere Solem justitiæ.(6) Quemadmodum enim qui oculis imponit aurea et plumbea metalla, æque impedit videndi facultatem, nec aurei metalli pretium aliquam facit cæcitatis differentiam; ita ex qualibet causa iræ commotio accendatur, animæ videnti facultatem obtenebrat. (7) Tunc

C solum juxta naturam indignatione utimur, cum adversus vitiosas et voluptarias cogitationes eam movemus. Id quippe nos propheta David docet cum ait : « Irascimini et nolite peccare[71]; » id est, adversus proprias passiones iram movete, necnon adversus pravas cogitationes, neque agendo quæ vobis suggeruntur ab illis, peccetis : quam plane interpretationem declarat quod sequitur : « Quæ dicitis, inquit, in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini[72] » id est, cum ascenderint pravæ cogitationes in cor vestrum, ejicite illas, concitantes adversus eas iram vestram postquam vero ejectæ fuerint, quasi in lecto seu quiete, tum compungimini ad pœnitentiam. His porro consonat beatus Paulus, qui hujusce dicti testimonio

D est usus, atque illud adjecit :« Sol non occidat super iracundiam vestram, nolite dare locum diabolo[73];» id est, ne pravis cogitationibus consentiendo, Solem justitiæ Christum irritantes, efficiatis ut occidat in 3?4 cordibus vestris, ut ne ejus discessu locum in vobis inveniat diabolus. (8) De isto sole ait Deus per prophetam :« Timentibus nomen meum orietur Sol justitiæ, et medicina erit in alis ejus[74]. »

[66] Jac. I, 20. [67] Prov. XI, 25. [68] Ephes. IV, 31. [69] Luc. IV, 23. [70] Marc. VII, 23. [71] Psal. IV, 5. [72] Ibid. [73] Ephes. IV, 26. [74] Malach. IV, 2.

(5) Ibid. c. 5.
(6) Ibid. c. 6.
(7) Ibid. c. 7, 8.
(8) Ibid. c. 9.

Quod si dictum illud (Apostoli) ad litteram accipiamus, ne quidem ad occasum usque solis conceditur nobis ut iram servemus. (9) Quid igitur de illis dicemus, qui feritate atque insania vitiati affectus, non ad usque solis hujusce occasum tantummodo servant iram; sed etiam ad multos dies producunt eam, a mutuo colloquio abstinentes : neque verbis ulterius iracundiam exprimunt suam, sed silentio ad invicem servato, virus memoriæ injuriarum ad suam perniciem accendunt; ignorantes non modo a peccato quod opere perpetratur abstinendum esse; sed etiam ab eo quod in mente concipiatur; ne tenebris recordationis injuriarum obscurata mens, excidat a lumine cognitionis, ac discretionis, atque privetur sancti Spiritus habitatione. (10) Quamobrem jubet Dominus in Evangeliis [75], relinqui munus super altare, et reconciliari fratri : quod fieri nequeat acceptum munus esse, nobis ira ac injuriarum memoriæ occupatis. Apostolus vero cum ait, sine intermissione orandum esse [76], in omnique loco elevandas esse sanctas manus, absque ira [77], etiamsi in sola cogitatione sit, id agendum esse docet. Restat igitur ut vel nunquam oremus, atque ita obnoxii simus Apostolico præcepto; aut si præcepta servare curemus, ut absque ira et recordatione injuriarum illud agamus. (11) At quandoquidem plerumque contingit, ut contristatis aut perturbatis fratribus, nos rem contemnamus, atque dicamus, non nos in causa esse quod illi contristentur; animarum medicus, ut iræ occasiones radicitus evellat ex corde nostro [78], non modo si nos contristati et irati simus in fratrem nostrum, jubet ut munus relinquamus, et reconciliemur ipsi; sed etiamsi ipse in nos jure an injuria irascatur, ut excusatione nostra iram ejus sedemus, et tunc munus offeramus. (12) Sed quid diutius evangelicis et apostolicis præceptis immoremur, cum ex veteri item lege liceat hoc ediscere : quæ tametsi ex illa severitate deflectere ac sese attemperare videtur, ita habet : « Ne oderis fratrem tuum in corde tuo [79]. » Ac rursum : « Viæ eorum qui injuriarum memoriam tenent, ad mortem [80]. » Hoc enim loco non modo eam quæ in opus prorumpit, sed eam item quæ mente retinetur iram, vetat atque ulciscitur. Quamobrem oportet divinis legibus inhærentes, totis viribus contra spiritum iræ decertare, et contra morbum illum intra nos situm : neque contra homines iram concitare, ac ideo solitudinem et segregationem consectari; quo scilicet nemine ibi præsente qui nos concitet ad iram, virtus æquanimitatis facile in solitudine exerceatur : nam tum ex superbia, tum quod nolimus nos ipsos incusare, nostræque segnitiei iræ causas ascribere, efficitur ut exoptemus a fratribus segregari. Quandiu itaque imbecillitatis nostræ causas aliis imputa-

A

B

C

D

βόλῳ· » τουτάστι μὴ παρασκευάσητε τὸν Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης Χριστὸν, παροργίζοντες αὐτὸν ἐν τῇ τῶν φαύλων λογισμῶν συγκαταθέσει, ἐπιδῦναι τὰς καρδίας ὑμῶν· ἵνα μὴ τῇ ἀναχωρήσει αὐτοῦ εὕρῃ ἐν ὑμῖν τόπον ὁ διάβολος. Περὶ τούτου τοῦ ἡλίου καὶ ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου λέγει· « Τοῖς δὲ φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου ἀνατελεῖ Ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἔσται ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. » Εἰ δὲ καὶ κατὰ τὸ γράμμα ἐκλάβωμεν τὸ ῥητὸν, οὐδὲ μέχρι δύσεως ἡλίου συγχωρεῖται ἡμῖν φυλάττειν τὴν ὀργήν. Τί οὖν ἐροῦμεν περὶ τούτων, οἵτινες τῇ ἀγριότητι καὶ μανίᾳ τῆς ἐμπαθοῦς διαθέσεως, οὐ μόνον μέχρι δύσεως τούτου τοῦ ἡλίου διατηροῦσι τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστας ἡμέρας παρατείνουσιν αὐτὴν παρασιωπῶντες ἀπ' ἀλλήλων, οὐκέτι μὲν διὰ τῶν ῥημάτων ἐκφέροντες αὐτὴν, τῇ δὲ πρὸς ἀλλήλους σιωπῇ τὸν τῆς μνησικακίας ἰὸν εἰς ὅλεθρον αὐτῶν ἐξάπτοντες, ἀγνοοῦντες, ὅτι μὴ μόνον ἐκ τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας ἀπέχεσθαι δεῖ, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ διάνοιαν, ἵνα μὴ, τῷ σκότει τῆς μνησικακίας ὁ νοῦς ἀμαυρωθεὶς, ἐκπέσῃ τοῦ φωτὸς τῆς γνώσεως, καὶ τῆς διακρίσεως, καὶ στερηθῇ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος οἰκήσεως. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις κελεύει ἀφεῖναι τὸ δῶρον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ διαλλάττεσθαι τῷ ἀδελφῷ· ἐπεὶ μὴ δυνατὸν εὐπρόσδεκτον γενέσθαι, θυμοῦ καὶ μνησικακίας ἐναποκειμένων ἡμῖν. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ λέγων ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίρειν ὁσίας χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς καὶ διὰ λογισμῶν τοῦτο ἡμᾶς διδάσκει. Περιλείπεται τοίνυν ἢ μηδέποτε προσεύχεσθαι, καὶ κατὰ τοῦτο ὑποδίκους εἶναι τῷ ἀποστολικῷ παραγγέλματι, ἢ σπουδάζοντας φυλάττειν τὰ προστάγματα, χωρὶς ὀργῆς καὶ μνησικακίας τοῦτο ποιεῖν. Καὶ ἐπειδὴ πολλάκις λυπηθέντων ἀδελφῶν ἢ ταραχθέντων περιφρονοῦμεν λέγοντες, οὐκ ἐξ ἡμετέρας αἰτίας τούτους λελυπῆσθαι, ὁ τῶν ψυχῶν ἰατρὸς τὰς προφάσεις τῆς ὀργῆς ῥιζόθεν ἀπὸ καρδίας ἀνάσπασαι βουλόμενος, οὐ μόνον εἰ τύχοιμεν ἡμεῖς λελυπημένοι κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ, προστάσσει ἀφιέναι τὸ δῶρον, καὶ διαλλάττεσθαι τούτῳ· ἀλλὰ καὶ εἰ αὐτὸς λελύπηται καθ' ἡμῶν δικαίως ἢ ἀδίκως, τοῦτον διὰ τῆς ἀπολογίας θεραπεύειν, καὶ τότε προσφέρειν τὸ δῶρον. Ἀλλὰ τί ἐπιπολὺ τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς παραγγέλμασιν ἐνδιατρίβομεν, ἐξὸν καὶ ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ νόμου μαθεῖν τοῦτο, ὃς, καὶ συγκατάβασιν τῆς ἀκριβείας ἔχειν δοκῶν, τάδε φησί· « Μὴ μισήσῃς τὸν ἀδελφόν σου ἐν τῇ καρδίᾳ σου· » καὶ πάλιν· « Ὁδοὶ μνησικάκων εἰς θάνατον. » Καὶ ἐνταῦθα γὰρ οὐ μόνον τὴν κατ' ἐνεργειαν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ διάνοιαν ὀργὴν κωλύει καὶ κολάζει. Διὸ προσήκει, τοῖς θείοις νόμοις ἀκολουθοῦντας, πάσῃ δυνάμει ἀγωνίζεσθαι κατὰ τοῦ πνεύματος τῆς ὀργῆς, καὶ κατὰ τῆς ἔνδον ἐν ἡμῖν ἀποκειμένης νόσου· καὶ μὴ, κατὰ τῶν ἀνθρώπων τὸν θυμὸν κινοῦντας, ἐρημίαν καὶ μόνωσιν μεταδιώ-

[75] Matth. v, 24. [76] I Thess. v, 17. [77] I Tim. II, 8. [78] Matth. v, 24. [79] Levit. XIX, 17. [80] Prov. XII, 25.

(9) Ibid. c. 10, 11.
(10) Ibid. 12.
(11) Ibid. c. 13.
(12) Ibid. c. 14, 15.

κειν· ὡς ἐκεῖ δῆθεν, καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ κινοῦντος ἡμᾶς εἰς ὀργήν, εὐκόλως ἐν τῇ μονώσει ἡ ἀρετὴ τῆς μακροθυμίας κατορθωθήσεται· ἀπὸ γὰρ τῆς ὑπερηφανίας καὶ τοῦ μὴ θέλειν μέμφεσθαι ἑαυτοὺς καὶ ἐπιγράφειν τῇ ἰδίᾳ ῥᾳθυμίᾳ τὰς αἰτίας τῆς ὀργῆς, τὴν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἀλλοτρίωσιν ἐπιποθοῦμεν. Ἕως ὅτε τοίνυν τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας τὰς αἰτίας ἄλλοις ἐπιγράφομεν, ἀδύνατον ἡμᾶς πρὸς τὴν τελείωσιν τῆς μακροθυμίας φθάσαι. Τὸ γὰρ κεφάλαιον τῆς ἡμετέρας διορθώσεως, οὐκ ἐκ τῆς τῶν πλησίον μακροθυμίας τῆς πρὸς ἡμᾶς γινομένης κατορθοῦται, ἀλλ' ἐκ τῆς ἡμετέρας πρὸς τὸν πλησίον μακροθυμίας καὶ ἀνεξικακίας. Ὅταν δὲ τὸν τῆς μακροθυμίας ἀγῶνα φεύγοντες τὴν ἔρημον καταδιώκωμεν καὶ τὴν μόνωσιν, ὅσα δ' ἂν τῶν ἡμετέρων παθῶν ἀθεράπευτα ἐκεῖσε ἐπενέγκωμεν, ἐπικεκρυμμένα, οὐκ ἐξειλημμένα, τυγχάνουσι. Καὶ γὰρ ἡ ἔρημος καὶ ἡ ἀναχώρησις τοῖς μήπω παθῶν ἀπηλλαγμένοις οὐ μόνον φυλάττειν ἐπίσταται τὰ ἐλαττώματα, ἀλλὰ καὶ ἐπικαλύπτειν ταῦτα οἶδε. Καὶ οὐδὲ ἐπαισθάνεσθαι αὐτοὺς συγχωρεῖ ποίῳ πάθει ἡττῶνται· τοὐναντίον δὲ φαντασίαις αὐτοὺς ὑποβάλλει, κατωρθωκέναι αὐτοὺς πείθει τήν τε μακροθυμίαν καὶ τὴν ταπείνωσιν, ἕως μὴ πάρεστιν ὁ τούτους ἐρεθίζων καὶ δοκιμάζων· ὅταν δὲ συμβῇ πρόφασις τούτους κινοῦσα, καὶ γυμνάζουσα, εὐθέως τὰ ἐναποκείμενα πάθη καὶ τὸ πρὶν λανθάνοντα, ὥσπερ ἵπποι ἀχαλίνωτοι, ἐκ τῶν ἰδίων ἀφετηρίων ἐκπηδήσαντες, καὶ τῇ μακρᾷ ἡσυχίᾳ καὶ σχολῇ τραφέντες, σφοδρότερον καὶ ἀγριώτερον πρὸς ὄλεθρον κατασύρουσι τὸν ἴδιον ἐπιβάτην. Πλέον γὰρ ἀγριοῦται ἐν ἡμῖν τὰ πάθη ἀργοῦντα τῆς ἐξ ἀνθρώπων γυμνασίας, καὶ αὐτὴν τὴν σκιὰν τῆς ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας, ἣν εἰκονικῶς δοκοῦμεν ἔχειν, ἀναμεμιγμένην τοῖς ἀδελφοῖς τῇ ἀμελείᾳ τῆς ἀγυμνασίας, καὶ τῆς μονώσεως ἀπόλλυμεν. Ὥσπερ γὰρ τὰ ἰοβόλα τῶν θηρίων ἐν ἐρημίᾳ, καὶ ἐν ταῖς ἰδίαις κοίταις ἡσυχάζοντα, τότε τὴν ἰδίαν μανίαν ἐπιδείκνυνται, ὅταν λάβωνταί τινος προσεγγίζοντος· οὕτω καὶ οἱ ἐμπαθεῖς ἄνθρωποι οὐκ ἀρετῆς διαθέσει, ἀλλὰ τῇ τῆς ἐρημίας ἀνάγκῃ ἡσυχάζοντες, τότε τὸν τῆς ψυχῆς ἰὸν ἐξεμοῦσιν, ὅταν δράξωνται τοῦ προσεγγίζοντος καὶ ἐρεθίζοντος. Καὶ τούτου χάριν τοῖς τελείωσιν πραότητος ἐπιζητοῦσι σπουδῇ πάσῃ ὀφείλει μὴ μόνον πρὸς ἀνθρώπους μὴ ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ πρὸς τὰ ἄλογα, μηδὲ πρὸς τὰ ἄψυχα πράγματα. Μέμνημαι γὰρ ἐγὼ ἡνίκα ἐν ἐρήμῳ διέτριβον κατὰ καλάμου τὸν θυμὸν κινήσας, τῆς παχύτητος τούτου ἢ λεπτότητος ἀπαρεσάσης μοι· καὶ κατὰ ξύλου παλιν, ὅταν κόψαι τοῦτο θελήσας, μὴ ταχέως ἐδυνήθην· καὶ πάλιν κατὰ λίθου πυρεκβόλου, ὅταν, σπουδάζοντός μου ἐκβάλλειν τὸ πῦρ, μὴ ταχέως ὁ σπινθὴρ ἐξεπήδησεν, οὕτω τῆς ὀργῆς ἐπιταθείσης, ὡς κατὰ τῶν ἀναισθήτων, καὶ ἀψύχων πραγμάτων ταύτην ἐκφέρειν. Εἰ τοίνυν ἐπιποθοῦμεν τυχεῖν τοῦ μακαρισμοῦ τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὴν κατ' ἐνέργειαν ὀφείλομεν ὀργὴν κωλῦσαι, καθὰ εἴρηται, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ διάνοιαν. Οὐ γὰρ

(13) Ibid. c. 16, 17.
(14) Ibid. c. 18.

A mus, impossibile est nos ad perfectionem æquanimitatis attingere.(13) Summa quippe emendationis nostræ non ex proximi erga nos æquanimitate obtinetur, sed ex nostra erga proximum longanimitate ac injuriarum oblivione.Cum autem æquanimitatis certamen fugientes eremum petimus et solitudinem, quascunque illuc nondum curatas sedatasque passiones afferimus,occultas eas,non deletas esse putemus. Enimvero eremus atque secessus iis qui nondum passionibus liberi sunt, non reservare modo imperfectiones, sed eas occultare quoque novit. Neque iis sentire concedit quibus sint passionibus obnoxii ; quintmo iis quas suggerit phantasiis suadet ipsis quod æquanimitatem, quod humilitatem sint assecuti, donec adest nemo qui B concitet et probet ipsos ; cum accidit autem occasio qua concitentur et exerceantur, reconditæ statim ac pridem occultæ passiones, ceu effrenes **325** equi ex stabulis erumpentes, ac longa quiete et otiositate perpasti, vehementius efferatiusque equitem in perniciem conjiciunt.Passiones quippe in otio neque excitatæ ab hominibus magis efferuntur in nobis:ipsamque patientiæ et æquanimitatis umbram, quam phantasia tantum et opinione tenemus, si fratribus nos immisceamus, per solitudinis otium. ob negligentiam exercitandi amittimus.(14) Quemadmodum enim venenata animalia, in deserto et in cubilibus suis recumbentia, tunc furorem suum demonstrant, cum accedentem quemdam capiunt; ita homines passionibus obnoxii, non virtutis affectu, sed ex deserti loci necessaria conditione quiC escentes, tum animæ virus evomunt, cum accedentem quempiam et irritantem se apprehenderint. Quamobrem qui mansuetudinis perfectionem exquirunt, par omnino est, ut non modo adversum homines non irascantur, sed neque adversus bruta, imo ne adversus inanimata quidem. Memini me cum in eremo degerem,contra calamum iram concepisse, quod ejus modo densitas modo tenuitas displiceret : contra lignum item, quod excindere cum vellem, celeriter non possem : rursum contra igniarium silicem, quod me festinante ignem educere, non statim exsiliret scintilla ; ita nimirum grassatur ira,ut ad usque insensibilia et inanimata efferatur. (15) Si cupiamus itaque consequi beatitudinem Christi ; non modo iram quæ ad opus D prorumpit,uti supra dictum est, coercere debemus, sed eam quoque quæ mente concipitur. Non enim tantumdem affert utilitatis os continere suum, et furiosum quodquam dictum non proferre, quantum cor purgare ab injuriarum memoria,et pravas non fovere cogitationes. Docet enim evangelica doctrina, excisas oportere peccatorum radices, potius quam ramos. Excisa quippe a corde iræ radice, nullum odium, nulla invidia ad opus usque deducetur : nam, qui odit fratrem suum, homicida est, nimirum quoad affectum odii occidit eum. Occisum

(15) Ibid. c. 19.

autem videt illum Deus : cujus sanguinem, non gladio effusum vident homines, sed ex affectu odii ille occisus fuit. Deus itaque non modo pro operibus, sed etiam pro cogitationibus et proposito, unicuique coronas aut supplicia retribuet, quemadmodum ipse per prophetam ait : Ego venio collectum opera, cogitationes, et meditationes eorum. Ac rursum Apostolus ait : Inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum judicabit Deus occulta hominum [81]. » Ipse autem Dominus docens, oportere nos omnem iracundiam deponere, ait in Evangeliis : « Quod, quicunque irascitur fratri suo, reus erit judicio [82]. » (16) Ita enim habent accurata exemplaria : nam illa vox,« temere, » adjectitia est : quod palam est ex præcedenti Scripturæ clausula. Scopus namque Domini vult nos radicem ac scintillam iræ prorsus abscindere, ac ne minimam iræ occasionem intra nos servare ; ut ne scilicet si ex consentanea ratione iram concitemus, demum in bruti animi furorem incidamus. (17) Hujusce porro morbi hæc est perfecta medela ; ut scilicet persuasum habeamus, nobis neque justa neque injusta de causa licere indignationem concitare nostram.Nam si spiritus iræ mentem obscuret nobis, neque lux discretionis, neque recti consilii justitiæque gubernaculum in nobis reperietur : neque spiritu iræ dominante fieri potest, ut anima nostra templum sancti Spiritus efficiatur. Demum oportet ut incertam mortis horam præ oculis habentes, custodiamus nos ab ira, ac sciamus neque ascesin, neque temperantiam, neque abdicationem rei omnis materialis, neque jejunia et vigilias, utilitati nobis fore, si ira atque odio correpti, rei simus judicio. Quo utinam liberemur, gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum.

τοσοῦτον ὠφελεῖ τὸ κρατεῖν τοῦ στόματος, καὶ μὴ ἐκφέρειν ῥῆμα μανιῶδες, ὅσον τὸ καθαρίζειν τὴν καρδίαν ἀπὸ μνησικακίας, καὶ μὴ ἀνατρέφειν πονηροὺς λογισμούς. Τὰς ῥίζας γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων ἐκκόπτειν παραγγέλλει ἡ εὐαγγελικὴ διδασκαλία, ἥπερ τοὺς καρποὺς· τῆς ῥίζης γὰρ τοῦ θυμοῦ ἐκκοπείσης ἀπὸ τῆς καρδίας, οὔτε μῖσος, οὔτε φθόνος εἰς ἔργον προαχθήσεται· καὶ γὰρ ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀνθρωποκτόνος ἐστὶ, φονεύων αὐτὸν ἐν τῇ διαθέσει τοῦ μίσους. Ἀναιρεθέντος Θεὸς ἀφορᾷ· οὗτινος τὸ αἷμα, οὐ διὰ ξίφους ἐκχυθὲν, ἄνθρωποι βλέπουσιν, ἀλλὰ τῇ διαθέσει τοῦ μίσους ἀναιρεθέντος. Θεὸς ἄρα οὐ μόνον ὑπὲρ πράξεων, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ λογισμῶν καὶ ὑπὲρ προαιρέσεων ἑνὶ ἑκάστῳ στεφάνους ἢ τιμωρίας ἀποδιδοὺς, καθὼς αὐτὸς διὰ τοῦ προφήτου φησίν· « Ἐγὼ ἔρχομαι συναγαγεῖν τὰ ἔργα, καὶ τοὺς λογισμοὺς, καὶ τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν. » Καὶ πάλιν ὁ Ἀπόστολος λέγει · « Μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων [κατηγορούντων], ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων. » Αὐτὸς δὲ ὁ Δεσπότης, διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι δεῖ πᾶσαν ὀργὴν ἀποτίθεσθαι, φησὶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις · « Ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. » Οὕτω γὰρ τῶν ἀντιγράφων τὰ ἀκριβῆ περιέχει· τὸ γὰρ εἰκῇ, ἐκ προσθήκης ἐτέθη· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ προκειμένου λήμματος τῆς Γραφῆς. Ὁ γὰρ σκοπὸς τοῦ Κυρίου τὴν ῥίζαν, καὶ τὸν σπινθῆρα τῆς ὀργῆς ἀποκόπτειν πᾶσι τρόποις ἡμᾶς βούλεται, καὶ μήτε μίαν πρόφασιν ὀργῆς ἐν αὐτοῖς διαφυλάττειν · ἵνα μὴ εὐλόγως δῆθεν τὴν ὀργὴν κινούμενοι, ὕστερον τῇ μανίᾳ τοῦ ἀλόγου θυμοῦ περιπέσωμεν. Τῆς δὲ νόσου ταύτης τελεία ἰατρεία αὐτή ἐστι, ἵνα πιστεύσωμεν, ὅτι οὔτε ἐπὶ δικαίοις, οὔτε ἐπὶ ἀδίκοις, ἔξεστιν ἡμῖν κινεῖν τὸν θυμόν. Τοῦ γὰρ πνεύματος τῆς ὀργῆς σκοτίσαντος τὴν διάνοιαν, οὔτε διακρίσεως φῶς, οὔτε ἡμῖν εὑρεθήσεται, οὔτε ναὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὀργῆς κυριεύοντος. Τέλος δὲ πάντων χρὴ τὸ ἄδηλον τοῦ θανάτου καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας, φυλάττειν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς ὀργῆς, καὶ εἰδέναι, ὅτι οὔτε ἄσκησις, οὔτε σωφροσύνη, οὔτε ἀποταγὴ πάσης ὕλης, οὔτε τῶν νηστειῶν καὶ ἀγρυπνιῶν ὄφελος ἡμῖν ἔσται, ἐὰν, ὑπὸ ὀργῆς καὶ μίσους κατεχόμενοι, ἔνοχοι εὑρεθῶμεν τῇ κρίσει. Ἧς ῥυσθείημεν χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

326 5. (18) Quintum nobis est certamen adversus spiritum tristitiæ, qui animam obscurat nostram ut nulli possit spirituali contemplationi vacare, cohibetque illam ab omni bono opere. Cum enim pravus ille spiritus animam apprehenderit totamque obscuraverit, non preces cum alacritate fundere concedit,non in sacrarum lectionum capienda utilitate vacare, non fratribus mansuetum et commodum esse sinit : odium omnis circa opera studii, ipsiusque vitæ professionibus suggerit. Dum omnia denique salutaria animæ consilia confundit tristitia, ejusque firmitatem ac perseverantiam solvit, quasi stultam illam et attonitam efficit, ac

5. Πέμπτος ἡμῖν ἐστιν ἀγὼν κατὰ τοῦ πνεύματος τῆς λύπης, τοῦ ἐπισκοτοῦντος τῇ ψυχῇ ἀπὸ πάσης πνευματικῆς θεωρίας, καὶ κωλύοντος αὐτὴν ἀπὸ πάσης ἀγαθῆς ἐργασίας. Ὅταν γὰρ τὸ πονηρὸν τοῦτο πνεῦμα περιδράξηται τῆς ψυχῆς, καὶ ὅλην αὐτὴν σκοτώσῃ, οὐκ εὐχὰς ἐκτελεῖν μετὰ προθυμίας συγχωρεῖ, οὐ τῶν ἱερῶν ἀναγνωσμάτων τῇ ὠφελείᾳ ἐγκαρτερεῖν, πρᾶον καὶ εὐκατάμικτον πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς εἶναι οὐ συγχωρεῖ, καὶ πρὸς πάντα τῶν ἔργων τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ πρὸς αὐτὴν τοῦ βίου τὴν ἐπαγγελίαν μῖσος ἐμποιεῖ. Καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ σωτηριώδη βουλεύματα τῆς ψυχῆς ἡ λύπη συγχέασα καὶ τὴν εὐτονίαν αὐτῆς, καὶ καρτερίαν παραλύσασα, ὡς

[81] Rom. II; 15. [82] Matth. v, 12.

(16) Ibid, c. 20.
(17) Ibid. c. 21.
(18) Ibid. I. IX, c. 1.

ἄφρονα αὐτὴν, καὶ παραπλῆγα ἀπεργάζεται, τῷ τῆς ἀπογνώσεως λοιπὸν ἐνδήσασα λογισμῷ. Διὰ τοῦτο εἷς σκοπὸς ἡμῖν ἔστω ἀγωνίσασθαι τὸν πνευματικὸν ἀγῶνα, καὶ νικῆσαι σὺν Θεῷ τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας, καὶ πάσῃ φυλακῇ τηρῆσαι τὴν ἑαυτῶν καρδίαν ἀπὸ τοῦ πνεύματος τῆς λύπης, Ὥσπερ γὰρ σὴς ἱμάτιον, καὶ σκώληξ ξύλον, οὕτως ἡ λύπη τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν κατεσθίει, ἐκκλίνειν πείθουσα πᾶσαν ἀγαθὴν συντυχίαν, καὶ οὐδὲ παρὰ τῶν γνησίων φίλων λόγον συμβουλίας δέχεσθαι συγχωροῦσα, οὐδὲ χρηστὴν ἀπόκρισιν ἢ εἰρηνικὴν ἐπιτρέπουσά τούτοις μεταδοῦναι· ἀλλὰ πᾶσα τὴν ψυχὴν θλίβουσα, πικρίας αὐτὴν καὶ ἀκηδίας πληροῖ· καὶ λοιπὸν ὑποβάλλει αὐτὴν φεύγειν τοὺς ἀνθρώπους, ὡς αἰτίους αὐτῇ τῆς ταραχῆς γενομένους· καὶ οὐ συγχωρεῖ αὐτὴν ἐπιγνῶναι, ὅτι οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἔνδοθεν ἔχει τὴν νόσον ἀποκειμένην, ἥτις τότε φανεροῦται, ὅταν οἱ πειρασμοὶ ἐπιστάντες διὰ τῆς γυμνασίας εἰς τὸ ἐμφανὲς αὐτὴν προενέγκωσιν. Οὐδέποτε γὰρ ὑπὸ ἄλλου βλαβήσεται ἄνθρωπος, εἰ μὴ ἔνδοθεν ἀποκειμένην ἔχει τὴν νόσον, ἤτοι τὰς τῶν παθῶν αἰτίας, καὶ τούτου χάριν ὁ πάντων δημιουργὸς καὶ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν Θεὸς, καὶ μόνος ἐπιστάμενος τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς ἀκριβῶς, οὐ τὰς τῶν ἀνθρώπων διατριβὰς παραγγέλλει καταλιμπάνειν, ἀλλὰ τὰς ἐν ἡμῖν τῆς κακίας ἐκκόπτειν αἰτίας, γινώσσων τὴν αἰτίαν τῆς ψυχῆς ὑγείας οὐκ ἐν τῷ χωρισμῷ τῶν ἀνθρώπων κατορθοῦσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων συνδιαγωγῇ καὶ γυμνασίᾳ. Ὅταν τοίνυν διά τινας εὐλόγους δῆθεν προφάσεις τοὺς ἀδελφοὺς καταλιμπάνωμεν, οὐ τὰς τῆς λύπης ἀφορμὰς ἐξεκόψαμεν, ἀλλὰ μόνον ἐνηλλάξαμεν αὐτὸς τῆς ἐναποκειμένης ἔνδον νόσου, καὶ διετο... πραγμάτων ταύτας ἀνακινούσης. Διὰ τοῦτο κατὰ τῶν ἔνδοθεν παθῶν ἅπας ἡμῖν ἔστω ὁ πόλεμος. Τούτων γὰρ διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ συνεργίας ἐκβληθέντων, οὐ λέγω μετὰ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ μετὰ θηρίων εὐκόλως συνδιατρίψομεν, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Ἰὼβ εἰρημένον· « Θῆρες ἄγριοι εἰρηνεύσουσί σοι. » Προηγουμένως τοίνυν ἀγωνιστέον κατὰ τοῦ πνεύματος τῆς λύπης, τοῦ βάλλοντος τὴν ψυχὴν εἰς ἀπόγνωσιν, ὅπως ἀπελάσωμεν τοῦτο τῆς ἡμετέρας καρδίας. Τοῦτο γὰρ τὸν Κάϊν οὐ συνεχώρησε μετὰ τὴν ἀδελφοκτονίαν μετανοῆσαι, οὔτε τὸν Ἰούδαν μετὰ τὴν τοῦ Δεσπότου προδοσίαν. Ἐκείνην μόνην τὴν λύπην ἀσκήσωμεν, τὴν ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ τῶν ἡμαρτημένων μετὰ ἐλπίδος ἀγαθῆς γινομένην, καὶ τῇ ἐπικτήσει τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀγαθῶν ἐπιτηδευομένην. Περὶ ἧς καὶ ὁ Ἀπόστολος εἶπεν, ὅτι « Ἡ κατὰ Θεὸν λύπη.... » τῇ ἐλπίδι τῆς μετανοίας τρέφουσα τὴν ψυχὴν, χαρὰ σύμμικτος ὑπάρχει· ὅθεν καὶ πρόθυμον καὶ ὑπήκοον πρὸς πᾶσαν ἀγαθὴν ἐργασίαν παρασκευάζει τὸν ἄνθρωπον εὐπρόσιτον, ταπεινόν.

A demum eam desperationis cogitatione illigat. (19) Quapropter unus nobis sit scopus, spirituale certamen certare, spiritus nequitiæ cum Deo vincere, et omni custodia cor nostrum servare a spiritu tristitiæ [83]. Quemadmodum enim tinea vestimentum, et vermis lignum, ita tristitia corrodit hominis animam, dum suadet illi ut ab omni probo consortio declinet, neque concedit illi ut a veris amicis consilium accipiat, nec ut mitem et pacificam responsionem det ipsis ; sed animam conturbat totam, tristitia et incuria replet : atque demum suadet ut fugiat ab hominibus, quasi sibi in causa fuerint pertubationis : neque sinit eam agnoscere, non exterius sed interius ægritudinem esse sitam, quæ tunc apparet, cum ingruentes tentationes experimento illam palam faciunt. B (20) Nunquam enim homo lædetur ab alio, nisi intus situm habeat morbum, scilicet passionum causas: quæ causa est quod omnium opifex et animarum medicus Deus, qui solus probe et accurate animæ vulnera novit, non hominum consortia relinquere præcipiat, sed malitiæ causas in nobis exscindere, gnarus causam sanitatis animæ non in separatione ab hominibus obtineri, sed in conversatione cum hominibus et in exercitatione. Cum itaque ob consentaneas quasdam occasiones fratres relinquimus, nequaquam tristitiæ occasiones præcidimus, sed solum commutavimus eas, morbo scilicet intus posito eas pro rerum conditione movente. (21) Quapropter contra interiores passiones totum nobis sit bellum. Iis enim Dei auxilio ejectis, non C dico cum hominibus, sed cum feris etiam facile degemus, juxta illud beati Jobin dictum : « Immanes feræ pacem tecum habebunt [84]. » In primis igitur pugnandum contra spiritum tristitiæ, qui animam conjicit in desperationem; ut (malum) illud ex corde nostro pellamus. Illud enim non sivit Cainum post fratris cædem pœnitere; neque Judam post Domini proditionem. Eam solam habeamus tristitiam, quæ pœnitentiam peccatorum respicit, cum bona spe conjunctam, et quæ cœlestium bonorum possessionem conciliat ; de qua dixit Apostolus : « Quæ secundum Deum tristitia est [85] » . . . Ea itaque tristitia quæ pœnitentiæ spe alit animam, gaudio commista est : quare alacrem et ad omne bonum opus obsequentem reddit hominem, accessu quoque facilem et humilem.

[Λείπει φύλλον ἕν, τουτέστι τὸ λεῖπον κατὰ τοῦ πνεύματος τῆς λύπης, καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ κατὰ τῆς ἀκηδίας πνεύματος.] D

[*Hic deest unum folium, scilicet quod superest adversus tristitiæ spiritum, et initium eorum quæ dicuntur de torporis spiritu.*]

....6. Ἄρτον ἐσθίωσιν. Ἀκούσωμεν πῶς σοφῶς ἡμῖν ὑποδείκνυσι τὰς αἰτίας τῆς ἀκηδίας ὁ Ἀπόστολος « Ἀτάκτους » γὰρ καλεῖ τοὺς μὴ ἐργαζομένους, ἐνὶ τούτῳ ῥή-

...6. Panem manducent. Audiamus quam sapienter nobis ostendat Apostolus torporis hujusce causas. « Inquietos [86] » quippe vocat eos qui non operantur;

[83] Prov. IV, 23. [84] Job. V, 23. [85] II Cor. VII, 10. [86] II Thess. III, 7.

(19) Ibid. c. 2 et seq.
(20) Ibid. c. 7.
(21) Ibid. c. 8.

hac una voce multam declarans malitiam (22) Qui enim otiosus est, verbis quoque temerarius exsistit, promptusque ad conviciandum, ac demum ad quietam vitam agendam ineptus, et torporis servus. **327** Præcipit itaque ut subtrahamus, id est segregemus nos ab illo, quasi a pestifero morbo. Deinde quid ait : « Et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis [87], » ac per hoc dictum ostendit eos esse superbos, contemptores, et apostolicarum traditionum violatores. Ac rursum : « Neque gratis panem, ait, manducavimus ab aliquo, sed in labore et in fatigatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus [88]. » Doctor ille gentium, Evangelii præco, qui sublatus est usque ad tertium cœlum [89], qui ait jussisse Dominum, ut eos qui Evangelium annuntiant, ex Evangelio vivant [90], in labore nocte et die operabatur, ne quem gravaret. Quid igitur nos agemus qui præ torpore opus aversamur, corporalemque perquirimus quietem : quibus nec Evangelii prædicatio, neque Ecclesiarum cura commissa est ; sed solius animæ propriæ sollicitudo incumdit ? Deinde clarius ostendens quantum ex otio damni accedat, subjungit : « Nihil operantes, sed curiose agentes [91] : » ex otio, inordinatio ; ex inordinatione, omnis malitia exoritur. Deinde huic remedium præparans ait : « Iis autem qui ejusmodi sunt denuntiamus, et hortamur, ut cum silentio operantes suum panem manducent [92], » atque cum magna increpatione subjicit : « Si quis non vult operari, nec manducet [93]. » (23) Hisce apostolicis præceptis sancti Patres Ægyptii eruditi, ne minimo quidem tempore concedunt otiosos esse monachos, maxime juniores, gnari se per patientiam operis, torporem eliminare, suumque sibi alimentum comparare, atque egentibus auxilio esse. (24) Non modo enim pro suis necessitatibus operantur, sed peregrinis etiam, pauperibus, carceri traditis omnibusque egenis necessaria ex suo opere suppeditant : creduntque officium hujusmodi sacrificium esse Deo acceptum. (25) Hoc item aiunt Patres cum qui operatur, cum uno dæmone pugnare, ac plerumque ab illo tribulari ; otiosum autem infinitis dæmonibus esse captivum. (26) Operæ autem pretium fuerit dictum memorare abbatis Moysis, inter Patres spectatissimi, quod ad me loeutus est. Me quippe brevi tempore sedentem in eremo torpor afflixit, atque accedens ad illum, sic alloquor : Torpore graviter afflictus, atque admodum infirmatus, non prius eo liberatus sum quam abirem et abbatem Paulum convenirem. Respondit mihi abbas Moyses : Pespectum habe, teipsum minime ab eo hactenus liberasse, imo potius deditium te atque servum ei

A ματι πολλὴν κακίαν ἐμφαίνων. Ὁ γὰρ ἀργος καὶ προπετὴς ἐν λύγοις τυγχάνει, καὶ πρὸς λοιδορίαν πρόχειρος, καὶ λοιπὸν εἰς ἡσυχίαν ἀνεπιτήδειος, καὶ τῆς ἀκηδίας δοῦλος. Παραγγέλλει οὖν στέλλεσθαι ἀπ' αὐτοῦ, τουτέστιν ἀφορίζεσθαι ὡς ἀπὸ λοιμικῆς νόσου. Εἶτα τί φησι· « Καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν ἣν παρέλαβον παρ' ἡμῶν, » διὰ τῆς λέξεως ταύτης ὑπερηφάνους αὐτοὺς εἶναι, καταφρονήσαντας ἐμφαίνων, καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων καταλυτάς· καὶ πάλιν· « Δωρεὰν, φησὶν, ἄρτων οὐκ ἐφάγομεν παρά τινος, ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν. » Ὁ διδάσκαλος τῶν ἐθνῶν, ὁ κήρυξ Εὐαγγελίου, ὁ μετάρσιος ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ὁ λέγων τὸν Κύριον προστεταχέναι τοὺς τὸ Εὐαγγέλιον καταγγέλλοντας ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῆν, ἐν κόπῳ καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας εἰργάζετο

B πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαι. Τί οὖν ποιήσομεν ἡμεῖς ἀκηδιῶντες ἀπὸ τοῦ ἔργου, καὶ τὴν σωματικὴν ἀνάπαυσιν μεταδιώκοντες· οἷς οὔτε κήρυγμα Εὐαγγελίου ἐνεχειρίσθη, οὔτε τῶν Ἐκκλησιῶν ἡ μέριμνα, ἀλλὰ τῆς ἰδίας μόνης ψυχῆς ἡ φροντὶς ; Εἶτα, σαφέστερον δεικνύων τὴν τικτομένην βλάβην ἐκ τῆς ἀργίας, ἐπιφέρει· « Μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργάζομένους· » ἀπὸ ἀργίας ἀταξία, καὶ ἀπὸ ἀταξίας πᾶσα κακία. Κατασκευάζων δὲ πάλιν τὴν θεραπείαν αὐτῆς ἐπιφέρει· « Τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν, καὶ παρακαλοῦμεν ἐν ἡσυχίᾳ ἐργαζομένους τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίειν· » καὶ ἐπιπληκτικώτερον ἐπάγει λέγων· « Εἴ

C τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. » Τούτοις τοῖς ἀποστολικοῖς παραγγέλμασιν οἱ κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἅγιοι Πατέρες, παιδευόμενοι, οὐδένα καιρὸν ἀργοὺς εἶναι τοὺς μοναχοὺς ἐπιτρέπουσι, καὶ μάλιστα τοὺς νεωτέρους, εἰδότες, ὅτι διὰ τῆς ὑπομονῆς τοῦ ἔργου ἀκηδίαν ἀπελαύνουσι, καὶ τὴν ἑαυτῶν τροφὴν προσπορίζουσι, καὶ τοῖς δεομένοις βοηθοῦσιν· Οὐ μόνδν γὰρ τῆς ἑαυνῶν χρείας ἕνεκεν ἐργάζονται, ἀλλὰ δὲ ξένοις καὶ πτωχοῖς, καὶ τοῖς ἐν φυλακαῖς, καὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις, ἐκ τοῦ ἰδίου ἔργου ἐπιχορηγοῦσι, πι-

D στεύοντες τὴν ἑαυτῶν εὐποιΐαν, θυσίαν εὐάρεστον τῷ Θεῷ γίνεσθαι. Καὶ τοῦτο δὲ λέγουσιν οἱ Πατέρες, ὅτι ὁ ἐργαζόμενος ἐνὶ δαίμονι πολεμεῖ, καὶ πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ θλίβεται· ὁ δὲ ἀργὸς ὑπὸ μυρίων πνευμάτων αἰχμαλωτίζεται. Καλὸν δὲ πρὸς τούτοις καὶ λόγον ἐπιμνησθῆναι τοῦ ἁββᾶ Μωϋσέως τοῦ δοκιμωτάτου ἐν τοῖς Πατρασιν, ὃν πρὸς μὲ ἀπεφθέγξατο. Καθεσθέντος γάρ μου ὀλίγον χρόνον ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὠχλήθην ὑπὸ ἀκηδίας, καὶ παραβαλὼν αὐτῷ, λέγω πρὸς αὐτὸν, ὅτι « Δεινῶς ὀχληθεὶς ὑπὸ τῆς ἀκηδίας, καὶ ἐξασθενήσας σφόδρα, οὐ πρότερον ἀπηλλάγην αὐτῆς, εἰ μὴ ἀπῆλθον, καὶ παρέβαλον τῷ ἁββᾷ Παύλῳ. » Ἀπεκρίνατο δέ μοι πρὸς ταῦτα ὁ ἁββᾶς Μωϋσῆς λέγων· « Θάρσει, οὐχ ἑαυτὸν ἀπό ταύτης ἠλευθέρωσας, ἀλλὰ μᾶλλον ἔκδοτον καὶ δοῦλον ταύτῃ παρέδωκας· Γίνωσκε

[87] II Tess. III, 6. [88] ibid. 8. [89] II Cor. XII, 2. [90] I Cor. IX, 14. [91] II Thess. III, 11, [92] ibid. 12. [93] ibid. 10.

(22) Cassian. *Instit.* l. x, c. 13.
(23) Ibid. c. 14.
(24) Ibid. c. 22.
(25) Ibid. c. 23.
(26) Ibid. c. 25.

τοίνυν, ὅτι βαρυτέρως σε ὡς λειποτάκτην καταπολεμήσει· εἰ μὴ τοῦ λοιποῦ δι' ὑπομονῆς καὶ προσευχῆς καὶ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν, ταύτην καταπαλαῖσαι σπουδάσῃς. »

7. Ἕβδομος ἡμῖν ἐστιν ἀγὼν κατὰ τοῦ πνεύματος τῆς κενοδοξίας, πολύμορφον τοῦτο καὶ λεπτότατον πάθος, καὶ οὐδὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πειραζομένου καταλαμβανόμενον. Καὶ γὰρ τῶν ἄλλων παθῶν αἱ προσβολαὶ φανερώτεραι τυγχάνουσι, καὶ εὐκολώτερόν πως τὴν πρὸς ταῦτα μάχην κέκτηνται, καὶ τῆς ψυχῆς τὸν πόλεμον ἐπιγινωσκομένης διὰ τῆς ἀντιρρήσεως καὶ προσευχῆς τοῦτον ἀνατρεπούσης. Ἡ δὲ τῆς κενοδοξίας κακία, πολύμορφος οὖσα, καθὼς εἴρηται, δυσκαταγώνιστος τυγχάνει. Καὶ γὰρ ἐν παντὶ ἐπιτηδεύματι παρυφίσταται ἔν τε σχήματι, καὶ μορφῇ, καὶ βαδίσματι, καὶ λόγῳ, καὶ ἐν ἀγρυπνίαις, καὶ ἐν νηστείαις, καὶ ἐν προσευχῇ, καὶ ἐν ἀναγνώσει, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ, καὶ ἐν μακροθυμίᾳ. Διὰ πάντων γὰρ τούτων ἐπιχειρεῖ τὸν στρατιώτην τοῦ Χριστοῦ κατατοξεύειν. Καὶ γὰρ ὄντινα μὴ δυνηθῇ διὰ πολυτελείας ἐνδυμάτων πρὸς κενοδοξίαν ἀπατῆσαι, τοῦτον δι' εὐτελοῦς ἐσθῆτος ἐπιχειρεῖ πειράζειν. Καὶ ὃν οὐκ ἠδυνήθη διὰ τιμῆς ἐπᾶραι, τοῦτον διὰ τοῦ φέρειν δῆθεν ἀτιμίαν εἰς ἀπόνοιαν αἴρει· καὶ ὃν οὐκ ἠδυνήθη διὰ τῆς ἐπιστήμης τοῦ λόγου πεῖσαι κενοδοξεῖν, τοῦτον τῇ σιωπῇ ὡς ἥσυχον δελεάζει· καὶ ὃν οὐκ ἠδυνήθη πολυτελείᾳ βρωμάτων χαυνῶσαι, τοῦτον διὰ νηστείας εἰς ἔπαινον ἐκλύει. Καὶ ἁπλῶς πᾶν ἔργον, πᾶν ἐπιτήδευμα, πρόφασιν πολέμου παρέχει τούτῳ τῷ δαίμονι. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις καὶ κλῆρον φαντάζεται ὁ πολεμούμενος ὑπ' αὐτοῦ. Μέμνημαι γάρ τινος γέροντος, ἡνίκα ἐν Σκήτῃ διέτριβον, ἀπελθόντος εἰς κελλίον τινὸς ἀδελφοῦ ἐπισκέψεως χάριν, καὶ ὡς ἐπλησίασε τῇ θύρᾳ τῆς κέλλης, ἀκούει αὐτοῦ λαλοῦντος ἔνδον· καὶ νομίσας ὁ γέρων ἀπὸ Γραφῆς αὐτὸν μελετᾷν, ἔστη ἀκροώμενος, καὶ αἰσθάνεται αὐτοῦ ὑπὸ κενοδοξίας παραφρονοῦντος, καὶ ἑαυτὸν χειροτονοῦντος διάκονον, καὶ τοῖς κατηχουμένοις ἀπόλυσιν παρέχοντα. Ὡς οὖν ἤκουσε τοῦτο ὁ γέρων, τέλος ὠθήσας τὴν θύραν εἰσῆλθε, καὶ ἀπαντήσας αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς προσεκύνησε κατὰ τὸ ἔθος, καὶ ἡξίου μαθεῖν παρ' αὐτοῦ, εἰ πολλὴν ὥραν ἔχει πρὸς τῇ θύρᾳ, Ὁ δὲ γέρων χαριέντως ἀπεκρίθη πρὸς αὐτόν· Ἄρτι, φησὶν, ἦλθον, ὅτε σὺ τὴν ἀπόλυσιν τοῖς κατηχουμένοις ἐπετέλεις. Τότε ὁ ἀδελφὸς, ἀκούσας ταῦτα, ἔπεσε παρὰ τοὺς πόδας τοῦ γέροντος, καὶ παρακαλεῖ αὐτὸν εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα ῥυσθῇ τῆς τοιαύτης πλάνης. Τούτου δὲ ἐμνήσθην δεῖξαι βουλόμενος εἰς ὅσην ἀναισθησίαν φέρει τὸν ἄνθρωπον οὗτος ὁ δαίμων. Ὁ τοίνυν βουλόμενος τελείως ἀθλῆσαι, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον ἀναδήσασθαι, πᾶσι τρόποις σπουδάσῃ τὸ πολύμορφον τοῦτο θηρίον νικῆσαι, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων πάντοτε τὸ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Δαυὶδ εἰρημένον· « Κύριος διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων· » καὶ μηδὲν ποιείτω περιβλεπόμενος τὸν ἐξ ἀνθρώπων ἔπαινον, ἀλλὰ τὸν παρὰ Θεοῦ μισθὸν ἐπιζητείτω, καὶ

A tradidisse. Scito igitur gravius te, utpote desertorem, ab eo debellandum esse : nisi deinceps per patientiam, orationem et opus manuum, eum oppugnare studueris.

7.(27)Septimum nobis est certamen adversus spiritum inanis gloriæ, multiformem illam ac tenuissimam passionem, quæ ne ab eo quidem qui tentatur, comprehenditur. Cæterarum quippe passionum irruptiones, apertiores sunt, atque facilius cum iis pugnatur : anima quippe cum bellum agnoscit, repugnando et orando superat. At inanis gloriæ malitia multiformis cum sit, uti supra dictum est, expugnata difficilis est. In omni quippe hominis studia præsens se sistit, in habitu scilicet, forma, gressu, sermone, vigiliis, jejuniis, in oratione, lectione, quiete, in æquanimitate. Iis enim omnibus B conatur militem Christi confodere. Quem enim vestimentorum sumptuositate decipere nequit,et ad vanam gloriam deflectere, eum vestimenti vilitate tentat. Et quem non potuit honore, eum dedecoris patientia ad insipientiam usque inflat:quem scientia ad vanam gloriam deducere nequivit, eum ex silentio, quasi quietum hominem, decipere conatur : quem ciborum lautitia ad mollitiem trahere non valuit, eum jejunio ad laudum cupiditatem deducit. Demum opus omne, omne studium **328** belli occasionem huic dæmoni præbet. (28) Ad hæc qui ab illo oppugnatur, nonnunquam sibi sacri ordinis gradus confingit. Memini cujusdam senis, qui, cum in Scete degerem, cellulam adiit cujusdam fratris visitandi causa, et ut januæ cellæ appro- C pinquavit, ipsum audivit intus loquentem : et cum putaret senex quidpiam illum ex Scriptura repetere, stetit auscultaturus, atque sensit illum ex inani gloria insanire, ac sese diaconum ordinare, catechumenisque dimissionem tribuere.Id cum audisset senex, demum aperta janua introivit, cui frater occurrens de more salutavit eum, rogavitque an diu ad januam stetisset. Tum senex placide respondit illi : Mox, inquit, adveni, cum tu catechumenis dimissionem tribuebas. His frater auditis procidit ad senis pedes, ut precibus postularet sibi erroris hujuscemodi liberationem. Hujusce rei memini ut ostenderem in quantam insipientiam hic dæmon conjiciat hominem. Qui vult itaque perfecte certare, et justitiæ corona D redimiri, omnibus satagat modis multiformem hanc superare feram, præ oculis semper habens dictum illud sancti Davidis : « Dominus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent [94] : » nihilque agat intuitu laudum humanarum, sed mercedem quærat a Deo, ac cogitationes propriæ laudis, cor suum invadentes semper abjiciat : sese in conspectu Dei despiciat. Hoc siquidem pacto poterit Deo juvante liberari ab inanis gloriæ dæmone,

[94] Psal. LII, 6.

(27) Cassian. *Institut.* lib. XI, c. 1 et seq.

(28) Ibid. c. 14, 15.

gratia Domini nostri Jesu, cui gloria in sæcula. Amen.

ἑαυτὸν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Οὕτως γὰρ δυνήσεται σὺν χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

8. (29) Octavum nobis est certamen adversus spiritum superbiæ, quod est gravius acriusque cæteris omnibus, quo perfecti maxime oppugnantur, quique eos qui fere ad virtutum fastigium pervenere, subvertere conatur : ac morbi pestiferi instar non partem corporis, sed totum perdit. Et aliæ quidem singulæ passiones, tametsi animam turbant, quia tamen cum una tantum virtute sibi oppositapugnant, atque eam superare nituntur, ex parte solum animam obscurant atque conturbant; superbiæ autem passio totam tenebris offundit, et ad extremam deducit ruinam. Utque liquidius quod dictum est excogitemus, hac ratione rem speculemur. Gulæ vitium abstinentiam corrumpere satagit, fornicatio continentiam,avaritia paupertatem,indignatio mansuetudinem, ac reliquæ species malitiæ contrarias sibi virtutes; at superbiæ malitia cum miseræ animæ dominatur, haud secus agit quam truculentissimus quidam tyrannus, qui ampla et excelsa capto urbe, totam diruit et a fundamentis evertit. Cujus rei testis est angelus qui ex cœlo propter superbiam cecidit; qui a Deo creatus et omni virtute ac sapientia ornatus, non Dei gratiæ hæc ascribere voluit, sed propriæ naturæ : unde se Deo æqualem esse putavit : quam ejus cogitationem arguens propheta dicit : « Dixisti in corde tuo : Sedebo in monte excelso, penam thronum meum supra nubes et similis ero Altissimo [95]. » Tu vero homo, et non Deus. Aliusque propheta ait : « Quid gloriaris in malitia, qui potens es [96]? » Et paucis interjectis : « Dilexisti omnia verba demersionis, linguam dolosam. Propterea Deus destruet te in finem, evellet te et transferet te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viventium. Videbunt justi et timebunt, et super eum ridebunt et dicent : Ecce homo qui non posuit Deum adjutorem suum, et prævaluit in vanitate sua [96]. » Hæc cum sciamus, timeamus et omni custodia servemus cor nostrum [98] a lethifero spiritu superbiæ, nobis ipsis hæc Apostoli recitantes, quando virtutis cujuspiam opus perfecerimus : « Non ego autem, sed gratia Dei quæ mecum est [99]. » Et quod a Domino pictum est : « Sine me **329** nihil potestis facere [1]. » Et quod a Propheta dictum est : « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam [2]. » Iterumque : « Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei [3]. » Nam etiamsi quis alacritate fervens, ac proposito studiosus fuerit, sed carne illigatus et sanguine, non poterit ad perfectionem pervenire, nisi ad hæc omnia in misericordia et in

A ἀποβρίπτων ἀεὶ τοὺς ἐπερχομένους ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ λογισμοὺς καὶ ἐπαινοῦντας αὐτὸν, ἐξουθενεῖτω

8. Ὄγδοος ἡμῖν ἐστιν ἀγὼν κατὰ τοῦ πνεύματος τῆς ὑπερηφανίας· χαλεπώτατος οὗτος καὶ πάντων τῶν προτέρων ἀγριώτερος, τοὺς τελείους μάλιστα πολεμῶν, καὶ σχεδὸν τοὺς τὸ ὕψος τῶν ἀρετῶν ἀναβεβηκότας ἐπιχειρεῖ καταστρέφειν· καὶ καθάπερ νόσος λοιμικὴ φθοροποιὸς οὐχὶ μέρος τοῦ σώματος, ἀλλ' ὅλον διαφθείρει. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων παθῶν ἕκαστον, εἰ καὶ ταράσσει τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ πρὸς μίαν τὴν ἀντικειμένην αὐτῷ ἀρετὴν πολεμοῦν, καὶ ταύτην νικῆσαι φιλονεικοῦν, ἐκ μέρους ἐπισκοτεῖ τὴν ψυχὴν, καὶ B ταράσσει αὐτήν· τὸ δὲ τῆς ὑπερηφανίας πᾶσαν αὐτὴν ἐπισκοτεῖ, καὶ εἰς πτῶσιν ἄγει ἰσχάτην. Καὶ ἵνα σαφέστερον νοήσωμεν τὸ εἰρημένον, σκοπήσωμεν οὕτως. Ἡ γαστριμαργία τὴν ἐγκράτειαν σπουδάζει διαφθεῖραι, ἡ πορνεία τὴν σωφροσύνην, ἡ φιλαργυρία τὴν ἀκτημοσύνην· ὁ θυμὸς τὴν ἡραότητα, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας εἴδη τὰς ἐναντίας αὐτῶν ἀρετάς· ἡ δὲ νῆς ὑπερηφανίας κακία, ὅταν κυριεύσῃ τῆς ἀθλίας ψυχῆς, ὥσπερ τις χαλεπώτατος τύραννος μεγάλην πόλιν καὶ ὑψηλὴν παραλαβὼν, ὅλην αὐτὴν καταστρέφει, καὶ ἕως θεμελίων κατασκάπτει. Καὶ μάρτυς τούτου ὁ ἄγγελος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσὼν διὰ τὴν ὑπερηφανίαν· ὃς, ἐκ τοῦ Θεοῦ κτισθεὶς, καὶ πάσῃ ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ κοσμηθεὶς, οὐ τῇ τοῦ Δεσπότου χάριτι ἐβουλήθη ταῦτα ἐπιγράφειν, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ φύσει· ὅθεν καὶ ἴσον ἑαυτὸν ὑπέλαβεν εἶναι Θεοῦ. Καὶ ταύτην C αὐτοῦ τὴν ἐνθύμησιν ἐλέγχων ὁ προφήτης φησίν· « Εἶπας ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Καθιῶ ἐν ὄρει ὑψηλῷ, θήσω τὸν θρόνον μου ἐπὶ τῶν νεφελῶν, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ. » Σὺ δὲ ἄνθρωπος, καὶ οὐ Θεός. Καὶ ἄλλος προφήτης λέγει· « Τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ, ὁ δυνατός; καὶ μετ' ὀλίγα « Ἠγάπησας πάντα ῥήματα καναποντισμοῦ, γλῶσσαν δολίαν. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς καθελεῖ σε εἰς τέλος, ἐκτῖλαί σε, καὶ μεταναστεῦσαί σε ἀπὸ σκηνώματός σου, καὶ τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων. Ὄψονται δίκαιοι, καὶ φοβηθήσονται, καὶ ἐπ' αὐτὸν γελάσονται, καὶ ἐροῦσιν. Ἰδοὺ ἄνθρωπος ὃς οὐκ ἔθετο τὸν Θεὸν βοηθὸν αὐτοῦ, καὶ ἐνεδυναμώθη ἐπὶ τῇ ματαιότητι αὐτοῦ. » Ταῦτα τοίνυν γινώσκοντες, φοβηθῶμεν, καὶ πάσῃ φυλακῇ τηρήσωμεν τὴν ἑαυτῶν καρδίαν ἀπὸ τοῦ θανατηφόρου D πνεύματος τῆς ὑπερηφανίας, ἐπιλέγοντες ἑαυτοῖς τὸ τοῦ Ἀποστόλου, ὅταν ἀρετήν τινα κατορθώσωμεν· « Οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί· » καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένον, ὅτι « Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν· » καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Προφήτου. « Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες· » καὶ πάλιν· « Οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. » Καὶ γὰρ εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἔσεταί τις ζέων τῇ προθυμίᾳ, καὶ σπουδαῖος τῇ προαιρέσει, ἀλλὰ σαρκὶ συνδεδεμέ-

[95] Isa. XIV, 13. [96] Psal. LI. [97] Ibid. 6-9. [98] Prov. IV, 23. [99] I Cor. XV, 10. [1] Joan. XV, 5. [2] Psal. XVI. [3] Rom. IX, 16.

(20) Cassian. *Institut.* lib. XII, c. 1 et seq.

νος καὶ αἵματι, οὐ δυνήσεται πρὸς τελειότητα φθάσαι, εἰ μὴ πρὸς τούτοις πᾶσιν ἐπὶ τῷ ἐλέει Χριστοῦ ἐλπίζει καὶ τῇ χάριτι αὐτοῦ. Κατὰ γὰρ τὸν θεῖον Ἰάκωβον, « πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἐκ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων. » Καὶ ὁ Παῦλός φησι· « Τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες ; Εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών ; » ἀλλ' ὡς ἐπ' ἰδίοις τοῖς ἀλλοτρίοις χαρίσμασιν ἐπαιρόμενος. Ὅτι δὲ χάριτι καὶ ἐλέει Θεοῦ ἡ σωτηρία ἡμῖν προσγίνεται, μάρτυς ὁ λῃστὴς ἐκεῖνος, ὃς οὐκ ἀρετῆς ἔπαθλον τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἐκομίσατο, ἀλλὰ χάριτι Θεοῦ καὶ ἐλέει. Ταῦτα καὶ οἱ Πατέρες ἡμῶν ἐπιστάμενοι, πάντες μιᾷ γνώμῃ παραδεδώκασι μὴ ἄλλως δύνασθαι ἡμᾶς θεμέλιον ἀσφαλῆ πρὸς τελείωσιν ἀρετῆς καταβάλλεσθαι, εἰ μὴ διὰ ταπεινώσεως, ἥτις ἀπὸ πίστεως καὶ πραότητος, καὶ τελείας ἀκτημοσύνης προσγίνεσθαι πέφυκε, δι' ὧν ἡ τελεία ἀγάπη κατορθοῦται χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' οὗ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A gratia Christi speraverit. Nam juxta divinum Jacobum, « omne datum bonum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum [4].» Et Paulus ait : « Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis [5]? » sed de alienis donis quasi de tuis extolleris. Quod autem nobis gratia et misericordia Dei salus accedat, testis est latro ille [6], qui non in virtutis præmium regnum cœlorum adeptus est; sed gratia et misericordia Dei. Hæc cum probe nossent Patres nostri, una omnes sententia tradiderunt non posse nos firmum ad virtutis perfectionem jacere fundamentum, nisi per humilitatem, quæ a fide, mansuetudine et perfecta paupertate procedit; quibus perfecta charitas obtinetur, gratia Domini nostri Jesu Christi, B cum quo Patri gloria, cum sancto Spiritu in sæcula. Amen.

[4] Jac. I, 17. [5] I Cor. IV, 7. [6] Luc. XXIII, 43.

HOMILIÆ
QUÆ ATHANASII NOMINE CIRCUMFERUNTUR.

IN SEQUENTEM HOMILIAM ADMONITIO.

Hanc homiliam esse Athanasii nemo existimabit, tantum scilicet abhorret ab Athanasii stylo, gravitate elegantia : imo ut ex orationis genere vocabulorumque ratione conjectare licet, multis post Athanasium sæculis scripta est; quamplurimæ namque hic occurrunt voces compositæ quæ ad infimam accedunt Græcitatem. Demum magis sequioris ævi Græcorum loquacitatem redolet hæc homilia, quam antiquorum Patrum eloquentiam.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

Εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ Προδρόμου, καὶ εἰς τὴν Ἐλισάβετ, καὶ εἰς τὴν Θεοτόκον (30).

S. P. N. ATHANASII

In nativitatem Præcursoris, in Elisabet, et in Deiparam.

1. Χώραν μὲν ἀποχερσωθεῖσαν, καὶ ὀνάγρων κατακάτημα γενέσθαι καταλειφθεῖσαν, βοῦς ἀροτὴρ καμάτῳ ῥυμοτομῶν, ἐγείρει τοὺς αὔλακας· ὅσον γὰρ ἀκατέργαστος ἡ χώρα τῷ χρόνῳ μεμένηκε, τοσοῦτον ὁ πρὸς τὴν ἀροτρίασιν βοῦς παριστάμενος ἐπιπονωτέρῳ καμάτῳ συγκάμπτεται τὸν ζυγοφόρον ἐπεκτρίβων αὐχένα· γυναῖκα δὲ στειρωθεῖσαν καὶ μακροῖς χρόνοις παλαιωθεῖσαν, καὶ δυσὶ κακοῖς περιπεσοῦσαν, ἀγονίᾳ τε καὶ ἀτονίᾳ, ἀγονίᾳ φύσεως καὶ ἀτονίᾳ γηραλεότητος, λόγῳ, καὶ οὐ πόνῳ, ὁ τῆς φύσεως δη-

C 1. Exsiccata terra, et onagrorum conculcationi derelicta, aratoris bovis labore sulcatur. Quanto diutius enim incultus ager fuit, tanto graviori in arando bos premitur labore, atterunturque jugi onere cervices. Mulier item sterilis ac ætate grandæva, inque duo mala prolapsa, sterilitatem scilicet et imbecillitatem; sterilitatem, inquam, naturæ, et imbecillitatem senectutis, verbo, non labore, a naturæ conditore Deo Verbo, corporis senectute liberatur atque renovatur, sterilitate vero

(30) Ex codice Colb. 1711, quadringentorum circiter ann.

naturæ levatur. Testis mihi hæc loquenti est uxor Zachariæ sacerdotis, Elisabet, quæ non risit ut Sara [7], sed ut Anna credidit [8], quæ in suis jam debilitatis membris ut aquila renovata est [9] : puerum namque enutrivit præclarum, venerandum, in Jordanicis fluentis versantem. Vere magna inter mulieres **330** Elisabet, utpote gloriosæ Virginis cognata, quemadmodum jamjam audisti ex Gabriele dicente : « Et ecce Elisabet cognata tua [10]. » O generis nobilitatem ! o pietatis exercitationem ! o vitæ puritatem ! o corporis castitatem ! o Deum amantis animæ affectum ! o vas unguentarium ! Evam supplantavit serpens, Elisabetam angelus in præclaras res initiavit. Vere magna inter mulieres Elisabet, quæ Joannem Baptistam gestavit, incredulo Zachariæ exprobravit ! Quod autem incredulus Zacharias imbecillitatem corporis, Dei promissione (ad persuadendum) firmiorem esse arbitratus sit, audisti prius ex hac Lucæ evangelistæ lectione : « Visus est ei angelus Domini, stans a dextris altaris incensi [11]. » Modus ipse visionis ejus veritatem suadere valet. A dextris angelus stetit, quia dexter faustusque fetus futurus erat, qui dexteram regni cœlorum viam prædicaret, juxta illud dictum : « Vias quæ a dextris sunt novit Deus : perversæ sunt autem quæ sunt a sinistris [12]. » Quod ait non ut viarum discrimina notet, sed ut mores adumbret. « Visus est autem ei angelus Domini stans a dextris altaris incensi. » Audiant qui adsunt, intelligantque altari astare angelos : ubi autem angelorum præsentia, ibi Dei habitaculum. Zacharias sacerdos vice sua aderat, ordineque suo per quoddam dierum spatium intererat ministerio : neque semper eo accedebat, sed vice sua ministrabat. Angeli vero Dei qui ad altare deputati sunt, nequaquam per vices ministrant, sed nocte dieque indesinenter altari astant. Norunt qui contemnat et qui non contemnat : probe sciunt quinam pie accedant, quinam haud pari modo accurrant : intelligunt quinam recte jurent, quinam perjurent : obsignant eos qui fructum ferunt, eosque qui torpent. Ne spectes altare quod lapidibus sit ornatum, ab angelis namque gestatur, ab archangelis circumcingitur. Si enim quivis gentium terminus juxta numerum angelorum assignatus est, secundum hoc dictum : « Constituit terminos gentium juxta numerum angelorum Dei [13]; » quanto magis altare plenum angelis erit; ubi jacet carbo mysticus, quem forcipe spiritus per sacerdotis ministerium accipientes seraphini, qui eo pertranseunt, peccatorum purgationem petenti largiuntur? Quod autem hæc in altari adsint, audi clamantem Isaiam prophetam : « Vidi, et ecce missus est ad me unus ex seraphim, et habebat carbonem in manu sua, quem tulerat forcipe de altari. Et tetigit labia mea, et ait : Ecce tetigit labia tua, et auferet iniquitates

A μιουργὸς Θεὸς Λόγος καὶ τὴν τοῦ σώματος παλαιότητα ἀνακαινίζει, καὶ τὴν τῆς φύσεως στείρωσιν διορθοῦται. Καὶ μαρτυρεῖ μου τῷ λόγῳ ἡ γαμετὴ τοῦ ἱερέως Ζαχαρίου, Ἐλισάβετ, ἡ μὴ γελάσασα κατὰ τὴν Σάῤῥαν, ἀκλὰ πιστεύσασα κατὰ τὴν Ἄνναν, ἡ τοῖς κεχαλασμένοις μέλεσιν ὡς ἀετὸς ἀνακαινισθεῖσα· ἐπωλοτρόφησε γὰρ παῖδα γνώριμον, αἰδέσιμον, τῶν Ἰορδανείων ῥείθρων συνόμιλον. Ὄντως μεγάλη ἐν γυναιξὶν Ἐλισάβετ, ὡς συγγενὴς τῆς ἐνδόξου Παρθένου, καθὼς ἤκουες (30*) ἀρτίως τοῦ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον λέγοντος· « Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου. » Ὦ εὐγένεια γένους ! ὦ ἄσκησις εὐλαβείας ! ὦ καθαρότης βίου ! ὦ ἁγνεία σώματος ! ὦ θεοφίλεια ψυχῆς ! ὦ μυροδόχον σκεῦος ! Τὴν Εὔαν ἐπτέρνισεν ὁ ὄφις· τῇ Ἐλισάβετ τὰ βέλτιστα ὁ ἄγγελος. Ὄντως μεγάλη ἐν γυναιξὶν Ἐλισάβετ, ἡ καὶ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην βαστάσασα, καὶ τὸν ἄπιστον Ζαχαρίαν ὀνειδίσασα. Καὶ ὅτι ἄπιστος Ζαχαρίας τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν βεβαιοτέραν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας λογισάμενος, ἤκουες τῇ προτέρᾳ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· « Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου, ἐκ δεξιῶν ἑστὼς (30**) τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος. » Σύμβουλος ἡ ὀπτασία τῆς θεωρίας. Ἐκ δεξιῶν ὁ ἄγγελος ἵστατο, ἐπειδὴ δεξιὸς ἤμελλε τόκος τίκτεσθαι, τὴν δεξιὰν ὁδὸν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κηρύττων, κατὰ τὸ φάσκον ῥητόν· « Ὁδοὺς τὰς ἐκ δεξιῶν οἶδεν ὁ Θεός· διεστραμμέναι δέ εἰσιν αἱ ἐξ ἀριστερῶν· » οὐ τὴν ὁδὸν διαλλάττων, ἀλλὰ τὸν τρόπον αἰνιττόμενος. « Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου ἐκ δεξιῶν ἑστὼς τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος. » Ἀκουέτωσαν οἱ παρόντες, καὶ συνιέτωσαν, ὅτι ἄγγελοι τῷ θυσιαστηρίῳ παρίστανται· ὅπου δὲ ἀγγέλων παράστασις, ἐκεῖ Θεοῦ κατασκήνωσις. Ζαχαρίας ὁ ἱερεὺς ἐξεφημερίαν ἐποίει, ἐξ ἡμερῶν εἰς ἡμέρας παριστάμενος τῇ λειτουργίᾳ· οὐχὶ δι' ὅλου χωρῶν, ἀλλ' ἐν τῇ ἐφημερίᾳ λειτουργῶν. Οἱ δὲ ἀποκληρωθέντες ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ εἰς θυσιαστήριον ἐφημερίαν οὐ ποιοῦσιν, ἀλλὰ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀδιασπάστως παρίστανται τῷ θυσιαστηρίῳ. Ἴσασι καὶ τὸν καταφρονοῦντα, καὶ τὸν μὴ καταφρονοῦντα· γνωρίζουσι καὶ τοὺς εὐλαβῶς προσιόντας, καὶ τοὺς οὐχ οὕτω προστρέχοντας· ἐπίστανται καὶ τοὺς εὐορκοῦντας, καὶ τοὺς ἐπιορκοῦντας· σφραγίζουσι καὶ τοὺς καρποφοροῦντας, καὶ τοὺς ναρκιῶντας· Μὴ ὅτι λίθοις κεκαλλώπισται τὸ θυσιαστήριον σκόπει· ὑπὸ γὰρ ἀγγέλων βαστάζεται, ὑπὸ ἀρχαγγέλων κυκλοῦται. Εἰ γὰρ πᾶν ὅριον ἐθνικὸν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων ὁροθετεῖται, κατὰ τὸ φάσκον ῥητόν· « Ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ· » πόσῳ μᾶλλον τὸ θυσιαστήριον ἀγγελοπλήρωτον, ὅπου ὁ μυστικὸς ἄνθραξ ἐπίκειται ; ὃν τῇ λαβίδι τοῦ πνεύματος τὰ σεραφὶμ διορχόμενα διὰ τῆς λειτουργίας τοῦ ἱερέως, κάθαρσιν ἁμαρτημάτων τῷ αἰτοῦντι χαρίζονται ; Καὶ ὄντι ἐν τούτοις τὸ θυσιαστήριον, ἄκουε Ἡσαΐου τοῦ προφήτου βοῶντος· « Ἐθεώρουν, καὶ ἰδοὺ ἀπεστάλη πρός, μὲ ἓν τῶν σεραφὶμ, καὶ εἶχεν ἄνθρακα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ ἥψατο τῶν

[7] Gen. XVIII, 10. [8] I Reg. I, 18. [9] Psal. CII, 5. [10] Luc. I, 36. [11] Ibid. 11. [12] Prov. IV, 27. [13] Deut. XXXII, 8.

(30*) Vulg., ἤκουσε. EDIT.

(30**) Vulg., ἑστῶτι, perperam. IDEM.

χειλέων μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἥψατο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφαιρεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ. » Εἶδες τίνες παρίστανται τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ οἵοις ὀφθαλμοῖς δεῖ ἐνατενίζειν ἔνδον, καθαροῖς, ἀδόλοις, εὐμεταδότοις, φιλοπτώχοις ;

2. Τί οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς ; καλὸν γὰρ ἡμᾶς, τῆς πάσης πραγματείας ἐπιλαθέσθαι· « Ὤφθη δὲ αὐτῷ, φησὶν, ἄγγελος Κυρίου ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος. Καὶ ἰδὼν Ζαχαρίας, ἐταράχθη, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ ἄγγελος· Μὴ φοβοῦ Ζαχαρία, διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου, καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην. Καὶ ἔσται χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις, καὶ πολλοὶ τῷ λαῷ σου. » Ταῦτα τοῦ ἀγγέλου διαγορεύοντος, ὁ Ζαχαρίας ἐν τούτῳ, δειλίᾳ καὶ φόβῳ θεοῦ συλληφθείς, ἀνταπεκρίθη πρὸς τὸν ἄγγελον φάσκων· Ἔξω φόβου κελεύεις με ὑπουργεῖν, καὶ λέγεις μοι· Μὴ φοβοῦ, Ζαχαρία· καὶ πῶς οἷόν τε τοῦτο ; Ὃ οὐκ εἶδόν ποτε, νῦν ἐν πρώτοις τεθέαμαι, πῦρ φθεγγόμενον, ἀσώματον ἄνθρωπον, ζωγραφητὸν πρόσωπον, ἀσύνθετον ὄψιν, νεφελοσύστατον σχῆμα, ἀερόβατον δρομέα πτεροβόλον, θυσιοπάρεδρον λόγον ἐκβάλλεις, καὶ φόβον δεικνύεις· τὰ ῥήματά σου πύρινα, καὶ τὰ ἐπαγγέλματά σου δύσπιστα. Ἐλισάβετ κυοφορήσει, κἀγὼ πατὴρ ἀναδειχθήσομαι ; Ὅτε θανάτου γειτονία, τότε παιδὸς φυτουργία ; Ὅτε πάππος τὴν ἡλικίαν, τότε πατὴρ τὴν προσδοκίαν ; λόγος πρὸς γόνον οὐδείς· ἐσβέσθη τὰ γεννητικὰ μόρια, ἐκαθεύδησε λοιπὸν ἡ φύσις, ἀδιύπνιστος πρὸς ὄρεξιν μένει, λήθην ἑαυτῆς εἰργάσατο. Καγὼ τῷ γήρατι τῇ γῇ προσνένευκα, καὶ Ἐλισάβετ πρὸς ἑτοιμασίαν βακτηρίαν μεμισθωται. Ἅπαξ ἡ ξηρὰ ῥάβδος, τοῦ Ἀαρὼν ἤνθησεν, οὐχὶ δὲ πολλάκις. Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο ; Ὁ δὲ ἄγγελος πρὸς αὐτόν· Τί ἀδολεσχεῖς, Ζαχαρία ; καὶ ἱερατεύεις, καὶ διστάζεις ; Μὴ οὐκ ἦν Ἀβραὰμ ἑκατονταετὴς, καὶ Σάῤῥα πρὸς νέκρωσιν μήτρας ἀσχολουμένη ; Μὴ ἔστειλεν ὁ τούτων καρπός ; Εἰ μὴ εἶχες ὑποδείγματα, καλῶς ἐδίστασας· εἰ δὲ ἐξ ἐκείδων κατάγῃ, τί τὰ ἐκείνων οὐ διανοῇ, Ὁ ἐθνικὸς Ἀβραὰμ ἐπίστευσε, καὶ ὁ ἱερατικὸς ἀμφιβάλλεις ; ἐκεῖνος ἐκτὸς θυμιάματος ἐμυρίσθη, καὶ σὺ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ ἐκαπνίσθης ; ἐκεῖνος τὸν κληρονόμον δεχόμενος ἠγαλλιᾶτο, καὶ σὺ τὸν πρόδρομον Ἰωάννην εἰς οὐδὲν λογίζῃ ; Αὐτός σε τῆς καταδίκης ἐξελεῖται, αὐτός σε τῆς κατάρας ἐλυτρώσατο· αὐτός σου τὴν γλωττιαίαν κλεῖδα βαστάζει. αὐτὸς πρὸς Κύριον πολλοὺς ἐπιστρέψει· αὐτὸς ἐν δυνάμει Ἠλίου τοῦ προφήτου προπορεύσεται, οὐ πόρινον σκεῦος ἁρματηλατῶν, ἀλλὰ τὸ Ἰορδάνειον λουτρὸν εὐτρεπίζων διὰ τὸν πολὺν ῥύπον τῶν ἁμαρτιῶν. Διό σοι καὶ εἰπεῖν προσετάχθην· « Εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· » ὅτι ἔφθασεν ὁ καιρὸς ὁ πάλαι προφητευθεὶς καὶ νῦν πληρωθείς· « Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. » Οὐκ ἄγγελος, οὐ πρέσβυς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο, Ζαχαρία,

tuas, et peccata tua purgabit [14]. » Viden, quinam sint qui altari astant, et quibusnam oculis introspicere par sit, sinceris, dolo carentibus, munificis, pauperum amantibus ?

2. Quid igitur Lucas evangelista ? oportet enim totum resumere : « Visus ei, inquit, angelus Domini, stans a dextris altaris incensi, Et videns Zacharias turbatus est, et timor cecidit super eum. Ait autem illi angelus : Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua, et ecce Elisabet uxor tua pariet tibi filium et vocabis nomen ejus Joannem. Et erit tibi gaudium et exsultatio et omni populo tuo [15]. » Hæc loquente angelio pavore ac timore Dei correptus Zacharias respondit illi : Absque timore jubes me ministrare, aisque mihi : Ne timeas, Zacharia ; ecqua ratione fieri illud potest ? quod nunquam videram nunc primum conspicio, loquentem ignem, incorporeum hominem, depictum vultum, incompositum aspectum, habitum nubis speciem ferentem, aereum cursorem alatum, sermonem inter sacrificia erumpentem emittis, metum incutis, verba tua ignea, et promissa tua creditu difficilia. Elisabet uterum gestabit ; ego pater esse declarabor ? Cum vicina mors, tumne puer gignitur ? Cum ætate avus esse possim, tumne me patrem fore sperandum ? Nulla gignendi ratio : genitalia exstincta **331** sunt, dormit jam natura, nec excitari potest ad concupiscentiam, ad oblivionem sui devenit. Ego præ senectute versus terram curvatus sum, jam sibi Elisabet baculum apparavit. Semel arida Aaronis virga floruit [16], sed non pluries. Quo signo illud norim ? Tum angelus illi : Quid nugaris, Zacharia ? sacerdotio fungeris et dubitas ? Nonne Abraham centenarius, et Saræ vulva exstincta [17] erat ? An ideo eorum fructus cohibitus est ? Si non suppeteret exemplum, jure dubitares ; quod si ab illis originem ducis, quare quæ illos spectant non recogitas ! Gentilis Abraham credidit [18], et tu sacerdos ambigis ? ille absque incenso suffitu, perflatus est, et tu in altari fumigatus ? Hærede ille accepto exsultavit ; tu præcursorem Joannem nihil reputas ? Ipse te damnatione liberabit : ipse te eruet a maledicto : ipse clavem linguæ gestat tuæ : multos convertet ad Dominum : ipse in virtute Eliæ prophetæ prophetabit [19], non igneo curru vectus, sed Jordanicum præparans lavacrum, propter multas pecatorum sordes. Quamobrem jussus sum tibi dicere : « Exaudita est oratio tua [20] ; » quia advenit tempus olim prænuntiatum a prophetis, nunc impletum : « Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus [21]. » Non angelus, non legatus, sed ipse Dominus veniet et salvabit nos. Quapropter, Zacharia, tu esto mutus, accepto, in repugnantiæ tempore merito supplicio : ego vero ab olio in alium locum pergo, et Virginem conventurus sum,

[14] Isa. VI, 6, 7. [15] Luc. I, 11-14. [16] Num. XVII, 8. [17] Gen. XVII, 7. [18] Gen. XV. 6. [19] Luc. I, 17. [20] ibid. 13. [21] Isa. XL, 3.

et a conversione cum exercitu cœlesti, ad ministerium quo missus sum me confero. Hæc, dilecte, de Zachariæ incredulitate paucis præmissa sunto.

ρεύεσθαι, ἀπὸ τῆς στρατιωτικῆς ὁμιλίας ἐπὶ τὴν ἀποστολικὴν διακονίαν χωρῶν. Ταῦτά μοι διὰ βραχέων, ὦ φίλε, εἰς τὴν παραληφθεῖσαν τῆς τοῦ Ζαχαρίου ἀπιστίας προωδοιπόρηται.

3. Nunc vero quædam ex jamjam lectis disquirenda nobis sunt. Quænam illa? Quæ a Gabriele annuntiata, et a Virgine credita, a Spiritu sancto promota, a Domino quasi thesaurus recondita, et a Patre obsignata, et a piis hominibus servata sunt. Audisti modo evangelistam Lucam dicentem : « In mense sexto, missus est angelus Gabriel in civitatem Galilææ, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen Joseph [22]. » O sponsalia cum alio contracta, alii promissa! o sponsalia, quæ gaudium exhibent, perturbationem sedant! Audisti modo Lucam evangelistam ita loquentem : Ingressus domum angelus, Virginem salutavit ac dixit : « Ave, gratia plena, Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus. Quæ cum vidisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat apud seipsam qualis esset ista salutatio [23]. » Vidistin' salutationem angeli perturbationem excitare? nec modo perturbationem, sed etiam cogitationes; imo dubitationem, atque his similia. Tacitus namque angeli ingressus, vultus insuetus, colloquii insolentia, magnitudo promissionis, inexspectatæ vocis auditus, Virginem conjecit in metum, quæ cogitatione temperantis animi omnem pravam abjecit cogitationem. Quamobrem turbata est, atque turbata imperturbata permansit. Quid est illud, atqua turbata, imperturbata permansit? Studiose audi. Cum Gabriel angelus ut missionis suæ ministerium impleret, nullo excitato pedum strepitu virginale cubiculum adiit; sola quippe Virgo erat in sponsi sui domo. Nostis porro cuncti quo pacto erubescat virgo sub initium initi nuptiarum pacti, inclinato vultu demissa loquens voce, nullum exhibens nutum, nullam non gerens temperantiæ sollicitudinem. Cum sic affectam videret angelus, ait illi : « Ne timeas, Maria, » tametsi anxia, et utpote virgo, temperantiæ sollicita fuisti, ne irruens sponsus tuus, tuæ vim afferret verecundiæ. Illud scias velim, o Virgo, nullum fore tibi cum sponso tuo Joseph congressum. Aliud te negotium exspectat, divinum, dominicum, ineffabile, inexplicabile, **332** quod sermone enarrari nequeat. Dominicum futura es habitaculum; mater, nuptialis expers tori prædicaberis; cœli terræque Dominum susceptura es, incorruptum gestatura fetum. « Ne timeas, Maria, » tuam firma cogitationem, animam corrobora, cor confirma. Ne imitere Zachariam : ne, quemadmodum ille, dubitaveris, tu quæ mulierum gloria es : tu Israelitici populi exsultatio : tu gentium ornamentum, tu gaudii radix, tu benedictionis plantatio. Tu præ omnibus virginibus invenisti gratiam apud Deum. Et « ecce concipies filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic

A σὺ μὲν φιμώθητι, ἐν καιρῷ τῆς ἀντιλογίας τὸ πρόστιμον τῆς τιμωρίας δεχόμενος· ἐγὼ δὲ τόπον ἐκ τόπου μετέρχομαι, καὶ πρὸς τὴν Παρθένον μέλλω πο-

3. Τίνα δὲ καὶ τὰ ἀρτίως παραναγνωσθέντα, καιρὸς λοιπὸν ἐπιζητῆσαι. Ποῖα ταῦτα; Τὰ ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ μηνυθέντα, καὶ ὑπὸ τῆς Παρθένου πιστευθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος προβιβασθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου θησαυρισθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ Πατρὸν σφραγισθέντα, καὶ ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν φυλαχθέντα Ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· « Ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα Ναζαρὲτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ. » B Ὦ μνῆστρα ἄλλῳ μνηστευθέντα, καὶ ἄλλῳ κατεγγυηθέντα! ὦ μνῆστρα χαρᾶς ἐμφανιστικὰ καὶ ταραχῆς διαιρετικά! Ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὸν οἶκον ὁ ἄγγελος, ἠσπάσατο τὴν Παρθένον καὶ εἶπε· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σου· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν. Ἡ δὲ, ἰδοῦσα, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῇ, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. » Εἶδες τὴν χαρὰν τοῦ ἀγγέλου ταραχὴν ἐγείρουσαν; Οὐ μόνον δὲ ταραχὴν ἀλλὰ καὶ διαλογισμοὺς, ἀλλὰ καὶ ἀμφιβολίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ παραπλήσια τούτων. Τὸ γὰρ ἄθροον τῆς ἀγγελικῆς εἰσόδου, καὶ τὸ ξένον τῆς ὄψεως, καὶ τὸ ἀσύνηθες τῆς συντυχίας, καὶ τὸ ὑπέργκον τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τὸ ἀπροσδόκητον τῆς ἀκοῆς, εἰς δειλίαν ἐνέβαλε τὴν C Παρθένον, τῇ ἐπινοίᾳ τῆς σωφροσύνης πᾶσαν φαύλην ἐπίνοιαν ἐκποδὼν ποιησαμένην (30***). Διὸ καὶ ἐταράχθη, καὶ ταραχθεῖσα ἀτάραχος ἔμεινε. Τί ἐστι, Καὶ ταραχθεῖσα ἀτάραχος ἔμεινεν; Ἄκουε συνετῶς. Ἧνίκα Γαβριὴλ ὁ ἄγγελος, ἀποστολικὴν διακονίαν πληρῶν, ἀψόφῳ ποδὶ ἐπὶ τὸν παρθενικὸν ἐχώρει κοιτῶνα· μόνη γὰρ παρῆν ἡ Παρθένος, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ μνηστευσαμένου διάγουσα· Ἵστε πάντες σαφῶς καὶ πῶς ἐρυθριᾷ παρὰ τὰς ἀρχὰς τοῦ συναλλάγματος ἡ Παρθένος κάτω τὰς ὄψεις φέρουσα, ἡμέρα λαλοῦσα, μὴ ἀνανεύουσα, πάσης σωφροσύνης ἐπιμελουμένη. Ἐν τούτοις ἰδὼν αὐτὴν ὁ ἄγγελός φησι πρὸς αὐτήν· « Μὴ φοβοῦ, Μαριὰμ, » εἰ καὶ ἠγωνίασας, καὶ ὥσπερ παρθένος τῆς σωφροσύνης ἐφρόντισας, μὴ καταδραμὼν ὁ μνηστήρ σου καταψηφίσηταί σου τῆς εὐλαβείας. D Τοῦτο γίνωσκε, Παρθένε, ὡς οὐδεμία σοι κοινωνία ἔσται πρὸς τὸν μνηστῆρά σου Ἰωσήφ. Ἕτερόν σε πρᾶγμα περιμένει, θεῖον, δεσποτικὸν, ἄφραστον, ἀνερμήνευτον, λόγῳ παραστῆναι μὴ δυνάμενον. Δεσποτικὸς εὐρεθήσῃ σηκὸς, ἀπειρόγαμος ἀναδειχθήσῃ μήτηρ, τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς δεσπότην μέλλεις ὑποδέχεσθαι, ἀδιάφθορον τόκυν κυοφοροῦσα. « Μὴ φοβοῦ, Μαριὰμ, » στήριξόν σου τὸν λογισμὸν, νεύρωσόν σου τὴν ψυχὴν, ἔδρασόν σου τὴν καρδίαν. Μὴ μιμήσῃ τὸν Ζαχαρίαν, μὴ ἀμφιβάλῃς, ὡς ἐκεῖνος, σὺ τῶν γυναικῶν τὸ καύχημα· σὺ τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ τὸ ἀγαλλίαμα. σὺ τῶν ἐθνῶν τὸ ἐγκαλλώπισμα· σὺ τῆς χαρᾶς τὸ ῥί-

[22] Luc. I, 26, 27. [23] ibid., 28, 29.

(30***) Vulg., ποιησαμένη, nullo sensu. EDIT.

ζωμα· σὺ τῆς εὐλογίας τὸ φυτούργημα. Σὺ εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ παρὰ πάσας τὰς παρθένους. Καὶ, « Ἰδοὺ συλλήψῃ Υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίττου κληθήσεται. » Τούτων σοι τῶν ἀγαθῶν ἥκω μηνυτὴς ὑπάρχων, εἰ καὶ ἔξω φύσεως τὰ λεγόμενα· ἀλλ' ὅμως παρὰ τῷ φυσιουργῷ πάσης τῆς κτίσεως οὐδὲν σκολιὸν ἢ στραγγαλιῶδες, ἀλλὰ πάντα εὐθέα καὶ πρὸς εὐχέρειαν βλέποντα. Ἐν ταύταις ταῖς ἐπαγγελίαις ἡ Παρθένος σαγηνευθεῖσα, καὶ πάσης φαύλης ἐπινοίας ἀπαλλαγεῖσα, οὐκέτι ὡς ἀπαρρήσιαστος ἐσιώπα, λέγουσα πρὸς τὸν ἄγγελον. « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκω ; » Τί μου καὶ τὴν καρδίαν θροεῖς, καὶ τὴν ἀκοὴν ξενοφωνεῖς ; Τί τὸ μὴ ἀκουσθὲν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος διαγγέλλεις ε ἔγκυος εὑρεθήσομαι, καὶ ἀνδρὸς πεῖραν οὐ λήψομαι ; « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο ; » Μήτηρ ὀνομασθήσομαι, καὶ μητρικῶν ὠδίνων ἔξω γενήσομαι ; « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο ; » Μαζὸν ἐπιδώσω, καὶ σπάργανα συσφίγξω, καὶ παῖδα γαλακτοτροφήσω,καὶ τί τὸ ἐν ἐμοὶ οὐ γνώσομαι ; « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο ; » λέγε μοι τὴν εὔλογον αἰτίαν, ἵνα γνώσω τὴν ἀμφίβολον κυοφορίαν. Ξένον τῆς Εὔας ἡ γέννησις, ἀλλ' ὅμως ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη· καὶ ἔσχε τὸ αἴτιον ὅθεν ἐγνωρίσθη τὸ φύραμα, ὅτι ἐξ αὐτοῦ ἡ αὐτῷ ληφθεῖσα, καὶ ὁ ἴδιος τῷ ἰδίῳ ἀνεπληρώθη τόπος Ξένοπρεπεστέρα δὲ τῆς Εὔας ἡ τοῦ Ἀδὰμ γέννησις· ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὴ φανεροποιηθεῖσα, γραφῇ παρεδόθη, καὶ πῶς παραχρῆμα γέγονε σαφῶς ἐγνωρίσθη, ὅτι ἀπὸ τῆς γῆς χοῦν λαβὼν ὁ δημιουργὸς, θεόμορφον ζῶον κατεσκεύασε τὸν πρωτόπλαστον. Ὡς ἐκεῖνα γνώριμα, καὶ τοῦτο σαφήνισον· ἐπειδὴ τὸ προλεχθέν μοι παρὰ σοῦ ὑπερηκόντισε τὰ λεχθέντα· « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω ; » Ὁ δὲ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον· Πῶς ἔσται σοι τοῦτο ; Παρ' ἐμοῦ τὸν τρόπον ζητεῖς, Παρθένε, μαθεῖν ; Μὴ δύναται δοῦλος σκοπὸν εἰδέναι δεσπότου ; Πῶς ἔσται σοι τοῦτο ; Μηνυτὴς ἀπεστάλην, οὐχ ἑρμηνευτής. « Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου ; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο ; » Ἃ ἀκούω λαλῶ, οὐδὲν ἴδιον πλάττω. Πῶς ἔσται σοι τοῦτο ; Τὸ πῶς ἐπὶ Θεοῦ μὴ ζήτει. Πῶς ἔσται σοι τοῦτο ; Ὡς Ἡσαΐας προηγόρευσε φάσκων· « Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει· » τὸ ἕξειν σε προηγόρευσεν, ἐγὼ δὲ λέγω σοι, ὅτι « τέξεις υἱὸν καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· » αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A erit magnus et Filius Altissimi vocabitur[24]. » Horum tibi bonorum nuntius accedo, etiamsi extra naturam sint quæ dico ; attamen a conditore totius rerum natura nihil obliquum, nihil tortuosum ; sed recta omnia, et suavem atque planum ordinem spectantia. His capta promissis Virgo, omnnique parva suspicione libarata, non ultra quasi diffisa tacuit, sed ait angelo : Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco[25] ? » Quid cor terres meum, auremque insolite voce attonitam reddis ? Quid rem annuntias a sæculo non auditam ? An prægnans inveniar, quin viri experimentum capiam ? « Quomodo fiet mihi istud ? « Mater vocabor, et maternis partus doloribus expers ero ? » Quomodo fiet mihi istud ? Mammam præbebo, pannis involvam, puerum lactabo, cur quod me spectat non intelligam ? « Quomodo fiet mihi istud ? » consentaneam profer mihi causam, ut obscuram illam uteri gestationem intelligam. Insolens fuit Evæ generatio,attamen ex viro illa sumpta fuit[26]: causaque fuit qua ejusmodi massæ ratio cognosceretur, quoniam scilicet ex illo, quæ pro illo, sumpta est : propriusque locus propria loco repletus est. Insolentior Evæ generatione Adami generatio ; attamen illa scripto tradita ac enarrata fuit, notumque est qua ratione repente facta sit. De accepto scilicet limo terræ Creator, animal deiforme, præparavit, nempe primum parentem. Ut illa nota sunt, hoc item declara mihi, quandoquidem id quod ante dixisti mihi, illa alia longe superat : « Quomodo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco ? » Tum Gabriel ad Virginem : Quomodo erit tibi istud ? a me, Virgo, modum quæris ediscere ? An potest servus scopum nosse domini sui ? Quomodo erit tibi illud ? Nuntius,non interpres,missus sum.«Quis novit mentem Domini, aut quis consiliarius ejus fuit[27] ? » Quæ audio loquor, nihil a me confingo. Quomodo erit tibi istud ? Apud Deum ne quæras quomodo. Quomodo erit tibi istud ? Quemadmodum Isaias prænuntiavit dicens : « Ecce Virgo in utero habebit[28] : » te in utero habituram prædixit,ego autem dico tibi, quod « paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum : » ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[24] Luc. I, 30, 31. [25] ibid. 34. [26] Gen. II, 23. [27] Isa. XL, 13. [28] Isa. VII, 14.

IN SERMONEM DE ANNUNTIATIONE SANCTISSIMÆ DEIPARÆ MONITUM.

Spurium esse hunc sermonem nemo jam eruditus non judicat, cum sole clarior sese prodat styli hujusce ab Athanasiano discrepantia. Athanasii enim oratio nitida puraque est : contra vero hujusce scriptoris ita perplexa et obscura, ut vix intelligatur : quod est, ait Tullius (30***), *in oratione vitium vel maximum. Ad hæc nugæ hic comparent permultæ, sagaci quovis homine, ne dicam Athanasio indignæ, ut est inepta illa etymologia vocis* οὐσία, *ab* ἴσια, *et alia ejusmodi : vocesque complures Athanasio ignotæ, ut sunt illæ,* Θεοϋπόστατος, ἀνθρωποϋπόστατος, ἀρχίθεος *et* ὑπεράρχιος, *et aliæ quas bene multas, pro brevitate opusculi, huc contulit scriptor iste; ut inferiorem omnino Græcitatem redoleat. Et sane quæ de Christi hypostasi-*

(30***) *De oratore.*

et de duabus in Christo naturis subtiliter disputat, suadent eum, post synodos Ephesinam et Chalcedonensem, scripsisse. Quarum etiam synodorum ipsissimis verbis utitur in locis infra notandis. Quæ vero de duabus in Christo voluntatibus edisserit, arguere videntur eum post vulgatam Monothelitarum hæresim vixisse. Sed libet Baronii hac de re dissertationem, a fratribus nostris Roma nobis transmissam, hic apponere. Qui clarissimus Annalium *scriptor cum Latinam Nannii versionem textu Græco clariorem solum legerit, stupendam stuli perplexitatem non animadvertit.*

EPISTOLA APOLOGETICA CÆSARIS BARONII ADVERSUS OBJECTA THOMÆ STAPLETON.

ADMODUM REVERENDE PATER S. P.

333 I. Etsi non litteris ad me datis, missis tamen ad amplissimum cardinalem Alanum, scriptis tuis, me provocasti ut hanc, vir optime ac disertissime, epistolam apologeticam redderem. Ægro sane animo tulit sanctus Hieronymus, quod alii priusquam ipse legissent quæ sanctus Augustinus in commentariis a se editis esse emendanda significasset : sed nihil est quod hoc nomine tibi succenseam, quin potius excusem, quod ex his, quæ natura hominum fert, sicut Abraham non putavit in Geraris aliquem reperiri, in quo Dei timor inesset ; ita fortasse existimasse me, non sine stomacho lecturum esse ea, quæ meos palam facerent et emendarent errores. At quemadmodum magnum illum Patrem falli contigit, eodem quoque modo scias, si id existimasti, te tua hoc opinatione deceptum. Etenim illud mihi semper in ore : Corripiat me justus, si modo juste ; imo nec refugiam, si injuste, quod sciam ex iis, quæ utcunque in controversiam vocantur, veritatem magis illustrari reddique perspicuam. Quæ quidem, etsi æquo libentique animo a quolibet erudito viro ferenda sunt quanto magis a meo Thoma, Anglicanæ Ecclesiæ ornamento, sacrarum litterarum antistite, fidei confessore, martyrii candidato, et Ecclesiæ catholicæ antesignano propugnatore, non dico toleranda, sed expetenda sunt. Etenim, cum ex sententia Clementis Alexandrini, nullius scripta ita feliciter currant, quibus aliquid non objici jure valeat, in lucro mihi erit, si talem tantumque nactus ero monitorem, correctorem atque emendatorem.

E. Nullum ergo hac ex causa sit jurgium inter me et te. Non autem addam, quod magnus Pater ille subdidit : Si ad dexteram ieris, ego ad sinistram pergam, imo audentius fidentiusque ingeram illud Petri : *Sequar te quocunque ieris :* quod sic existimem bene consultum catholicæ, pietati si junctis simul dexteris, unanimes pro veritate certemus. Sed nec velim putes alia me incedere via, si interdum contingat haud insistere tuis vestigiis ; est enim secundum Isaiæ vaticinium in Ecclesia, semita atque via, hæcque non duo tramites, sed una via sancta vocata. Quamobrem nunquam dicemur ab invicem dissentire, cum diversis semitis in via una ad unam veritatem libero pede tendimus, etsi aliqua in re aliquando inter nos discrepare contingat, ut modo accidit.

III. Legi pervalidam confutationem tuam meæ assertionis de homilia quæ exstat apud Athanasium de sanctissima Deipara, quam non Athanasii esse, sed auctoris qui post Nestorium vixerit, affirmavi. Equidem quod alio veloci cursu tendebat oratio, nonnisi leviter, sicut et obiter, atque in transitu ea tractare licuit ; existimans tamen potuisse illa sufficere, ad declarandum illud Athanasii opus non esse, mihique libenter arrisuros fore omnes viros eruditos, cupidos veritatis. Idque complures fecere mihi adgratulantes, quod spurios filios a legitimis segregarem : quippe qui eamdem accuratius perlegentes, facile persuasi sunt disputantem adeo diserte, vocumque proprietate exquisita adversus Nestorium agentem, longe diversum ab Athanasio esse illius tractatus auctorem. Quas tu voces, etsi ex sententia vel Cyrilli, vel aliorum etiam ante Nestorii tempora tibi vindicas ex diversis auctoribus, certe quidem tempore Athanasii, quod nulla hujusmodi vigeret hæresis, haud adeo exacta requiri videbatur earumdem vocum expressa proprietas : nam idem ipse Athanasius, de quo vertitur quæstio, pro voce *persona*, interdum *naturæ* nomen usurpat in libro *De Incarnatione Verbi*, quem locum ne quis putet textum esse depravatum, vel interpretem non assecutum) hic ex Cyrillo reddemus, qui eum citat, tum in libro *De fide ad reginas*, tum etiam in *Apologetico*, ubi hæc ait verbis ipsius : « Confitemur etiam esse ipsum Filium Dei et Deum secundum Spiritum, filium hominis secundum carnem, non duas naturas, unum Filium : unam quæ adoretur, unam quæ non adoretur, sed unam naturam Verbi Dei incarnatam, et adorabilem cum carne sua una. Adoratione, non autem duos filios. » Hæc ipse ; quo quidem exemplo apparet, tam distincte, atque proprie, tamque explorate et abunde de duabus naturis loqui, præ se ferre auctorem ejus homiliæ esse Nestorii potius temporis scriptorem quam Athanasium.

IV. Id quidem et illud magnopere persuadet, quod cum exactissima facta sit scriptorum Athanasii indagatio, tum a Cyrillo ejus sedis episcopo, penes quem ejusdem Athanasii lucubrationes asservabantur, tum ab adversariis, qui quod aliquid non invenerint, librum ad Epictetum, ut idem Cyrillus testatur, corrumpentes, in suamque ipsorum mutantes sententiam, fecerunt pravi dogmatis assertorem. Ubinam gentium, quarum homilia ista delituit, at non modo Cyrillus non reperierit, sed nec tot doctissimi episcopi qui convenerunt ad quatuor œcumenica concilia, Ephesinum et Chalcedonense, quintam et sextam synodos, in quibus de eisdem actum est cujus una tantum inspectio ob exactam rerum et nominum definitionem, et tanti auctoris præstantiam, satis superque erat ad Nectorium atque Eutychem, et alios hæreticos confutandos ? At in conjecturis his, quamvis haud levioris ipsæ sint argumenti, diutius immorandum non est ; cum fortissimæ adsint ab auctore ipso petitæ probationes, atque in primis illa.

V. Quid enim est quod adeo exsecretur ibi auctor has voces, Christum hominem Deiferum : quibus tamen, ut ipsemet tradit, germano sensu acceptis, usi sunt Patres Nicæni concilii, atque sæpe, ut auctor est Theodoretus contra Cyrillum in *Anathematismis*, sanctus Basilius una cum aliis ante Nestorium hæresiarcham, qui primus his abusus est vocibus, ad suam hæresim statuendam ? Sane quidem quod illas detestetur voces, quæ Athanasii temporibus pie sanctoque dici a Patribus consueverunt ; a Nestorii vero tempore sunt vetitæ, perspicue absque dubitatione aliqua demonstratur, auctorem illum post exortam Nestorii hæresim ea scripsisse. Ut autem eædem voces, *Christus homo Theophorus* a piis omnibus respuerentur, solus Nestorius in causa fuit, qui eas suæ hæresis veneno infectas reddit exsecrabiles, ut pluribus docet Cyrillus in libro *De Incarnatione Unigeniti*, cap. 22 et 23, nec non sanctus Joannes Damascenus agens contra Nestorium, cujus verba recitat Euthymius in *Panoplia* : quibus plane testatur Nestorium, ad suam astruendam hæresim, Christum Dominum nostrum appellasse Deiferum. Ob id itaque in quinto Cyrilli anathematismo a concilio Ephesino recepto, ita definitum habetur : « Si quis Christum Deiferum hominem audet dicere, et non potius Deum secundum veritatem, anathema sit. »

334. VI. Rursum vero quomodo potuit has ut impias voces Athanasius exhorruisse, qui aliis minoris efficaciæ usus fuit ? Fortioris vis est dicere, Christum hominem Deiferum, quam assérere, Christum hominem Dominicum, prout ipse dixisse reperitur in *Expositione fidei*, ad finem, et in *Sermone majori adversus Apollinarem*, qui citatur in concilio Lateranensi sub Martino (31) papa et martyre, actione v. Qui ergo dicere non veritus est Christum hominem Dominicum, certe quidem haud vitasse potuit asserere Christum hominem Deiferum ? Quid igitur his evidentius, rogo, quidve firmius dici potest ad insinuandum auctorem illum esse non potuisse Athanasium, sed alium, qui post Nestorii vixerit tempora ?

VII. Sed quamvis hæc satis superque ad hanc sententiam confirmandam stabiliendamque videri possint : ex quo tamen semel cœpi loqui, adjiciam alia. Cum enim auctor quam exactissime quæ sunt in Christo duæ voluntates duæque operationes pertractet, redarguens hæreticos qui aliter sentirent : quis non videat ipsum urgere, confutare, imo confundere Monothelitas ? Sed reddamus hic verba ipsius : « Duas voluntates prædicamus, sed nequaquam duos volentes, aut duos operantes, sed unam volentem secundum unitatem personæ ; contra duas voluntates, duas operationes secundum peculiarem utriusque naturæ ra-

(31) Mendose.

tionem. Hoc igitur modo divinum Incarnationis mysterium prædicantes, hæreticorum blasphemias repudiamus, in quibus ipsos relinquentes transimus. » Hæc auctor. Sed quosnam hæreticos urget, quæso, nisi Monothelitas? Quinam vero vel Athanasii tempore, vel etiam ante fuerunt hæretici, qui de una in Christo operatione, et unica voluntate adeo explicite disputarint, ut incumberet Athanasio tam exacta definitione illos arguere? Sicque plane jam liquidum est convinci ex suis ipsius verbis auctorem, ea scripsisse post exortam Monothelitarum hæresim.

VIII. Quamobrem ex eo mihi recusandi palinodiam onus incumbit, quod in notis ad Romanum Martyrologium dixerim, homiliam illam ascribendam esse Cyrillo Alexandrino potius quam Athanasio : cum nonnisi auctori, qui vixerit post proditam Monothelitarum hæresim ascribi jure valeat; tantum abest ut concedam eam esse Athanasio tribuendam. Sed si in his rebus dubiis conjecturæ sit locus, dicerem, ob similitudinem nominis, esse Anastasii potius quam Athanasii scriptionem, illius inquam, Anastasii episcopi Antiocheni sanctitate et eruditione clarissimi ; cujus nobilis ingenii nonnulla monumenta supersunt. Hæc quidem, quæ de Athanasio dicta sunt, haud affirmare me puto cum Ecclesiæ detrimento : non enim ex his jacturam sentit quæ, cum sit columna et firmamentum veritatis, procul abhorret, ut instar Æsopi Corniculæ ascititia quærat, cum pulchrior sua fulgeat simplex veritas nuditate. Vale, freter, hasque accipe litteras defensionis testes, atque meæ erga te benevolentiæ et observantiæ obsides. Romæ Kalend. Novembris, anno Domini 1592.

CÆSAR BARONIUS.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

Κηρυκτικὸν εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

S. P. N. ATHANASII

Sermo in Annuntiationem sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ (32).

---

1. Τοὺς θείους ἱεροκήρυκας οὐ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς ἀκροάσεως δεῖ ἀποβλέπειν· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀπαιτουμένην δύναμιν, καὶ ὑπόθεσιν, καὶ αἰτίαν, ἣν ἐπιθεωροῦντας, προσῆκε καταστοχάζεσθαι τοῦ κηρύγματος. Διὸ καὶ νῦν ἐπὶ τὸ κήρυγμα τοῦ θείου Εὐαγγελίου τῆς Θεοτόκου καὶ Μητρὸς τοῦ Θεοῦ ἥκοντας ἡμᾶς, καὶ τοῦτο μέλλοντας ἀνακηρύττειν πρὸς συνέλευσιν (33) τῆς ἑορτῆς, ἀνάγκη, καθ' ὑπόθεσιν καὶ αἰτίαν τῆς ἀσάρκου καὶ ὑπερθέου Τριάδος, τὴν σάρκωσιν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος ἀνατιθέναι. Ἐὰν γὰρ μὴ προδιαστελῆται (33*) τὰ περὶ Τριάδος, τὰ περὶ τοῦ ἑνὸς σαρκωθέντος πῶς ἐξέλθωμεν; Οὐκοῦν δέον, ἐκεῖθεν ἐπαναγαγόντας τὸν λόγον, μετέρχεσθαι εἰς τὰ κατὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ οὕτως τὰ κατὰ τὸν εὐαγγελισμὸν ἐπακούειν (34). Καὶ πρότερον ἐπισημαινόμενοι, ὑπαναμιμνήσκομεν, ὅτι μία τῶν δεσποτικῶν πρώτη τε καὶ πάνσεπτος ἑορτή, κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ σύνταξιν τῶν ὑποκειμένων ἐν τοῖς κατὰ Χριστὸν κηρύγμασιν, ὑπάρχουσα, τοῦ θείου εὐαγγελισμοῦ κλητὴ ἁγία ἡμέρα, περὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ καταβάσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ κατασκευάζει τὸ κήρυγμα. Καὶ γὰρ κατελθόντα αὐτὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν πιστεύομεν, καθὼς καὶ ἀνελθόντα διομολογοῦμεν. Δέον τοίνυν, ἐπειλημμένους τοῦ θείου κηρύγματος, ἐκεῖθεν ἄρξασθαι, ὅθεν καὶ διαστέλλεσθαι δυνήσεται τὰ λεγόμενα.

2. Πιστεύομεν τοιγαροῦν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὑποστάσεων, ἀδιάσπαστον ἐχόντων τὴν διαίρεσιν, καὶ τὴν ἕνωσιν ἀσύγχυτον. Οὐδὲ γὰρ κατὰ τοπικὴν διάστασιν τὴν διαίρεσιν τῶν ἁγίων τριῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων πρεσβεύομεν, οὐδὲ συγχυτικὴν τὴν ἕνωσιν· ἀλλ' ἀδιάστατον τὴν διαίρεσιν, καὶ ἀσύγχυτον τὴν ἕνωσιν, ἓν ὄνομα τὸ, Θεὸς, ἔχοντα (35) κατὰ μίαν μονάδα συστάσεως. Ἐπεὶ καὶ ἕνα

1. Divos sacrarum rerum præcones, non infirmitatem auditorum spectare oportet ; sed requisitam vim, argumentum et causam : quam præ oculis habentes, de prædicatione conjecturam facere convenit. Quare etiam nunc ad prædicationem divini Evangelii de Deipara, ac matre Dei nos conferentes, concionaturi ad conventum festivitatis hujus, necessarium est ut in argumenta incorporeæ et divinissimæ Trinitatis, incarnationem unius ex Personis ejusdem Trinitatis in medium proponamus. Nisi enim distincte de Trinitate actum fuerit, quæ ad unam personam incarnatam pertinent, quomodo expendi poterunt? Quamobrem par est ut inde orsi, transeamus ad ea quæ Incarnationem spectant, atque ita de Annuntiatione consequenter verba faciamus. Ac primum quidem illud memoriæ subjiciendum duximus, unam ex Dominicis festivitatibus, maxime venerandam, et primam ordine rerum pertractandarum in prædicationibus quæ Christum respiciunt, quæ divinæ Annuntiationis sancta dies nuncupatur, descensum Filii Dei ex cœlo denuntiare. Nos enim eum de cœlo descendisse credimus, ut et eumdem ascendisse confitemur. Oportet igitur nos divina prædicatione institutos, inde ordiri sermonem, unde quæ pertractanda nobis sunt, probe distingui poterunt.

335 2. Credimus itaque in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, Trinitatem hypostasium, quæ distinctionem inter se habent indissolubilem, et inconfusam unionem. Non enim secundum intervalla locorum, distinctionem trium sanctarum divinarumque hypostasium prædicamus, neque confusam unionem ; sed distinctionem sine ulla distantia, et inconfusam unionem, cui nomen unum est, Deus,

(32) Titulus in Basil. et Felc. 6 : Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀθαν. ἀρχ. Ἀλεξ. κηρυκτικόν, etc. In Anolic. vero : Τοῦ ὁσίου πατ. ἡμ. Ἀθ. πατριάρχου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν εὐαγγελισμόν.

(33) Edit. Commel. sola, προσυνέλευσιν.

(33*) F. προδιασταλῇ καὶ, vel προδιαστέλληται EDIT.

(34) Ἐπακούειν. De vocis hujus variis significationibus consule *Onomasticon*.

(35) F. ἔχουσαν.

secundum unam singularitatem constitutionis. Siquidem unum Deum in Trinitate personarum confitemur, nullum principium, nullumque tempus, in unaquaque sanctarum divinarumque hypostasium constituentes, juxta peculiarem earum proprietatem: Patrem, ingenitum, dicentes, Filium, genitum; Spiritum sanctum, procedentem. Patrem sine principio et sine tempore esse existimantes, Filium sine principio et sine tempore prædicantes, Spiritum sanctum sine principio et sine tempore confitentes: non ut prior sit Pater, posterior Filius vel Spiritus sanctus, sed simul Patrem et Filium et Spiritum sanctum, secundum unam principio et tempore carentem, ac supersubstantialem unitatem exsistentiæ colentes: unum Deum in tribus proprietatibus credentes, verseque glorificantes: non quasi alium Deum Patrem prius exsistentem, nec alium Deum Filium posterius inductum, nec alium Deum Spiritum sanctum postea excogitatum, secundum blasphemias hæreticorum; sed unum Deum in tribus hypostasibus esse docentes, unam habere substantiam, virtutem et efficaciam, et quæcunque alia de substantia considerantur, theologice docentur, celebrantur.

A Θεὸν ἐν Τριάδι προσώπων καθομολογοῦμεν, τὸ ἄναρχον καὶ ἄχρονον λαθ' ἑκάστην τῶν ἁγίων τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων τάττοντες, κατὰ τὴν χαρακτηριστικὴν αὐτῶν ἰδιότητα· ἐν Πατρὶ τὸ ἀγέννητον, ἐν τῷ Υἱῷ τὸ γεννητὸν ἐν τῷ Πνεύματι τὸ ἐκπορευτόν· ἄναρχον καὶ ἄχρονον τὸν Πατέρα δοξάζοντες. ἄναρχον καὶ ἄχρονον τὸν Υἱὸν καταγγέλλοντες, ἄναρχον καὶ ἄχρονον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καθομολογοῦντες· οὐ πρότερον τὸν Πατέρα, καὶ ὕστερον τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἅμα Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, κατὰ μίαν ἄναρχον καὶ ἄχρονον ὑπερούσιον μονάδα ὑπάρξεως σέβοντες, ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶν ἰδιότησι πιστεύοντες καὶ ἀληθῶς δοξάζοντες, οὐχ ὡς ἄλλον Θεὸν τὸν Πατέρα προϋπάρχοντα, καὶ ἄλλον Θεὸν τὸν Υἱὸν ὕστερον ἐπεισάχθέντα, καὶ ἄλλον Θεὸν τὸ
B Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπινοηθέντα, κατὰ τοὺς αἱρετικοὺς βλασφημοῦντας· ἀλλ' ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι θεολογοῦντες, μίαν ἔχοντα τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ ὅσα ἄλλα περὶ τὴν οὐσίαν θεωρεῖται (36) θεολογούμενα καὶ ὑμνούμενα,

3. Et ut formulam sermoni demus, necnon plenitudinem et consummationem, quæ theologice docentur teneamus. Quæ sint illa, et circa quænam versentur deinceps audiamus: nimirum dici illum increatum, incorporeum, tempore et principio carentem, sempiternum, indesinentem, infinitum, æternum, incognitum, ineffabilem, nullius figuræ, investigabilem: Deum deorum, Dominum dominorem, Regem regum, omnipotentem, factorem, creatorem, lumen, vitam, sanctum, bonum, immortalem, fortem, cunctipotentem, et quæcunque similia per excellentiam et ætiologiam dicta. Non quod singula substantia dicantur, sed circa substantiam, quasi ex duo aut pluribus ad unum habeant relationem (qualia esse didicimus quæ divisa sunt), quæ coalitio et plenitudo deitatis dicuntur, secundum Scripturam; non quod ad unam unius substantiam referantur, sed ad unamquamque sanctarum trium personarum æqualiter spectentur et doceantur. Quare ipse unigenitus Deus ait: « Omnia quæcunque habet Pater mea sunt [29]. » Et ad Patrem ait: « Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt, et glorificatus sum in eis [30]. » In omnibus namque in quibus theologice glorificatur Pater, in iisdem glorificatur
D Filius et Spiritus sanctus. Atque inde perfectus Deus dicitur Pater, perfectus Deus Filius, et perfectus Deus Spiritus sanctus. Siquidem nihil ulli deficit ex plenitudine divinitatis: sed æqualitatem habet unusquisque omnium proprietatum, quibus æqualiter plenitudo deitatis conspicitur. Nam ex derivatione ἴσου [id est æqualis] ἰσία [id est æqualitas] dicitur, feminea terminatione quæ est æqualitatis multorum complexio. Quibus enim æqualis

3. Καὶ ἵνα τύπον δῶμεν τῷ λόγῳ. καὶ ἄθροισμα ἢ πλήρωμα, τὰ κατὰ θεολογίαν ἔχωμεν. Τί δὲ ταῦτα ἐστιν ἢ περὶ τί ταῦτα, καθεξῆς ἀκούσωμιν ὅτι τὸ ἄκτιστον, τὸ ἀσώματον, τὸ ἄχρονον, τὸ ἄναρχον, τὸ ἀΐδιον, τὸ ἀτελεύτητον, τὸ ἄπειρον, τὸ αἰώνιον, τὸ ἄγνωστον, τὸ ἀνερμήνευτον, τὸ ἀσχημάτιστον, τὸ ἀνεξιχνίαστον, τὸ Θεὸν θεῶν λέγεσθαι αὐτὸν, τὸ Κύριον
C κυρίων, τὸ Βασιλέα βασιλευόντων, τὸ παντοκράτορα, τὸ ποιητὴν, τὸ δημιουργὸν, τὸ φῶς, τὸ ζωὴν, τὸ ἅγιον, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἀθάνατον, τὸ ἰσχυρὸν, τὸ παντοδύναμον, καὶ ὅσα ἄλλα κατά τε ὑπεροχὴν καὶ οἰτιολογίαν, οὐχ ἕκαστον οὐσία λέγεται, ἀλλὰ περὶ τὴν οὐσίαν· ὡς ἐκ δύο (37) καὶ πλειόνων ἐπὶ ἓν ἔχοντα τὴν ἀναφορὰν κατὰ τὸ ἐπιμεριζόμενον ἐμάθομεν, ἃ καὶ ἄθροισμα καὶ πλήρωμα θεότητος λέγεται κατὰ τὴν Γραφήν· οὐ κατὰ μίαν ὑπόστασιν μόνου ἀνάγοντα, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην τῶν ἁγίων τριῶν ἐπίσης θεωρούμενα καὶ θεολογούμενα. Διὸ καὶ αὐτὸς ὁ μονογενὴς Θεός φησι. « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι. » καὶ πρὸς τὸν Πατέρα λέγων· « Τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. » Ἐν ἅπασι γὰρ οἷς δοξάζεται ὁ Πατὴρ θεολογούμενος, ἐν αὐτοῖς δοξάζεται καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.
D Καὶ ἐντεῦθεν τέλειος Θεὸς ὁ Πατὴρ λέγεται, καὶ τέλειος Θεὸς ὁ Υἱὸς, καὶ τέλειος Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐπείπερ μηδὲν ἐλλείπει τοῦ περὶ τὴν θεότητα πληρώματος ἕκαστον ἀλλ' ἰσίαν ἔχει πάντα τῶν ἰδιωμάτων, ὧν ἐπίσης καὶ τὸν πλήρωμα τῆς θεότητος θεωρεῖται. Ἐκ παραγωγῆς γὰρ τοῦ ἴσου, ἰσία λέγεται θηλυκῇ ἐκφορᾷ ἡ τῆς ἰσότητος τῶν πολλῶν συστατικὴ περίληψις. Ὧν γὰρ (38) ἴση τίς ἐστιν οὐσία, διαφερόντων ἰδιωμάτων, ἰσία λέγεται, ὥσπερ καὶ ὁσία καὶ μία. Καὶ ἐπείπερ ἰσία λέγεται κατ' ἐτυμολογίαν, τροπῇ τοῦ ι

[29] Joan. xvi, 15. [30] Joan. xvii, 10.

(36) Anglic., θεωρεῖ.
(37) Anglic., ὡς ἐν δύο.

(38) Γάρ deest in Anglic.

εἰς ο, καὶ πλεονασμῷ τοῦ υστοιχείου, οὐσία διερμηνεύεται, ὡς οὖσά τις συστατικὴ ὕπαρξις, τῶν ἐκ πλειόνων ἐπὶ μίαν μονάδα ἐχόντων τὸ ἄθροισμα. Καὶ οὕτως εἰς τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενόμενον ἄνθρωπον ἀποβλέποντες (39), κανονίζομεν, ὅτι ἡ σύστασις τῶν περὶ αὐτοῦ ἰδιωμάτων, κατὰ τὴν αὐτοῦ ὕπαρξιν, οὐσία προσαγορεύεται, ὡς οὖσα περίληψις καὶ περιοχὴ τῶν πλειόνων, ἐπὶ ἓν ἐχόντων τὸ ἑαυτῶν ἄθροισμα. Καὶ γὰρ τὸ κτιστὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τὸ νοερὸν, τὸ λογικὸν, τὸ ἔμψυχον, τὸ σωματικὸν, τὸ παθητικὸν, τὸ ῥευστὸν, τὸ χρονικὸν, τὸ θνητὸν, τὸ γεννητὸν, τὸ φθαρτὸν, τὸ αὐξητικὸν, τὸ τρεπτὸν, τὸ ἀλλοιωτικὸν (40), τὸ λυπηρὸν, καὶ ὅφα ἄλλα τοιαῦτα κατὰ ἀναλογίαν καὶ ἐκλογισμὸν ἐπίσης ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον λαμβανόμενα κατὰ τὸ ἴσον, ἰσία λέγεται, καὶ τροπῇ καὶ πλεονασμῷ τῶν στοιχείων, οὐσία προσαγορεύεται, κἀντεῦθεν πλήρωμα τῆς ἀνθρωπότητος ἑρμηνεύεται, τὸ συμπληροῦν αὐτῆς τὸ ἄθροισμα, κατὰ τὸ μοναδικὸν αὐτῆς σύστημα.

A est substantia, diversis tamen proprietatibus, ἰσία dicitur, ut et ὁσία et μία. Et cum ἰσία etymologice dicatur, conversione τοῦ ι in ο, ac deinde additione litteræ υ, οὐσία efficitur, quasi sit, velut constans quædam exsistentia, rerum, quæ ex multis in unitatem coalescunt. Atque ita hominem in Dei imagine factum spectantes, definimus: quod scilicet constitutio ejus proprietatum, secundum ejus exsistentiam, essentia appelletur, utpote quæ sit complexio et comprehensio multorum, quæ in unum **336** coalescunt. Nam quod creatus sit homo, quod intelligens, quod rationalis, quod animatus, quod corporalis, quod patibilis, quod fluxus, quod temporalis, quod mortalis, quod genitus, quod corruptibilis, quod vegetabilis, quod mutationi, varietati et tristitiæ sit obnoxius, atque his similia: quæ habita ratione atque proportione, in homine B secundum æqualitatem, ἰσία [hoc est æqualitas] dicuntur; mutationeque ac pleonasmo litterarum, explicatur, quod ejus coacervationem complet, secundum unicam ejus constitutionem.

οὐσία vocatur : atque hinc plenitudo humanæ naturæ

4. Ἐν οἷς σημειούμεθα, ὅτι οὐρὲν τούτων καθ' αὐτὸ οὐσία λέγεται τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἰδιωμάτων ἀθροιζομένων. Οὐ μήν τι τούτων ὑπόστασις λέγεται· ἀλλὰ κοινῶς μὲν, οἷον ἀπολύτως ἐπὶ πάντων συναγόμενα, οὐσία λέγεται τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἰδιωμάτων τὸ ἄθροισμα· ἰδίως δὲ καὶ ἐφ' ἑνὸς ὑπόστασις. Ὅταν μὲν οὖν κοινῶς ἐπὶ πολλῶν ταῦτα θεωρῆται, οὐσία προσαγορεύεται· ὅταν δὲ καὶ ἐπὶ ἕνα ἰδίως συνάγηται, ὑπόστασις ἐξονομάζεται. Καὶ ὥσπερ πάλιν εἰς τὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ γενόμενον ἄνθρωπον ἀποβλέποντες, ἅμα τοῦτον νοῦν (41) καὶ λόγον καὶ πνεῦμα καθορῶμεν, καὶ οὐδὲν τούτων πρότερον οὔτε ὕστερον, ἀλλὰ κατὰ ταὐτὸ συνέστη, καὶ ἕνά μὲν λεγόμενον, τριάδα δὲ νοούμενον, ὡς οἷον καὶ τὸν νοῦ μὲν ἀγέννητον, γεννητὸν δὲ τὸν λόγον, καὶ τοῦτον κατὰ καιρὸν μελανούμενον, καὶ ἐγγραφόμενον, καὶ ἀποστελλόμενον· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ πάντων Θεοῦ, τὸν μὲν Πατέρα ὡς νοῦν ἀγέννητον, τὸν δὲ Υἱὸν ὡς Λόγον γεννητὸν, καὶ τοῦτον ἀποστελλόμενον, κατὰ καιρὸν εὐδοκίας τοῦ πατρικοῦ θελήματος, οὐχ ὡς προφορικὸν κατὰ καιρὸν καὶ χρόνον πρὸς χρείαν ἀπογεννώμενον, ἀλλ' ὡς ὑποστατικὸν, καὶ αὐτόχρημα τοῦτο ὄντα, καθὼς καὶ γεγέννηται (42). Ἅπαξ γὰρ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὑπόστασίς ἐστι, στάσιν ἀδιάλυτον ἔχων, ὑφ' ὧν καὶ εἶναι πέφυκε. Τὸ γὰρ ὑπόστασις κατ' ἐτυμολογίαν διερμηνεύεται ὑπό-στασις. Καὶ γὰρ ὡς νοῦς ὁ Πατὴρ, κατ' αἰτίαν τοῦ γεννητοῦ, ὡς γεννητὸν τὸν Υἱὸν ἐπ' αὐτὸν ἔχει. Διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἀντὶ τοῦ « ὑπὸ » τὸ « πρὸς » ἀναγέγραφε λέγων· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος. καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, » Οὐκοῦν ἰσοδύναμόν ἐστι, καὶ καθ' ἓν σημαινόμενον ἐπαναστρέφον τὸ, ὑπὸ, καὶ πρὸς, κατὰ πρόθεσιν τοῦ ὀνόματος προσκείμενα.

4. In quibus annotamus nullam earum proprietatum quæ in homine coalescunt secundum se οὐσίαν vocari, nec quidquam horum, ὑπόστασις: sed conjunctim et omnibus coactis, coacervatio proprietatum hominis, οὐσία, seu essentia dicitur, proprie vero atque in uno ὑπόστασις, seu subsistentia. Cum itaque et commune de multis hæc cogitantur, οὐσία seu essentia nuncupatur; cum autem de uno proprie colliguntur, ὑπόστασις, seu subsistentia nominatur. Et sicut iterum, quando hominem ad imaginem et similitudinem Dei factum conspicimus, C una mentem, verbum et spiritum apprehendimus, nec horum quidquam vel prius vel posterius, sed pariter consistunt, atque unum quidem dicuntur, sed trinitatem esse quodammodo cogitamus: atque mentem quidem ingenitam, verbum autem genitum, ipsumque pro tempore atramento exaratum, scriptum ac missum; ita quoque et in universorum Deo, Patrem quasi mentem ingenitum, Filium quasi Verbum genitum, ipsumque missum, quo tempore placuit paternæ voluntati; non quasi prolatum, aliquo tempore et momento, ad quemdam usum genitum sit, sed quasi subsistens, ac per se existens, quemadmodum et natum est. Semel namque genitus ex Patre hypostasis est, indissolutam habens D exsistentiam, sub iis quæ esse ipsius constituunt. Nam hypostasis, secundum etymologiam, explicatur subexsistentia. Siquidem Pater, utpote mens, quatenus est geniti causa, quasi genitum Filium in se habet. Quamobrem evangelista, hujus vocis loco, ὑπό [id est « sub »]πρός [id est « apud]» conscripsit dicens: « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [31],» Idem itaque sibi vult, et ad unam eamdemque significationem redit, ὑπό, et πρός, cum nomini adduntur.

[31] Joan. I, 1.

(39) Anglicanus solus, quem sequitur edit. Parisiens., ἀποολέποντες. Edit. Comm. et alii, βλέποντες.

(40) Anglic., τὸ ἀλλοιωτόν.

(41) Ita Anglic., recte. Editi vero, ἅμα τοῦ τὸν νοῦν.

(42) Anglic., γεγέννηται.

5. Igitur ὑπόστασις est Filius, quasi sub Patre exsistentiam habens, nec sine Patre, sed apud Patrem semper exsistens, neque aliam quam Patris voluntatem habens, neque aliam potestatem, vel operationem, ut neque aliam substantiam; sed cum omnia quæcunque Pater habet, habeat et ipse Filius, consubstantialis est Patri et Spiritui. Hic juxta paternum consilium, antiquum atque verum, utpote magni consilii Patris angelus, mirabilis consiliarius, qui olim ut Verbum Patris multifariam multisque modis locutus est patribus in prophetis; novissimis diebus his, locutus est nobis, incarnatus et homo factus: qui, ut ait, et sæcula fecit: non quod diis quibusdam portentosis suam providentiam commiserit, ut aiunt ethnici; sed ipse Filius ex Patris beneplacito, et Spiritus sancti cooperatione, omnem rerum providentiam acceperit. Siquidem communionem ostendens ejusdem et unius providentiæ atque operationis ait: « Pater meus usque modo operatur, et ego operor[32]. » Non enim secundum aliam et aliam providentiam Pater et Filius operantur, sed secundum unam atque eamdem substantialem divinitatis operationem. « Qui cum sit » (ut ait iterum præco ille) « splendor gloriæ et figura substantiæ ejus, » palamque etiam est Patris: feratque « omnia **337** verbo virtutis ipsius, purgationem peccatorum nostrorum faciens, sedet in dextera magnitudinis in excelsis[33]. » Conversus autem sermo in eamdem recidit cogitationem, considerando scilicet splendorem, quasi radium ex toto sole ortum, quasi scilicet ex disco totum solem continente oriretur, indiscretum habere fulgorem; et figuram, esse ostensionem substantiæ illius, per quam figuratur.

8. Quemadmodum enim annulli signatorii character impressus eamdem habet expressam imaginem, quæ etiam sigillum nuncupatur, quæque secundum substantiam in nullo deficit; ita quoque Filius eumdem quem Pater fert characterem. Neque enim character expressus variat, sed invariabilis manet, juxta eam quæ in annullo est figuram, sive in cero sive in auro exprimatur, pro ratione régii denarii: et sic divina Filii figura substantiæ Patris invariabile sigillum est, et ferens omnia verbo virtutis suæ, secundum ipsum proprium suum characterem, carnem quasi ceream in se suscepit, eamque in semetiso obsignavit (quæ res sane neque impossibilis, neque incredibilis est); ut tempore paternæ voluntatis, ut character (siquidem et character est) Incarnationem in se exprimeret, illa usus quasi cera vel auro: quandoquidem totum mysterium ineffabilis illius et inexplicabilis Incarnationis subostendit. Nam illud etiam nunc ineffabile et inenarrabile manet, ob rationem crescendi, siquidem gradibus quibusdam dogmata tradimus, neque uno momento

A 5. Ὑπόστασις τοίνυν ἐστὶν ὁ Υἱός, ὡς ὑπό τι τὸν Πατέρα στάσιν ἔχων, καὶ οὐ χωρὶς τοῦ Πατρὸς ὤν, ἀλλὰ πρὸς τὸν Πατέρα ἀεὶ ὤν· καὶ οὔτε θέλημα ἄλλο παρὰ τοῦ Πατρὸς ἔχων, οὔτε μὴν δύναμιν ἑτέραν, οὔτε μὴν ἐνέργειαν, ὡς οὐδὲ ἄλλη οὐσίαν, ἀλλὰ πάντα, ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἔχων καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς, ὁμοούσιός ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι. Οὗτος κατὰ πατρικὴν βουλὴν ἀρχαίαν καὶ ἀληθινὴν, ὡς μεγάλης βουλῆς Πατρὸς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, καὶ πάλαι, ὡς Λόγος τοῦ Πατρὸς, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας, ὃς, φησὶ, καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· οὐ θεοῖς τισι τερατευομένοις ἐγχειρήσας τὴν αὐτοῦ πρόνοιαν, καθά φασιν Ἕλληνες, ἀλλ' B αὐτὸς ὁ Υἱὸς εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πᾶσαν τὴν τῶν ὄντων πρόνοιαν ἀναδεδεγμένος. Ἐπείπερ καὶ τὸ κοινὸν ἐνδεικνύμενος τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς προνοίας καὶ ἐνεργείας, φησίν· « Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. » Οὐδὲ γὰρ κατὰ ἄλλην καὶ ἄλλην πρόνοιαν ὁ Πατὴρ καὶ Υἱὸς ἐργάζεται, ἀλλὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσιώδη τῆς θεότητος ἐνέργειαν. « Ὅς ὢν » (ὡς καὶ πάλιν φησὶν ὁ κήρυξ) « ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ » δῆλον δὲ καὶ τῆς τοῦ Πατρὸς), φέρων τε « τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. » Ἀναστρέφων δὲ καὶ αὖθις ὁ λόγος, εἰς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἐπισυνάγεται, περιβλέπων, ὅτι τὸ ἀπαύγασμα, ὡς ἀκτὶν πανηλίου, ὡς ἐκ δίσκου πανηλίου C ἀδιάστατον ἔχει τὴν ἔλλαμψιν, καὶ χαρακτὴρ ἔνδειξίς τίς ἐστι τῆς ὑποστάσεως, δι' ἧς καὶ χαρακτηρίζεται.

6. Ὡς οἷον γὰρ κατὰ δακτυλίου χαρακτὴρ ἐντυπούμενος, τὸ αὐτὸ ἐκτύπωμα, ὃ καὶ ἐκσφράγισμα ἑρμηνεύεται, μηδὲν ἐν τοῖς κατ' οὐσίαν ἐλλεῖπον ἔχει· οὕτως ὁ Υἱὸς τὸν αὐτὸν χαρακτῆρα τοῦ Πατρὸς φέρει. Οὐδὲ γὰρ παραλλάσσει ὁ χαρακτὴρ ἐκτυπούμενος, ἀλλ' ἀπαράλλακτος μένει, κατὰ τὸν αὐτὸν ἐν τῷ δακτυλίῳ χαρακτῆρα, ἔν τε κηρῷ καὶ χρυσῷ ἐκτυπούμενος κατὰ τὸ βασιλικὸν δηνάριον· καὶ οὕτως ὁ θεῖος χαρακτὴρ τοῦ Υἱοῦ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως ἀπαράλλακτος σφραγίς ἐστι, καὶ φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, κατ' αὐτὸν τὸν ἴδιον χαρακτῆρα, τὴν ὡς κηρίνην σάρκα εἰς ἑαυτὸν ἀνεδέξατο ἐντυπωσάμενος αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ (οὐδὲ γὰρ ἀδύνατον τοῦτο, οὐδὲ μὴν ἄπιστον)· ἵνα κατὰ καιρὸν πατρικῆς εὐδοκίας, ὡς χαρακτὴρ (ἐπεὶ καὶ χαρακτὴρ) ἐντυπώσῃ ἐν ἑαυτῷ τὴν σάρκωσιν, ὡς κήρωσιν ταύτην φέρων, ἢ χρύσωσιν· ἐπεὶ καὶ τὸ ὅλον (43) μυστήριον ὑπεμφαίνεται τῆς τοιαύτης ἀφράστου καὶ ἀνερμηνεύτου σαρκώσεως. Ἔτι γὰρ καὶ ἄφραστον καὶ ἀνερμήνευτον μένει διὰ τὸ αὐξητικόν· ἐπείπερ καὶ κατ' αὔξησιν δογματίζομεν, καὶ

[32] Joan. v, 17. [33] Hebr, I, 3.

(42) Anglio., καθὰ καὶ τὸ ὅλον.

οὐ κατὰ τὸ ἅμα τῆς σφραγῖδος. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς A
σφραγῖδος, ἅμα τε πρὸ πολλῶν καὶ ἐν πολλοῖς κηροῖς
δύναται ἀναφέρεσθαι τὸ ἐκτύπωμα· ἐπὶ δὲ τῆς θείας
σαρκώσεως οὐχ ἅμα, ἀλλὰ κατ' αὔξησιν τὸ τέλειον
δογματίζεται. Τοῦτο δ' ἂν καὶ διανοεῖσθαι πάλιν δύ-
νηται, ὡς εἴ τις ἔχοι λεπτότητα νοῦ, καὶ δύναται
εἰσδῦναι κατὰ βάθους τοῦ ψυχικοῦ σπειρομένου σώ-
ματος. καὶ συνιδεῖν ἀφραστως καὶ ἀνεκλαλήτως, πῶς
ἐκεῖ ἐμπίπτοντος τοῦ γονίμου σπέρματος, εὐθὺς μὲν
ἐπί τι μόριον συντρέχει, κατὰ μικρὸν δὲ καὶ κατ'
ἐπίδοσιν τὴν αὔξησιν λαμβάνει. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο
ἐπὶ τῶν καθ' ἡμᾶς λαλεῖται, πλὴν ὅτι φαντασίᾳ ὡς
ὑπέμφασις γίνεται ἀλαλήτως καὶ ἀφράστως· ἀλλὰ
κατ' αὔξησιν μὲν οὖν ἡ θεία τοῦ Λόγου σάρκωσις
γίνεται, οὐκ αὔξοντος τοῦ θείου χαρακτῆρος, οὐδὲ μὴν
συναύξοντος· ἀλλ' ἐπαυξούσης τῆς ἐμψύχου σαρκὸς B
καθ' ὅλον τὸ πλήρωμα, καθ' ὃ ἄνθρωπος ἐξιδιάζεται
καὶ κυοφορεῖται. Διὰ τοῦτο ἐννεαμηνος νομῳ ἀνθρω-
πίνης κυοφορίας, κἀντεῦθεν θεοῦπόστατος δογματι-
ζεται ἡ Χριστοῦ σάρκωσις, καὶ οὐδαμῶς ἀνθρωπο-
ὑπόστατος· ἐπειδὴ κατὰ τὸν θεῖον χαρακτῆρα τὸ ἀν-
θρώπινον σχῆμα τὴν στάσιν ἑαυτοῦ ἀνεδέξατο, καθ'
ἕνωσιν μὲν ὡς πνεύματος πρὸς ψυχήν. Οὕτω γὰρ
δύο τέ ἐστι καὶ οὐχ ἕν ὁ Χριστὸς, καὶ εἷς καὶ οὐχὶ
δύο· καὶ δύο μὲν καὶ οὐχ ἕν ἐστι κατὰ τὰς δύο φύ-
σεις, καὶ εἷς καὶ οὐχὶ δύο κατὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν.
Διὸ καὶ δύο μὲν θελήματα λέγομεν, καὶ οὐχὶ δύε τοὺς
θέλοντας, καὶ δύο ἐνεργείας καὶ οὐχὶ δύο τοὺς ἐνερ-
γοῦντας. Ἀλλ' ἕνα μὲν θέλοντα κατά τὴν μίαν ὑπόστα-
σιν, δύο δὲ θελήματα καὶ δύο ἐνεργείας, κατὰ τὴν τῶν
φύσεων ἰδιολογίαν.

totum imprimimus sigillum. Sigillo enim, cum multis ante temporibus, tum in multis ceris exprimi potest imago : in divina vero Incarnatione, non simul, sed quodam incremento res perfecte edocetur. Quæ res probe intelligi queat; si quis mentis subtilitate præditus, profunde possit penetrare ad corpus animale nuper satum, atque illic rem ineffabilem inexplicabilemque contemplari, quomodo scilicet desidente illic genitali semine, statim quidem in particulam quamdam coalescit; paulatim vero et per accessionem incrementum accipit. Neque enim illud ipsum apud nos dici potest; verum imaginando tantum aliquid percipitur, sed ineffabiliter atque inenarrabiliter. Itaque cum aliquo incremento divina Verbi Incarnatio efficitur, non quod divinus character augeatur vel concrescat; sed crescente animali carne secundum omnem plenitudinem, qua homo propria natura crescit dum in utero gestatur. Quamobrem lege hominum, novem mensium spatio gestatur, atque exinde Christi Incarnatio Dei hypostasin habere dicitur, et nullatenus hominis : quandoquidem juxta divinum characterem humana forma exsistentiam suam accepit, secundum unionem quasi spiritus ad animam. Ea enim ratione duo est Christus et non unum, ac simul unum et non duo. Duo quidem est et non unum secundum duas naturas; unum vero et non duo secundum unam hypostasin. Quamobrem duas dicimus voluntates, non duos volentes; duas operationes, non duos operantes. Sed unum quidem volentem secundum unam hypostasin, duas autem voluntates et duas operationes juxta naturarum proprietatem.

7. Ἐν τούτοις οὖν διακηρύττοντες τὸ θεῖον τῆς σαρ-
κώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, ἀποβαλλόμεθα τὰς τῶν αἱρετικῶν βλασφημίας, καθ' ἃς καὶ βεβυθισμένους αὐτοὺς καταλιμπάνοντες, μετερχόμεθα εἰς τὰ παρὰ τοῦ εὐαγγελιστοῦ καθιστορούμενα περὶ τοῦ εὐαγγελισμοῦ τῆς Θεοτόκου καὶ Μητρὸς τοῦ Θεοῦ· καὶ ὡς ἔχει συντάξεως, διεξοδικώτερον ἀκουσόμεθα. Σημειούμεθα δὴ οὖν, ὅτι κατὰ καιρὸν εὐδοκίας τοῦ πατρικοῦ θελήματος ἐπὶ συμπληρώσει τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων Δανιὴλ τοῦ προφήτου, μετὰ τὸ οἰκοδομηθῆναι Ἱερουσαλὴμ, ἐν τῷ ἐπιστρέψαι τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰούδα ἀπὸ Βαβυλῶνος, διὰ Σαλαθιὴλ καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, ἀρχιερέων τότε γενομένων κατὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν τετρακοσίων ἐνενήκοντα ἐτῶν, κατ' ἐφημερίαν ἱεραρχίας αὐτοῦ, εἰσῆλθε Ζαχαρίας D
εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ θυμιάσαι· καὶ ὤφθη αὐτῷ ἄγ-
γελος Κυρίου ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ εὐαγ-
γελίζεται αὐτῷ περὶ Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς
συλλήψεται Ἐλισάβετ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ τέξεται τὸν
Βαπτιστὴν καὶ πρόδρομον τοῦ Χριστοῦ. Καὶ δὴ τῆς
συλλήψεως γενομένης, τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ τῆς ἐν γα-
στρὶ κυοφορίας. Ἐλισάβετ, ἐξαποστέλλεται ὁ ἀρχάγγε-
λος Γαβριὴλ παρὰ Θεοῦ, εἰς Ναζαρὲτ πόλιν τῆς
Γαλιλαίας πρὸς τὴν Παρθένον Μαριάμ. Καὶ εἰσελθὼν
πρὸς αὐτὴν ὁ ἄγγελος, ἠσπάζετο ταύτην λέγων.

7. His igitur divinum prædicantes mysterium Incarnationis, abjicimus hæreticorum blasphemias quibus illos demersos relinquentes, ad historiam evangelistæ pertransimus, qua narrat ille Annuntiationem Deiparæ et Dei Matris, et ut res ordine se habet explicatius audiamus. Hoc significamus igitur : quo tempore paternæ voluntati placuit in consummatione septuaginta hebdomadum Danielis prophetæ post instaurationem Jerosolymæ, in reditu Judæ ex captivitate Babylonica, per Salathielem et Jesum filium Josedec tunc sacerdotes, in consummatione **338** quadringentorum nonaginta annorum; Zacharias secundum vicem sacerdotii sui ingressus est in templum Dei ad incensum offerendum, apparuitque illi angelus Domini ad dexteram altaris, annuntiavitque illi de Joanne filio suo, quo conceptura esset uxor sua Elisabet, et pariture Baptistam et præcursorem Christi. Ac conceptione peracta, mense sexto prægnantis Elisabet, mittitur archangelus Gabriel a Deo in urbem Nazaret Galilææ ad virginem Mariam. Et ingressus angelus ad illam salutavit eam, dicens :« Ave, gratia plena, Dominus tecum [34]. » Etiam hic animadvertimus vocem illam angeli secundum prolationem spiritus soni sui, significationem habere, nec tamen ipsam esse

[34] Luc. i, 28.

Filii hypostasin, neque ipsam esse quæ facta est caro : sed ad eam vocem, Verbi et Dei proprietas, quæ alia est secundum hypostasin, statim descendit in uterum Virginis : blasphemantque ii qui aiunt, ipsam archangeli vocem, fuisse hypostasin Dei Verbi. Ideoque blasphemiæ damnationem repudiantes, locum annotavimus.

A « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετά σοῦ. » Κἀντεῦθα πάλιν θεωροῦμεν, ὅτι ἡ μὲν φωνὴ τοῦ ἀγγέλου, κατὰ προφορὰν πνεύματος ἀπηχήσεως αὐτοῦ διερμηνευομένη, οὐκ αὐτὴ δὲ ἦν ἡ τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασις, οὐδὲ αὐτὴ γέγονε σάρξ· ἀλλὰ κατ' αὐτὴν τὴν φωνὴν, ἑτέρα οὖσα κατὰ τὴν ὑπόστασιν ἰδιότης τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ ἅμα ἐπεφοίτησεν ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Παρθένου. Καὶ βλασφημοῦσιν οἱ λέγοντες, ὅτι αὐτὴ ἡ φωνὴ τοῦ ἀρχαγγέλου ἦν ἡ ὑπόστασις τοῦ Θεοῦ Λόγου. Διὸ καὶ ἐστημεν σάμεθα τὸν τόπον, ἀποβαλλόμενοι τῆς βλαφημίας τὴν κατάκρισιν.

8. Cum diversa igitur esset a voce archangeli hypostasis Verbi et Filii Dei, apertis prius per archangeli vocem Virginis auribus, statim in illam introivit divina Filii hypostasis. Qua ratione autem, ne ipsa quidem Virgo cognovit : novit vero qui ingressus est qua ratione sit ingressus. Quare ut ignorans mysterii eventum, statim perturbata est ad sermonem angeli dicentis : « Ave, gratia plena, Dominus tecum ; » et cogitabat qualis esset hæc salutatio [35], quare respondens archangelus dixit ad illam : « Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Et ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus thronum David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in sæcula, et regni ejus non erit finis [36]. » Ad hæc item verba stetit hæsitans Virgo, utpote ad naturam respiciens, et de Josepho cui desponsata erat cogitans, angeloque sic reponit : « Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco [37] ? » Quandoquidem, ait, o angele, virum non cognosco, tu vero per illud, ecce, quod est adverbium demonstrandi, ais. « Ecce concipies, » quasi tempus instet; ignoro quomodo istud fiet. Sed, o angele, tu, dicito, tu interpretare, « quomodo fiet istud. » Respondens autem angelus, dixit ei : « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi [38]. » Hæc est, ait, concipiendi ratio : ita concipies in utero. Spiritu sancto in te superveniente, et virtute Altissimi te obumbrante. « Ideoque, ait, et quod nascetur sanctum, Filius Altissimi vocabitur [39]. » Illa vero adhuc hæsitans, verum sibi hæc optans, ait : « Fiat mihi secundum verbum tuum [40]. » Et discessit ab ea angelus. Nam evangelista significat angelum ab ea discessisse, ne occasionem iis relinqueret, qui dicere vellent, ipsum angelum in Virgine habitantem incarnatum fuisse, aut verbum angeli secundum prolationem soni, Incarnationem operatum fuisse. Sed indicat, abscedente angelo Spiritum sanctum in Virginem supervenisse, et virtutem Altissimi obumbrasse illi : atque ita demum completum est sacrum puerperium. Quibus est iterum necessario insistendum, ac considerandum qua ratione ad Virginem dictum sit : « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. » Nunquid eodem modo quo ad apostolos aiebat Christus, « Vos autem sedete in civitate Jerusalem, donec

8. Ἑτέρα τοίνυν παρὰ τὴν φωνὴν τοῦ ἀρχαγγέλου οὖσα ἡ ὑπόστασις τοῦ Λόγου καὶ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἅμα, ὡς προδιανοιχθείσης τῆς ἀκοῆς τῆς Παρθένου διὰ τῆς ἀρχαγγελικῆς φωνῆς, εἰσῆλθεν εἰς αὐτὴν ἡ θεία τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασις. Ὡς αὐτὴ μὲν ἡ Παρθένος οὐκ οἶδεν· οἶδε δὲ ὁ εἰσελθών, ὅπως εἰσῆλθε. Διὸ καὶ, ὡς μὴ εἰδυῖα τοῦ μυστηρίου τὴν ἔκβασιν, ἅμα διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ τοῦ ἀγγέλου εἰπόντος, « Χαῖρε; κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, » καὶ διελογίζετο, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος· ὅθεν καὶ ὑπολαβὼν ὁ ἀρχάγγελος, εἶπε πρὸς αὐτήν· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος· » Ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς ταῦτα ἔστη διαποροῦσα ἡ Παρθένος, καὶ ὡς πρὸς τὴν φύσιν ἀποβλέπουσα, καὶ κατὰ τὸν Ἰωσὴφ διαλογιζομένη, ἀνθ' ὧν μεμνηστευμένη αὐτῷ ἦν, ἀνταποκρίνεται πρὸς τὸν ἄγγελον, καί φησι· « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Καὶ ἐπείπερ, φησὶν, ὦ ἄγγελε, ἄνδρα οὐ γινώσκω, σὺ δὲ διὰ τοῦ, ἰδοὺ, δεικτικοῦ προσρήματος, λέγεις, « Ἰδοὺ συλλήψῃ, » ὡς κατὰ χρόνον ἑνεστῶτα· πως ἔσται, οὐκ οἶδα. Ἀλλ' εἰπὲ, ὦ ἄγγελε, καὶ διερμήνευσον, « πῶς ἔσται τοῦτο; » Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος, εἶπεν αὐτῇ· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. » Οὗτος, φησὶν ὁ τρόπος τῆς συλλήψεως, οὕτως συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, Πνεύματος ἁγίου ἐπερχομένου σοι, καὶ δυνάμεως Ὑψίστου ἐπισκιαζούσης σοι. « Διό, φησὶ, καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. » Ἡ δὲ καὶ ἔτι διαποροῦσα, πλὴν ἐπευχουμένη ἑαυτῇ, φησί· « Γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. » Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος. Ἐπισημαίνεται γὰρ τοῦτο ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ καταλείψῃ ἀφορμὴν τοῖς ἐθέλουσι λέγειν, ὅτι αὐτὸς ὁ ἄγγελος ἐνοικήσας ἐν τῇ Παρθένῳ ἐσαρκώθη, οὐδὲ ὅτι ὁ λόγος αὐτοῦ κατὰ προφορὰν ἀπηχήσεως ἐνήργησε τὴν ἐνανθρώπησιν· ἀλλ' ὅτι ἀπελθόντος τοῦ ἀγγέλου ἐπῆλθεν ἐπὶ τὴν Παρθένον τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἐπεσκίασεν αὐτῇ ἡ δύναμις Ὑψίστου· καὶ οὕτως ὕστερον ἐτελέσθη τὸ σωτήριον κύημα. Ὑπὲρ ὧν καὶ αὖθις χρὴ κατὰ τὸ (43*) ἀναγκαῖον ἐπιστῆσαι, καὶ ἐπισκέψασθαι, πῶς εἴρηται πρὸς τὴν Παρθένον· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. » Ἆρα γὰρ ὥσπερ

(43*) Vulg., τόν. Edit.

[35] Luc. 1, 28, 29. [36] ibid. 30-33. [37] ibid. 34. [38] ibid. 35. [39] ibid. [40] ibid. 38.

καὶ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἔλεγε Χριστὸς, « Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους, » ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς ; ἐπίσης γὰρ ἡ ἐπαγγελία, καὶ ἐκ τοῦ ἴσου τρόπου λαμβάνεσθαι δύναται, ἐπείπερ καὶ ἐνταῦθα δύναμιν ἐξ Ὑψίστου ἐπελεύσεσθαι ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους καὶ Πνεύματος ἁγίου παρουσίαν. Τί οὖν ; ἆρα ὡς πρὸς τοὺς ἀποστόλους τὸ Πνεῦμα καὶ ἡ δύναμις τοῦ Ὑψίστου ἐπήγγελται, οὕτως καὶ πρὸς τὴν Παρθένον ;

A induamini virtute ex alto [41], » Spiritu sancto in vos superveniente? Æqualis quippe est promissio, et pari ratione accipi potest, quandoquidem hic quoque dicitur, virtutem ex Altissimo in apostolos adventuram, nec non Spiritus sancti præsentiam. Quid igitur? **339** Num sicut apostolis spiritus et virtus Altissimi promittitur, ita quoque Virgini?

9. Καὶ εἰ μὲν οὕτως ὥσπερ καὶ εἰς τοὺς ἀποστόλους. καὶ ἡ δύναμις τοῦ Ὑψίστου καὶ ἡ ἐπέλευσις τοῦ Πνεύματος γέγονε, καὶ ἐν τοῖς ἀποστόλοις οὐ παρηκολούθησε σάρκωσις. δῆλον, ὅτι (45**) οὔτε ἐν τῇ Παρθένῳ ἡ δύναμις ἐσαρκώθη, οὔτε τὸ Πνεῦμα ἐνηνθρώπησεν, εἰ καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς κατὰ κοινολογίαν θεολογίας λέγεται δύναμις Ὑψίστου. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἡ δύναμις πρὸς τὸ δύνασθαι κατὰ πάσης ἀντικειμένης δυνάμεως ἐγένετο, καὶ ἡ ἐπέλευσις τοῦ Πνεύματος καθ' ὅλα τὰ οὐσιωδῶς προσόντα αὐτῷ, ἐνεργοῦσα ἐν πᾶσι σημείοις, καὶ τέρασι, καὶ δυνάμεσι, πρὸς βεβαίωσιν καὶ πίστωσιν τῆς Χριστοῦ ἐπαγγελίας· οὕτω καὶ ἐπὶ τῇ Παρθένῳ ἡ ἐπέλευσις τοῦ Πνεύματος ἐγένετο, ἐν πᾶσι τοῖς οὐσιωδῶς προσοῦσιν αὐτῷ κατὰ τὴν θεαρχίαν, χάριν ἐμποιοῦν, πρὸς τὸ ἐν πᾶσι χαίρειν αὐτήν. Ἐπείπερ καὶ διὰ τοῦτο κεχαριτωμένη προσωνομάσθη, διὰ τὸ ἐν πάσαις χάρισι ταῖς διὰ τοῦ Πνεύματος ἐμπεπλῆσσαι αὐτήν· καὶ δύναμιν Ὑψίστου ἐπισκιάζειν αὐτῇ, καὶ ἔχειν ἐν παντὶ χρόνῳ τῷ κατὰ τὴν σύλληψιν, πεπίστευκα δὲ ὅτι καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν. Οὐδὲ γὰρ πρὸς καιρὸν, ὡς πείθομαι, τοῦτο ἐγένετο ἐν τῇ Παρθένῳ, ἀλλ' ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τότε, καὶ νῦν, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς ἐπισκιάζουσαν αὐτῇ ἔχουσα τὴν δύναμιν τοῦ Ὑψίστου ἡ Παρθένος, καὶ τὴν ἐπέλευσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπερχομένην αὐτῇ · ἵνα κεχαριτωμένη μένῃ . Οὕτω γὰρ διανοούμεθα περὶ τούτου · Ἦσαν αὐτῇ πάντα κεχαριτωμένα διὰ τοῦ Πνεύματος καὶ τῆς τοῦ Ὑψίστου δυνάμεως· καὶ οὐχ, ὡς οἱ αἱρετικοί φασιν· ὅτι ἐνέργειά τις παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐγένετο ἐν τῇ Παρθένῳ, τοῦ τελεσθῆναι τὴν σαρκωσιν. Κἂν γὰρ ἄνευ σπορᾶς, οὐχ οὕτω φαμὲν, ὅτι κατὰ τὴν διαίρεσιν τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος διαιροῦντος ἰδίᾳ, καθὼς βούλεται, διεπλάσθη σὰρξ, παρὰ τὴν ὑπόστασιν τὴν ἐξιδιάζουσαν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, μὴ γένοιτο ! τοῦτο γὰρ τὸ οὕτω φρονεῖν Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἐστὶ, καὶ τῶν λοιπῶν αἱρετικῶν· ἀλλ' οὕτω λέγομεν κατὰ τὴν τῶν ὀρθοδόξων δογμάτων ὀρθότητα, ὅτι δυνάμεως καὶ Πνεύματος ἐπλήσθη ἡ Παρθένος. Πρὸς ἁγιασμὸν μέντοι τῆς σαρκὸς αὐτῆς, καὶ πρὸς τὸ δύνασθαι φέρειν τὸ σωτήριον κήρυγμα, οὕτως ἀκολούθως αὐτῇ ἡ θεία τοῦ Λόγου ὑπόστασις, ἐνσκηνώσασα ἐν αὐτῇ, ἐσαρκώθη καὶ ἐνηνθρώπησεν· οὐ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ, ἀλλ' ὑποστάσει, καθ' ὅλον τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, αὐτὴ ἡ ἀρχίθεος καὶ ὑπεράρχιος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὑπόστασις ἐσαρκώθη καὶ ἐνηνθρώπησε . Προαπεδείχθη γὰρ, ὅτι οὐχ ὑπόστασις, ἀλλ' ὥσπερ ἡ οὐσία καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ βασιλεία, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἃ κατὰ θεολογίαν προτίθεται, οὐχ ὑπόστασις ἕκα-

9. Quod si, ut in apostolis, virtus Altissimi et adventus Spiritus sancti fuit, et in apostolis non est incarnatio subsecuta, nec in Virgine igitur virtus est incarnata, neque Spiritus homo factus est, etiamsi Filius ipse juxta communem theologiæ usum dicatur virtus Altissimi. Sed sicut in apostolos ideo virtus advenit, ut vim illi haberent contra omnem adversariam potestatem, fuitque adventus Spiritus secundum omnia quæ substantialiter in eo sunt, operans in omnibus signis et prodigiis et virtutibus ad confirmandam et asserendam Christi promissionem ; ita et in Virgine fuit adventus Spiritus sancti, cum omnibus quæ substantialiter in eo sunt ratione divini principatus, gratiam illi tribuens, ut in omnibus illa gauderet. Siquidem eo gratia plena vocata est quod omnibus per Spiritum gratiis repleta esset, et quod virtus Altissimi obumbraret ipsi ; quodque id haberet toto conceptionis tempore, imo, ut credo, etiam post conceptionem. Neque enim arbitror ad tempus in Virgine factum illud esse, sed omni tempore, et tum, et jam, et in perpetuum habet Virgo obumbrantem sibi virtutem Altissimi, et Spiritum in se supervenientem ; nimirum ut gratia plena maneat. Hoc enim pacto ea de re cogitamus : Erant ei omnia gratia plena per Spiritum sanctum, et per virtutem Altissimi. Neque, ut aiunt hæretici, aliqua ἐνέργεια a Spiritu sancto facta est in Virgine, ut compleretur incarnatio. Etsi enim absque semine, non dicimus tamen, per divisionem gratiarum Spiritus dividentis singulis prout vult, efformatam fuisse carnem circa propriam Filii Dei hypostasin, absit ! Ejusmodi enim sententia, Pauli Samosateni et reliquorum hæreticorum est ; sed ita dicimus secundum orthodoxorum dogmatum puritatem : Quod virtute et Spiritu sancto repleta sit Virgo, cum ad sanctificationem carnis suæ, tum ut posset gestare salutarem fetum. Hoc pacto igitur ipsa divina Verbi hypostasis, in Virgine inhabitans, incarnata est et humanitatem assumpsit : non virtute et operatione, sed hypostasi, secundum totam plenitudinem Divinitatis, ipsa quæ ab initio et ultra initium Deus est Filii Dei hypostasis, incarnata est et humanitatem assumpsit. Superius enim probatum fuit, quod sicut substantia, potentia, et regnum et alia omnia, quæ juxta theologiam his adduntur, singula hæc, inquam, non hypostasis dicuntur, sed circa hypostasin secundum substantiam speciatim interpretantur ; sic operatio et virtus circa hypostasin substantialiter referuntur et in communequidem ad unamquamque sanctarum trium divinarum hypostasium, proprie item ad unam Filii Dei, incarnatam et hominem factam.

[41] Luc. XXIV, 49.

(45**) Vulg., ὅτι μόνον. Edit.

στον λέγεται, ἀλλὰ περὶ τὴν ὑπόστασιν κατ' οὐσίαν ἰδίᾳ διερμηνευόμενα· οὕτως καὶ ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ δύναμις περὶ τὴν ὑπόστασιν οὐσιωδῶς ἀναφέρεται· καὶ κοινῶς μὲν ἐφ' ἑκάστης τῶν ἁγίων τριῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων, ἰδίως δὲ καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν μίαν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ σαρκωθεῖσαν καὶ ἐνανθρωπήσασαν.

10. Supervenit igitur Spiritus sanctus in Virginem et sanctificavit illam, ut in Psalmis ait Spiritus : « Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus [43], » et obumbravit virtus Altissimi corroborans eam, et divinæ umbræ ostensionem inducens, ut hinc instituta videre posset, quantum scilicet poterat videre, Deum formæ expertem in ipsa gestatum. Neque enim suspicandum est Virginem secundum simplicem naturæ proprietatem Deum in se habitantem videre potuisse (cum ne ipsa quidem animalis, rationalis et spiritualis incarnatio id videre potuerit); sed pro viribus, utpote obumbrante ipsa Altissimi virtute, et quasi umbram faciente, ut videret, quatenus poterat, inhabitantem Deum. Et quemadmodum nos habentes animam in carne nostra inhabitantem, eam ut in se est non possumus videre, sed quasi umbras quasdam et formas a viribus et operationibus ejus ; tale quiddam tum Virgo, tum ipsa rationalis et intelligens, anima videre potuit, jamque potest per traditas sibi facultates atque vires. Atque secundum hanc rationem potius res pertractanda est, quod fecerit Dominus hominem, et ad imaginem Dei fecerit ipsum. Nam ad imaginem et similitudinem hujusmodi incarnationis et assumptæ humanitatis fecit Deus hominem; ut in se gestans illam imaginem et similitudinem, ne dubitaret de ejusmodi incarnatione et assumpta humanitate; Incarnationem, inquam, et assumptam humanitatem, nam ea una duplici voce appellamus, nec solum incarnationem prædicamus, sed etiam assumptam humanitatem; ne impiis hæreticis videatur nos mente et ratione carentem prædicare incarnationem; sed dicendo incarnationem et assumptam humanitatem, nos et carnem credere, et animam rationalem et intelligentem significare. Ideoque eos qui dicunt unam Dei Verbi naturam incarnatam, neque addunt animatam, rationalem et intelligentem, non admodum recipimus, nisi exponant, et dogmatibus adjiciant dicti interpretationem. Illud enim, prius simpliciter dictum a quibusdam, postmodum in pravam sententiam deductum est, hæreticis vocem illam depravantibus.

11. Sanctificata igitur Spiritus sancti adventu Virgo, et corroborata virtute Altissimi, gravida eum gestat qui secundum propriam suam hypostasin Filius Dei est, secundum unam deitatis suæ naturam : paritque eum incarnatum et hominem factum juxta duarum naturarum proprietatem : qui ex duobus et in duobus prædicatur, absque confusione, mutatione et divisione : non deiferum hominem, sed hominem carnem gestantem. Neque enim, ut iterum dicamus, hoc pacto intelligunt hæretici, sed prout dictum est, secundum efficaciam Spiritus et virtutis Altissimi, uterum gestasse Vir-

A 10. Ἐπῆλθε τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τὴν Παρθένον, καὶ ἡγίασεν αὐτὴν, ὡς καὶ ἐν Ψαλμοῖς φησι τὸ Πνεῦμα · « Ἡγιάσατο σκήνωμα αὐτοῦ ὁ Ὕψιστος, » καὶ ἐπεσκίασεν ἡ δύναμις τοῦ Ὑψίστου, δυναμώσασα αὐτὴν, καὶ σκιᾶς θείας ἐμφανείας ἐμποιήσασα, ἵνα ἔνθεν τυπουμένη ἰδεῖν δύνηται, καθ' ὅσον δύναται ἰδεῖν, τὸν ἐν αὐτῇ κυοφορούμενον ἀνείδεον Θεόν. Μηδὲ γὰρ ὑπολῃπτέον, ὅτι καθ' ἁπλῆν τῆς φύσεως ἰδιότητα ἰδεῖν ἠδύνατο τὸν ἐν αὐτῇ ἐνσκηνώσαντα Θεὸν ἡ Παρθένος (τοῦτο γὰρ οὔτε αὐτὴ ἡ ἔμψυχος, λογική τε καὶ νοερὰ σάρκωσις ἰδεῖν ἠδύνατο)· ἀλλὰ κατὰ τὸ δυνατὸν, ὡς ἐπισκιαζούσης αὐτῆς τῆς τοῦ Ὑψίστου δυνάμεως, καὶ οἷον σκιὰς ἐμποιούσης πρὸς τὸ ἰδεῖν τὸν ἐνσκηνοῦντα Θεόν. Καὶ ὥσπερ ἡμεῖς αὐτοὶ ψυχὴν ἐνσκηνοῦσαν ἐν τῇ σαρκὶ ἡμῶν ἔχοντες, οὐχ ὡς ἔστιν ἡ ψυχὴ ἰδεῖν αὐτὴν δυ-
B νάμεθα, ἀλλ' οἷον σκιὰς αὐτῆς καὶ τύπους ἀπὸ τῶν δυνάμεων αὐτῆς καὶ τῶν ἐνεργειῶν· τοιοῦτο ἥ τε Παρθένος, καὶ αὐτὴ ἡ λογικὴ καὶ νοερὰ ψυχὴ ἰδεῖν ἠδύνατο, καὶ νῦν δὲ δύναται ἐκ τῶν ἐνδιδομένων αὐτῇ δυνάμεων καὶ ἐνεργειῶν . Καὶ κατὰ τοῦτον μᾶλλον ἀναλογεῖ λόγον, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν . Κατ' εἰκόνα γὰρ καὶ ὁμοίωσιν τῆς τοιαύτης σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· ἵνα, ἐν αὐτῷ φέρων τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, μὴ ἀμφίβολον ἔχῃ τὰ ἐπὶ τῆς τοιαύτης σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως· σαρκώσεως γὰρ καὶ ἐνανθρωπήσεως · καί γε καὶ συνεκφράσει προσηγορίαν κηρύττομεν, καὶ οὐ μόνον σάρκωσιν καταγγέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἐνανθρώπησιν· ἵνα μὴ δοκῇ τοῖς ἀθέοις αἱρετικοῖς
C ἄψυχον καὶ ἄνουν καὶ ἄλογον σάρκωσιν δογματίζειν ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τοῦ λέγειν σάρκωσιν καὶ ἐνανθρώπησιν, τήν τε σάρκα πιστεύειν ἡμᾶς, τήν τε ψυχὴν λογικήν τε καὶ νοεράν διασημαίνοντας. Διὸ καὶ τοὺς λέγοντας μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, καὶ μὴ ἐπιφέροντας ἐψυχωμένην, λογικήν τε καὶ νοεράν, οὐ πάνυ ἀποδεχόμεθα, πλὴν ἐπιλυομένους καὶ ἐν δόγμασιν ἀνατιθέντας τὴν ἑρμηνείαν τῆς ῥήσεως · Τὸ γὰρ καὶ πρώην ἁπλάστως ἐῤῥήθη ὑπό τινων, ἀλ' ἐκακουργήθη ὕστερον, πονηρευομένων τῶν αἱρετικῶν κατὰ τὴν ῥῆσιν.

11. Ἁγιασθεῖσα τοίνυν τῇ ἐπελεύσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ Παρθένος, καὶ δυναμωθεῖσα ἐκ τῆς τοῦ Ὑψίστου δυνάμεως, κυοφορεῖ τὸν κατὰ τὴν ἐξιδιάζουσαν
D αὐτοῦ ὑπόστασιν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν μίαν αὐτοῦ τῆς θεότητος φύσιν· καὶ τίκτει τοῦτον σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα κατὰ τὴν τῶν δύο φύσεων ἰδιότητα· ἐκ δύο καὶ ἐν δύο δογματιζόμενον ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως· οὐ θεοφόρον ἄνθρωπον, ἀλλὰ σαρκοφόρον Θεόν. Μὴ γὰρ, ὡς πάλιν εἰπεῖν, οὕτω ταῦτα νοήσαντες οἱ αἱρετικοὶ, ἀλλ' οἷον εἴρηται, κατ' ἐνέργειαν Πνεύματος καὶ δυνάμεως Ὑψίστου γενομένην τὴν ἐν Παρθένῳ κυοφορίαν, θεοφόρον ἄνθρωπον τὸν ἐκ τῆς

[43] Psal. XLV, 5.

Παρθένου ἐδογμάτισαν· πεφορημένην θείαν δύναμιν καὶ ἐνέργειαν τοῦ Πνεύματος, ἐνεργήσαντα ἐναντίον Φαραὼ καὶ πάντων τῶν υἱῶν Ἰσραήλ (44). Ὅθεν καὶ προσλαμβάνουσι τὰς παρὰ τοῦ κορυφαίου φωνὰς, δηηγορροῦντος ἐν ταῖς Πράξεσι περὶ Χριστοῦ, καὶ αὐτοῦ μὲν ὀρθῶς λέγοντος, οὗτοι δὲ στρεβλῶς καὶ πονηρῶς ἐκλαμβάνοντες, ἀνθ' ὧν καί φησιν (45)· « Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὃν ἔχρισεν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ· » τοιοῦτον λέγοντες, ὅτι ἐν γαστρὶ τῆς Παρθένου ἔπλασεν ὁ Θεὸς ἄνθρωπον ἄνευ σπορᾶς, ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος, καὶ ἔχρισεν αὐτὸν δύναμιν Ὑψίστου, ὡς καὶ ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους αὐτοῦ, γέγραπται. Καὶ τοῦτον Υἱὸν Ὑψίστου ἐκάλεσεν ἡ Γραφὴ, οἷον καὶ εἴρηται ἐν τοῖς Ψαλμοῖς, λέγοντος τοῦ Θεοῦ πρὸς πολλούς· « Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. » Ἅπερ τοιαῦτα τὸν τῶν αἱρετικῶν δογμάτων διελέγχοντες νοῦν, καὶ ἐπανορθοῦν προθυμούμενοι διὰ τοῦ παρόντος κηρύγματος, λέγομεν, ὅτι οὐ θεοφόρος ἄνθρωπός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ σαρκοφόρος Θεὸς, ἀνθ' ὧν καὶ Θεὸς ὢν, ἄνθρωπον ἐφόρεσε καθ' ὅλον τὸ πλήρωμα τῆς ἀνθρωπότητος. Θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος, εἷς ὢν κατὰ μίαν ὑπόστασιν, καὶ ἐκ δύο καὶ ἐν δύο ταῖς φύσεσι. Τοῦτον γὰρ τὸν ἄνθρωπον, ὃν καὶ λέγομεν, ὅτι ἐφόρεσε, τοῦτον ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ εὐδοκίᾳ αὐτοῦ, καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατὰ τὴν μίαν αὐτουργίαν τοῦ Υἱοῦ, ἔχρισε Πνεύματι ἁγίῳ, πᾶσαν ἐνέργειαν παρασχὼν αὐτῷ, καὶ δύναμιν Ὑψίστου περιέζωσε, πρὸς τὸ δύνασθαι φέρειν πάσης ἀντικειμένης δυνάμεως προσβολὴν, καὶ ἐνεργεῖν πᾶσαν θεραπείαν ἐν τῷ λαῷ· ἐπείπερ καὶ πειράζεσθαι ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ κατεδέξατο, καὶ πᾶσαν ταπείνωσιν καὶ πτωχείαν ὑπέμεινεν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ· καθὼς καὶ περὶ τούτου ὁ μέγας ἱεροκήρυξ βοᾷ λέγων· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ πέμψας Υἱὸν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. » Οὐκοῦν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐν σαρκὶ γενόμενος, αὐτὸς λέγεται ἐνανθρωπήσας, ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις φησίν· « Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον (46) ἐξαγοράσῃ. »

A ginem, Deiferumque hominem ex Virgine docuerunt esse gestatam Dei virtutem et efficaciam Spiritus, qui operatus sit coram Pharaone et omnibus filiis Israel. Quapropter verba usurpant Principis apostolorum prædicantis in Actibus de Christo, qui recte quidem locutum est: at illi tortuose et maligne interpretati, cum ille dixerit: « Jesum Nazarenum, quem unxit Deus Spiritu sancto[43], » de ipso illi aiunt, quod in utero Virginis efformaverit Deus hominem sine semine, operatione Spiritus sancti, et unxerit eum virtute Altissimi, uti scriptum est[44], oleo exsultationis præ consortibus ejus. Hunc que Altissimi Filium vocavit Scriptura, qua ratione in Psalmis dictum est, Deo multos alloquente: « Ego dixi: Dii estis, et Filii Excelsi omnes [45]. » Quæ et similia, nos, ut hæreticorum dogmatum sententiam B confutemus, et hac prædicatione corrigamus, dicimus Christum, non Deiferum hominem, sed Deum carnem gestantem esse, quoniam Deus cum esset, hominem gestavit secundum plenitudinem humanæ naturæ: Deus perfectus et homo perfectus, unus secundum unam hypostasin, et ex duabus atque in duabus naturis. Hunc enim hominem, quem dicimus quod (Verbum) gestaverit, hunc ipsum Deus et Pater voluntate sua, et operatione Spiritus sancti, una item operante Filio, unxit Spiritu sancto, tribuens ei omnem efficaciam, virtute Altissimi circumcinxit illum, ut posset omnis adversariæ potestatis impetum sustinere, omnemque curationem in populo operari. Siquidem et tentari a Satana voluit, omnemque humilitatem paupertatem- C que in carne sua toleravit, quemadmodum magnus sacerque ille præco clamat: « Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudine carnis peccati et de peccato, damnavit peccatum in carne[46]. » Itaque Filius Dei qui in carnem descendit, ipse dicitur homo factus, ut alibi ait: « At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret[47]. »

12. Κἀντεῦθεν σημειωτέον, ὅτι πρῶτον ὁ Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς πέμπεται, καὶ τότε γίνεται ἐκ γυναικὸς, οὐ πρῶτον γίνεται, καὶ ἐκ τότε (47) πέμπεται· ἀλλὰ πρῶτον πέμπεται, καὶ τότε γίνεται ἐκ γυναικός, Καὶ τούτοις τοῖς ἀποστολικοῖς συμφωνοῦσιν οἱ προφῆται, ἀπεσταλμένον αὐτὸν Υἱὸν λέγοντες. Καὶ πρότερον ἐν Ἡσαΐᾳ αὐτοῦ τοῦ ἀπεσταλμένου λέγοντος ἄκουε· « Ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, καὶ ἡ δεξιά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν· » καὶ ἐξερχόμενος τὰ κατὰ καιρὸν ἐνεργείας, συνάπτει λέγων· « Καὶ νῦν Κύριος ἀπέσταλκέ

D **341**, 12. Atque hinc notandum quod primum Filius a Patre mittatur, ac tum nascitur ex muliere, non primum nascitur et tunc mittitur; sed primum mittitur, ac deinde nascitur ex muliere. Atque his apostolicis dictis consonant prophetæ, qui ipsum Filium esse missum dicunt. Et primum in Isaia ipsius qui missus est verba ausculta: « Ego sum primus, et ego sum in sæcula, et manus mea fundavit terram, et dextera mea firmavit cœlum[48]; » et postquam percurrit variis temporibus editas operationes, subdit: « Et nunc Dominus misit me, et

[43] Act. x, 38. [44] Psal. XLIV, 8. [45] Psal. LXXXI, 6. [46] Rom. VIII, 3. [47] Galat. IV, 4. [48] Isa. XLVIII, 12, 13.

(44) His fere verbis utuntur Ephesina synodus p. 455, et Chalcedonensis.
(45) Anglic., καὶ φασιν.
(46) Anglic., ὑπὸ νόμου.
(47) Anglic., καὶ τότε.

Spiritus ejus [49]; » his manifeste declarans se Deum esse, qui fecit cœlum et terram, ait: « Et nunc Dominus misit me et Spiritus ejus. » Et per Zachariam ait: « Gaude et lætare, filia Sion, quia venio, et habitabo in medio tui, et confugient gentes multæ ad Dominum in illa die: et cognosces quia Dominus misit me ad te [50]. » Inde ipse, incarnatus et homo factus, sese confitetur aiens: Missus sum a Patre, et, misit me Pater, idipsumque multis testificatur verbis. Itaque non ut homo missus est, sed ut Deus et Dominus, Filius, a Domino Patre: quale illud est: « Pluit Dominus a Domino [51]. « A Domino dictum est. Et illud: « Dixit Dominus Domino meo [52]. » Accipit autem in hisce verbis thronum David, qui enarratur esse corporaliter pater ejus: « Et regnabit in domo Jacob in sæcula, et regni ejus non erit finis [53]. »

A με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· » φανερῶς διὰ τούτων παραδείξας ἑαυτὸν, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς ὁ ποιησας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν λέγει· « Καὶ νῦν Κύριος ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. » Καὶ διὰ Ζαχαρίου λέγων. « Τέρπου καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιὼν, ὅτι ἔρχομαι (48) καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἐπιγνώσῃ, ὅτι Κύριος ἐξαπέσταλκέ με πρὸς σέ. » Ἐντεῦθεν καὶ αὐτὸς ὁ σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας διομολογεῖ αὐτὸν λέγων· Ἀπεστάλην παρὰ τοῦ Πατρός· καὶ Ἀπέσταλκέ με ὁ Πατὴρ, τὰ αὐτὰ ἐν πολλαῖς ῥήσεσιν ἐπιμαρτυρῶν. Οὐκοῦν οὐχ ὡς ἄνθρωπος ἀπεστάλη, ἀλλ' ὡς Θεὸς, καὶ Κύριος, Υἱὸς παρὰ Κυρίου τοῦ Πατρὸς, ὡς καὶ τὸ, « Ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου, » παρὰ Κυρίου κεῖται· καὶ τὸ, « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου. » Λαμβάνει δὲ κἀν τούτοις τὸν θρόνον Δαβὶδ, τοῦ σωματικῶς γενεαλογουμένου πατρὸς αὐτοῦ· « Καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.

B

13. Intelligas velim sermonem doctrinamque hac in narratione constitutam: omnia enim concutiunt et perscrutantur hæretici, ac cum simulatione interrogant: Num illud incarnationem Christi subsecutum fuerit; an scilicet acceperit thronum David patris sui, et regnaverit in domo Jacob in sæcula. Quibus ita respondemus, cum quadam observatione considerandum esse, angelum ubi ait, « Et dabit illi Dominus thronum David [54], » nequaquam addidisse, ut confirmaret et corroboraret; sed absolute, « et dabit. » Hinc oportet ex iis quæ re et opere completa sunt, difficultatem solvere. Nam illud, « dabit, » dictum est, ita ut transtulerit regnum illud, ut ipse Christus ad Judæos loquens interpretatus est: « Ideo auferetur a vobis regnum, et dabitur genti facienti fructus ejus [55]. » Itaque accepto Christus regno Davidis, transtulit illud deditque sanctis Christianorum regibus, ut converteret eos ad domum Jacob, et traderet illam in opprobrium et in direptionem. Regnat in Christianos in sæcula, et regni ejus non erit finis. Neque enim alii populo relinquetur juxta visiones Danielis prophetæ; sed prædicant (prophetæ) ipsum Christum regem esse, perseverantem usque ad secundum suum adventum: quo tempore cum venerit, rex manebit in sæcula, et regni ejus non erit finis. Cum enim natus ex Virgine omnia compleverit quæ spectant œconomiam mortis et crucis, et post resurrectionem dixerit: « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra [56]; » jam inde regnavit, et Christianorum rex prædicatur: quemadmodum initio precum mutuo compellantes, clamare solent: Venite, adoremus et procidamus coram Christo Rege nostro. Et venturus in magno et illustri secundo adventu suo, ipse manebit rex in sæcula, et regni ejus non erit finis. Siquidem is

C

D

13. Καὶ κατανόει λόγον καὶ δόγμα συνυφιστάμενον τῇ ἐξηγήσει ταύτῃ. Ζητοῦσι γὰρ παρασαλεύοντες (49) πάντα οἱ αἱρετικοὶ, καὶ διερωτῶσιν ὑποκρινόμενοι· Εἰ τοῦτο παρηκολούθησε τῇ σαρκώσει Χριστοῦ· ἤτοι λαβόντος τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσαντος ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας· Πρὸς οὕς ἀποκρινόμενοι, φαμὲν, ὅτι μετ' ἐπιτηρήσεως δεῖ προσέχειν, ὅτι, εἰπόντος τοῦ ἀγτέλου, « Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος τὸν θρόνον Δαβὶδ, » οὐκ ἐπεσημήνατο, ἐφ' ᾧ στηρίξαι ἢ βεβαιῶσαι· ἀλλ' ἁπλούστως λέγει, « καὶ δώσει. » Κἀντεῦθεν χρὴ ἐκ τῶν κατ' ἐνέργειαν ἀποτελεσθέντων ἐπιλύσασθαι τὸ ἄπορον· ὅτι τὸ « δώσει » εἴρηται, ἐφ' ᾧ μεταστῆσαι τοῦτον τὸν θρόνον, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς διερμηνεύων ἔλεγε πρὸς Ἰουδαίους· « Διὰ τοῦτο ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. » Οὐκοῦν λαβὼν ὁ Χριστὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ, μετέστησεν αὐτὸν καὶ ἔδωκε τοῖς ἁγίοις Χριστιανῶν βασιλεῦσι, ἐπαναστρέψαι τούτους ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ· καὶ παραδοὺς αὐτὸν εἰς ὀνειδισμὸν, καὶ εἰς διαρπαγὴν, βασιλεύει ἐν Χριστιανοῖς εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος· οὐδὲ γὰρ λαῷ ἑτέρῳ ὑπολειφθήσεται, κατὰ τὰς ὁράσεις Λαπιὴλ τοῦ προφήτου· ἀλλ' ἀνακηρύττουσιν αὐτὸν Χριστὸν βασιλέα εἶναι, αὐτὸν διαρκῆ μέχρι τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, καθ' ἣν ἐλευσόμενος, μένει βασιλεὺς εἰς τοὺς αἰῶνας. καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Εἰ γὰρ γεννηθεὶς ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ πάντα τελέσας τὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ θανάτου καὶ τοῦ σταυροῦ, ἀναστὰς φησιν· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· » ἤδη ἐκεῖθεν ἐβασίλευσε, καὶ ἀνακηρύττεται Χριστιανῶν βασιλεύς· ὡς καὶ κατ' ἀρχὰς τῶν εὐχῶν συγκαλούμενοι ἀλλήλους, ἀνακράζουσι λέγοντες· Δεῦτε, προσκυνήσωμεν, καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ Χριστῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν. Καὶ ἐρχόμε-

[49] Isa. XLVIII, 15. [50] Zach. II, 10, 11. [51] Gen. XIX, 24. [52] Psal. CIX, 1. [53] Luc. I, 32. [54] ibid. [55] Matth. XXI, 43. [56] Matth. XXVIII, 18.

(48) Anglican., ὅτι ἰδοὺ ἔρχομαι. In aliis, ἰδού deest.

(49) Anglican., παρακελεύοντες. Quem secutus Nannius est·

νος κατὰ τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ αὐτοῦ δευτέραν παρουσίαν, αὐτὸς μένει βασιλεὺς εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ ἐπεὶ αὐτὸς βασιλεύς ἐστιν ὁ ἐκ τῆς Παρθένου γεννηθείς, καὶ αὐτὸς Κύριος ὁ Θεός. Δι' αὐτὸν καὶ ἡ τεκοῦσα αὐτὸν βασίλισσα, καὶ Κυρία καὶ Θεοτόκος, κυρίως καὶ ἀληθῶς δογματίζεται.

A ipse qui ex Virgine natus est, rex est, et ipse Dominus Deus. Ejusque gratia, quæ ipsum genuit, Regina, Domina et Deipara proprie ac vere prædicatur.

14. Καὶ ἐφαρμόζεται κάντεῦθεν λέγειν ὡς πρὸς αὐτὴν ἀφορῶντας ἡμᾶς, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα σαρκοφόρον Υἱὸν αὐτῆς. Νῦν « παρέστη ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. » Καὶ γὰρ καθὰ γυνὴ ἐχρημάτισεν ἡ βασίλισσα, καὶ Κυρία, καὶ Μήτηρ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ γυναικεῖον αὐτῆς σχῆμα, καὶ νῦν ὡς βασίλισσα παρισταμένη ἐκ δεξιῶν τοῦ παμβασιλέως Υἱοῦ αὐτῆς, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ τῆς ἀφθαρσίας, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη, ἱερολογεῖται· ἀνθ' ὧν μηδὲ καθ' ἁπλότητα πνευματικὴν, καὶ οἷον ἄσαρκον καὶ ἀσώματον παρίσταται, ἀλλὰ περιβεβλημένη μὲν κατὰ τὴν παναγεστάτην αὐτῆς σάρκα τὴν ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν, καὶ πεποικιλμένη κατὰ τὰ ἐπερείδοντα αὐτῆς τὴν σάρκα παναγιώτατα ὀστᾶ. Καὶ γὰρ καὶ ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῆς καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτῆς, ὡς ἐκ τοῦ πάλαι Ἀδὰμ, ὁ νέος Ἀδὰμ, κατ' ἀντιπρόσωπον πλάσας ἑαυτῷ τὴν ὡς πλευρὰν σάρκωσιν, φέρει αὐτὴν (50) εἰς τὸ διηνεκές. Καὶ ἐντεῦθεν ἡ νέα Εὔα, Μήτηρ τῆς ζωῆς ὀνομαζομένη, μένει περιβεβλημένη, πεποικιλμένη, εἰς ἀπαρχὴν ζωῆς ἀθανάτου πάντων τῶν ζώντων. Εἴπωμεν τοίνυν καὶ αὖθις καὶ πάλιν καὶ ἀεὶ καὶ διὰ παντός, ὡς πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα Κύριον καὶ Θεὸν, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν βασίλισσαν Κυρίαν τε καὶ Θεοτόκον ἀποβλέποντες, κινήσει θεωρίας τοῦ κατὰ νοῦν ἡμῶν διορατικοῦ ὀφθαλμοῦ· « Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. » Καὶ δὴ ἄκουσον, θύγατερ Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου εἰς τὴν δέησιν ἡμῶν, καὶ μὴ ἐπιλάθῃ τοῦ λαοῦ σου, μηδὲ ἡμῶν τοῦ οἴκου Πατρός σου. Πατέρες γάρ σου ἐσμὲν κατὰ τὴν ἀναλογίαν (51), καὶ θυγάτηρ ἡμῶν κατὰ τὴν ἐξ ἡμῶν γέννησιν. καὶ πρέπον σοί ἐστιν ὡς Μητέρα τοῦ Θεοῦ γενομένην, βασίλισσαν τε καὶ Κυρίαν, καὶ δέσποιναν δι' αὐτὸν τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα βασιλέα καὶ Κύριον, καὶ Θεὸν, καὶ δεσπότην, μνημονεύειν, παρεστῶσαν ἐπὶ τοῦ ἡμῖν μὲν φοβεροῦ, σοὶ δὲ τερπνοῦ, καὶ πάσας παρέχοντος χάριτας· ἀνθ' ὧν καὶ κεχαριτωμένη ὠνομάσθης, ὡς πάσης χαρᾶς ἀνάπλεως ἀναδειχθεῖσα, διὰ τῆς ἐπὶ σέ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπελεύσεως. Διὸ καὶ τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύοντες οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ πεπλουτισμένοι τοιούτων καλῶν καὶ πνευματικῶν θεωρημάτων, περὶ σοῦ βοῶμεν· Μνήσθητι ἡμῶν, παναγία Παρθένε, καὶ μετὰ τὸ γεννῆσαι παρθένος μείνασα, καὶ ἀντίδος ἡμῖν ἀντὶ τῶν μικρῶν τούτων λογίων μεγάλας τὰς δωρεὰς ἀπὸ τοῦ πλούτου τῶν χαρισμάτων σου, κεχαριτωμένη· ὑπὲρ ὧν, καὶ ὡς ὑποκειμένων καὶ συστατικῶν διαφωνῶν,

14. Hincque decet nos eam respicientes, nec non ex ea genitum carniferum filium, dicere: Nunc « astitit a dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta, circumdata varietate [57]. » Ut enim femina, Regina est atque Domina et Mater Dei: jamque ut regina **342** astans a dextris omnium regis Filii sui, in vestitu deaurato incorruptionis et immortalitatis, circumamicta, varietate circumdata, sacris verbis celebratur; non quidem secundum simplicitatem spiritualem et quasi sine carne et corpore B astat, sed circumamicta, secundum suam sanctissimam carnem, incorruptione et immortalitate, et circumdata varietate, secundum ossa ejus sanctissima quæ carnem ipsius fulciunt. Etenim ex carnibus et ossibus ejus, quasi ex veteri Adamo, novus Adam Incarnationem sibi quasi costam efformavit, gestatque illam in perpetuum. Atque hinc est quod nova Eva, Mater vitæ nuncupata, manet circumamicta et circumdata varietate, ad primitias vitæ immortalis omnium viventium. Dicamus igitur iterum atque iterum semper et in perpetuum, cum ad ipsum Regem Dominum et Deum, tum ad ipsam Reginam, Dominam et Deiparam respicientes, ex motu quodam contemplationis spiritualis ac perspicacis oculi nostri: « Astitit Regina a dextris tuis in C vestitu deaurato, circumamicta, varietate circumdata. » Etjam audi, filia David et Abraham, et inclina aurem tuam ad supplicationem nostram, ne obliviscaris populi tui, neque nostrum qui domus Patris sumus tui [58]. Patres namque tui sumus quadam ratione, et filia nostra tu es per generationem tuam ex nobis: decetque te, utpote Dei Matrem, Reginam, Dominam et heram, propter Regem, Dominum, Deum et herum ex te natum, nostrum recordari, astantem illi qui terribilis nobis, tibi jucundus est, omnesque tibi largitur gratias; unde gratia plena nuncupata es, quasi omni lætitia plena, propter adventum Spiritus sancti in te. Quamobrem vultum tuum deprecamur omnes divites plebis, talibus ditati bonis ac spiritualibus contemplationibus: ad te clamamus: Recordare nostri, sanctissima Virgo, D quæ post partum virgo permansisti, et tribue nobis pro exiguis his sermonibus, magna dona ex divitiis gratiarum tuarum, o gratia plena: pro quibus, quasi veris et celebrandis laudibus, tibi ad encomium, si qua virtus, si qua laus, a nobis, nec non ab omni creatura hymnus offertur, gratia plenæ, Dominæ, Dei Matri et arcæ sanctificationis.

[57] Psal. XLIV, 10. [58] ibid. 11.

(50) Ita Anglic. Editi vero et alii, αὐτόν.

(51) In margine Anglic. legitur, *forte* γενεαλογίαν.

διαφερόντως σοι πρὸς ἐγκώμιον, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, προσαγεταί σοι παρ' ἡμῶν καὶ πάσης τῆς κτίσεως ὕμνος, τῇ κεχαριτωμένῃ, τῇ Κυρίᾳ (52), τῇ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ κιβωτῷ τοῦ ἁγιάσματος.

15. Ecce jam a præsenti tempore et initio diei, quasi primitias encomii tibi archangelus contexuit clamando : « Ave, gratia plena, Dominus tecum [56].» Beatam te dicunt omnes generationes. Ac primum omnes cœlestes angelorum hierarchiæ,et quæ super terram sunt, hierarchicas manus attollentes,te benedicunt quæ in cœlis es benedicta, et in terra beata prædicaris. « Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui [57]. » Ejusmodi te benedictionibus, prima hierarchia thronorum, cherubim, et seraphim, qui inflammati appellantur, dicunturque esse plenitudo cognitionis Dei et Regis, celebrat dicens: Benedicta tu in mulieribus, et benedictus venter tuus, qui Deum gestavit, et ubera, quæ infans ipse suxit. Secunda hierarchia dominationum, virtutum, et potestatum, ad te respiciens clamat, prout scilicet didicit a sublimiore et prius initiata hierarchia : Benedicta tu in mulieribus, et benedictus venter tuus, qui Deum continuit, et ubera quæ nutricrunt Deum infantem factum. Similia quoque, tertia principatuum, angelorum et archangelorum hierarchia, jussa a mittente Deo ut per unum archangelum Gabrielem, magnificentissimum, et multa complectentem hymnum concelebret, semper clamat : « Ave, gratia plena, Dominus tecum. » Ab iis edocti, nos qui terrenæ sumus hierarchiæ, exaltationes Dei in gutture ferentes, vel easdem mutuati voces, te exaltamus **343** magna et alta voce canentes : « Ave, gratia plena, Dominus tecum. » Intercede pro nobis Domina et hera, Regina et Mater Dei, quia ex nobis orta es tu, et qui ex te genitus carnem gestat Deus noster : quem decet gloria et magnificentia, omnisque honor, adoratio et gratiarum actio, cum Patre ejus initio carente, et sancto, bono vivificoque Spiritu nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A

B

C

15. Ἰδοὺ δὴ καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἀρχῆς ἡμέρας ὡς ἀπαρχὴν ἐγκωμίου, προσεπλέξατό σοι κατ' ἐπώνυμον ἐγκώμιον ὁ ἀρχάγγελος βοῶν· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. » Μακαρίζουσί σε πᾶσαι αἱ γενεαὶ, καὶ πρότερον αἱ κατ' οὐρανὸν πᾶσαι τῶν ἀγγέλων τετραρχίαι (53), καὶ τῶν ἐπὶ γῆς, ἱεραρχικὰς χεῖρας ἐπαίρουσαι, εὐλογοῦσί σε τὴν ἐν οὐρανοῖς εὐλογημένην, καὶ ἐπὶ γῆς μακαριζομένη. « Εὐλογημένην σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. » Τοιαῦτα ἡ πρώτη τῶν θρόνων χερουβίμ τε καὶ σεραφὶμ ἱεραρχία ἐμπρηστῶν ἀνακαλουμένων, ἢ πλῆθος γνώσεως γενέσθαι τοῦ Θεοῦ καὶ βασιλέως, εὐλογοῦσαι λέγουσι· Μακαρία σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ μακαρία ἡ κοιλία σου θεὸν βαστάσασα, καὶ μασθοὶ, οὓς αὐτὸς νηπιάσας ἐθήλασεν. Ἡ δευτέρα ἱεραρχία τῶν κυριοτήτων καὶ δυνάμεων, καὶ ἐξουσιῶν πρὸς σὲ ἀναβλέπουσαι βοῶσιν, ὡς μαθοῦσαι παρὰ τῆς ὑψηλοτέρας αὐτῶν καὶ προτελουμένης ἱεραρχίας· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένη ἡ κοιλία σου, ἡ θεὸν χωρήσασα, καὶ μασθοὶ οἳ ἐξέθρεψαν θεὸν παιδίον γενόμενον. Τοιαῦτα καὶ ἡ τρίτη τῶν ἀρχῶν, ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων ἱεραρχία, κεκελευσμένη καὶ ἐπιτετραμμένη παρὰ τοῦ ἀποστείλαντος Θεοῦ, ὡς δι' ἑνὸς ἀρχαγγέλου τοῦ Γαβριὴλ ἐκβοᾷν (54) τὸν ἐκφαντορικώτατον καὶ περιληπτικώτατον ὕμνον, ἀεὶ ἀνακράζει· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. » Ἀπὸ τούτων καὶ οἱ κατὰ τὴν ἐπὶ γῆς ἱεραρχίαν τὰς ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι φέροντες, μαθόντες ἢ δανειζόμενοι τὰς φωνὰς, ἀνυψοῦμεν μεγάλῃ καὶ διαπρυσίᾳ τῇ φωνῇ λέγοντες· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. » Πρέσβευε, Κυρία, καὶ δέσποινα, βασίλισσά τε καὶ Μήτηρ Θεοῦ, ὑπὲρ ἡμῶν· ὅτι ἐξ ἡμῶν σύ τε καὶ ὁ ἐκ σοῦ τεχθεὶς σαρκοφόρος Θεὸς ἡμῶν· ᾧ πρέπει ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλοπρέπεια, πᾶσά τε τιμὴ καὶ προσκύνησις καὶ εὐχαριστία, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[56] Luc. I, 28.

(52) Anglic. τῇ Κυρίᾳ, τῇ βασιλίσσῃ, τῇ δεσποίνῃ, τῇ Μητρί. Basiliens. et Felc. 6, τῇ Κυρίᾳ, τῇ βασιλίσσῃ, τῇ Μητρί.

(53) F. ἱεραρχίαι.

(54) Anglic. βοᾷν simpliciter.

IN SERMONEM DE CENSU, SEU DESCRIPTIONE DEIPARÆ ADMONITIO.

Hunc Athanasii esse putavit Lucas Holstenius, qui ineptissimum illum Dialogum, Josephum inter et beatam Virginem, qui num. 6 *legitur, interpolatoris alicujus audacia additum fuisse suspicatur, cujus opinioni suffragari forte videantur Lipomanus et Surius, qui hunc tractatum in Vitis sanctorum, omisso Dialogo edidere. Sed cum Dialogus ille in manuscriptis omnibus quæ inspicere licuit compareat, quorum quidam sunt* DCC *circiter annorum, arbitramur ab ipso Surio et Lipomano, utpote ridiculum, resectum fuisse. Etiamsi porro hic Dialogus ascititius esset, multa alia superessent* νοθείας *signa. Primum enim multum abhorret hoc Opusculum ab Athanasii illa gravitate et styli* ἐνεργείᾳ. *2° Multa, pro Opusculi brevitate, insueta vocabula hic exstant, ut est illud* κυνογλωσσοῦντας, *illud item* μαζὸς ἀγιόριζος, γάλα ξενορρυές, *et* φλεβοσυλία. *Item num.* 7, *postquam dictum fuit stabulum Bethlehemiticum typum gerere Ecclesiæ, paucis interjectis hæc leguntur :* Θρόνος ἡ Παρθένος, κρατῆρες οἱ μαζοὶ, ἀναβόλαιον ἡ ἐνανθρώπησις, ῥιπιστῆρες τὰ χερουβὶμ, δίσκος τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὁ Πατὴρ δισκοκάλυμμα. *Quæ nugatoria esse nemo non fateatur; quis enim ferat Spiritum disco, Patrem disci operculo conferri, ubi angeli sacerdotum, pastores diaconorum officio funguntur, ut ibidem dicitur. His de causis homiliam istam censemus Athanasio abjudicatam oportere. Præfationem porro Holstenii subjicimus.*

Præfatio HOLSTENII in septem homilias quæ non consequenter, sed juxta rerum et argumenti ordinem inferius positæ sunt. Sunt autem homiliæ hujusmodi :

I. *In descriptionem sive censum beatæ Virginis.*
II. In illud Matth. XXI, 2, *Ite in castellum, quod contra vos est.*
III. In illud Lucæ XIX, 26, *Eunte autem illo, subternebant vestimenta.*
IV. *In S. quintam feriam, et proditionem Judæ.*
V. *In S. Pascha, et in recens illuminatos, Sabbato in Albis.*
VI. *In cæcum a nativitate*, Joan. IX.
VII. *In SS. Patres et prophetas, et venerandam Ecclesiam, psalmumque tricesimum quartum.*

—

LUCAS HOLSTENIUS LECTORI.

Cum divi Athanasii opera recudi a typographis audirem, rem me facturum existimavi et publico utilem, nec bonis doctisque ingratam, si cætera sanctissimi Patris ἀνέκδοτα conquirerem, et in lucem hac occasione producerem. Collegi ergo opera tumultuaria ex Christianissimi Regis bibliotheca, atque ex Cl. et R. P. Sirmondi, meisque schedis homilias septem. Athanasii nomine prænotatas : neque enim Athanasii omnes esse credat, cui vel minimum in hisce studiis judicii, quique vel obiter tantum cætera ejus scripta inspexerit. Quocirca ne carbones thesauri loco venditare videar, indicandum paucis existimavi, unde singulas deprompserim ; tum meam de iis sententiam, nullo tamen veritatis aut κριτικωτέρων præjudicio, proferre volui. Primo ergo loco comparet *Homilia in descriptionem B. Virginis*, ante triennium a me Oxonii in celebri illa Bodleiana bibliotheca ex ill. equitis Henrici Savilii membranis transcripta. Reperi eamdem in quinque aut sex regiis codicibus, assumentis quibusdam auctiorem : cum quibus et R. P. Sirmondi exemplar Romæ descriptum consentit. Latine jampridem eam ediderunt Lipomanus et Surius in Vitis sanctorum, sed paraphrasi, ut solent, liberiori : in qua Dialogus ille, ne quid gravius dicam, plane intempestivus inter Josephum et beatam Virginem, nescio utrum Græci exemplaris fide, an illorum judicio, omissus est. Ego ut in manuscriptis codicibus reperi, ita bona fide repræsento, bona malis, et χρύσεα χαλκείοις permista. Neque solius Athanasii ea fortuna, ut ineptissimorum interpolatorum manus subiret, cum Chrysostomi, Procli, alorumque homilias, similibus sequiorum sæculorum ineptiis fœdatas in iisdem regiis codicibus invenerim. Et fucum manifeste arguunt Lipomani et Oxoniensis academiæ exemplaria : cum ab illis penitus, ab hoc autem magnam partem assumenta illa absint. Comparatio speluncæ Bethlehemiticæ et Ecclesiæ prolixe a sancto Germano ἐν τῇ μυστικῇ θεωρίᾳ pertractatur : in ea tamen id proprium Athanasii est, quod Josephum ἐφημερευτήν appeliat, voce mihi hactenus nullibi lecta. *Vicarium* verti, cum commodius nihil occurreret. Alliudit autem ad ἐφημερίας, sive vices sacerdotum Leviticorum, quarum et B. Lucas cap. I meminit. Quid φλεβοσυλίας vox sibi velit sub fine ejus **344** homiliæ, ingenue fateor me nescire : nec eruditissimi viri, quos ea super re consului, nodum illum expedire potuerunt. Versione ita, uti sententia exposcere videtur, utcunque expressi, nec longe me ab Athanasii mente aberrasse puto. *Sequentes duas homilias* ex unico Regio exemplari transcripsi : Athanasii eas esse sane crediderim, neque quidquam video, cur aliter judicem. Quartam illam in *S. magnam quintam feriam*, ex eodem Regio codice et R. P. Sirmondi exemplari repræsento. Habet ea characteres sive notas expressas styli Athanasiani a Photio observatas, τὸ ἀπέριττον καὶ τὸ δριμύ, ut et quinta illa *in S. Pascha*, meo judicio omnium optima et elegantissima, quam uni P. Sirmondo debemus, qui Romæ abs se descriptam perbenigne mecum communicavit. Sabbatum τῆς ἀπολυσίμου, quo ad recens baptizatos eam habitam inscriptio testatur, appellant Græci, quod Dominicam in Albis, sive, ut iidem vocant, Κυριακὴν τοῦ Ἀντιπάσχα præcedit, quod Paschalis festivitas, toto octiduo olim celebrata (διαπαινήσιμον eam septimanam Græcorum rituales libri vocant, ob fidelium, ne fallor, per baptismatis sacramentum revocationem), eo die finiretur, cœtusque sacri solverentur, id enim λύειν sive ἀπολύειν iidem vocant, unde postremus solemnium festorum dies ἀπόλυσις quondam vocabatur, quod ex Basilio Seleuciensi aliisque jampridem V. Cl. et amicissimus Joannes Meursius in Glossario suo docuit. Eo autem Sabbato Christianæ militiæ tirones, magno Sabbato baptizatos, albas vestes deposuisse notius est, quam ut indicari debeat.

Rejeci tandem in finem *duas homilias*, quæ præter titulum nihil magni illius Athanasii habent : aut si unquam eum patrem agnoverunt, ita nunc interpolatæ sunt, ut Athanasius ipse, si eas legeret, earum auctoritatem defugeret, in quibus nec vola, quod aiunt, nec vestigium ingenii stylique illius agnoscitur. Prior tamen ista *in cæcum natum*, minus contaminata est a rhetorculis istis, qui ex optimis SS. Patrum homiliis dialogos pessimos nobis concinnarunt. Prodit ea ex Regio manuscripto, emendata tamen aliquot locis ex P. Sirmondi exemplari, cujus ope egregie aliquot loca restitui.

Postrema illa in *SS. Patres et patriarchas*, ineptissima est, et ipso rure inficetior. Reperi eam in unico Regio codice, quo nihil me magis barbarum vidisse memini, adeo nulla orthographiæ aut constru-

ctionis ratio isthic servata, et tota vitiis scatebat, quorum maximam partem sustuli, ita ut legi intelligique jam queat. Potuisset sine scelere omitti, nisi doctissimi viri ejus auctoritate jampridem in crucis usu probando asserendoque fuissent usi. Quorum ego judicium vehementer hac in parte desidero. Nam quæ de imaginibus sub finem leguntur, Iconoclastarum tempora sapiunt, iisque impostor, quicunque demum is fuerit, veluti sorex suo judicio manifeste se prodit. Loca Scripturæ, quæ imaginum usui probando afferuntur, admodum ἀπροσδιόνυσα sunt : ludit enim in verbo γράφειν, quo Græci et scripturam et picturam promiscue significant. Quod de Zachariæ sanguine scribit, notas ejus et vestigia in saxis apparuisse, id et Tertulliani auctoritate confirmatur cap. 8 *Scorpiaci :* quamvis B. Hieronymus *in* XXIII *Matth.* ut pium commentum id elevet.

Hanc editionis nostræ rationem paucis exponendam putavi : et certa me spes tenet bonos et eruditos viros, si non operam, certe conatum et voluntatem nostram probaturos. Cætera quæ adhuc latent in Italiæ et Hispaniæ bibliothecis alii dabunt, præsertim *Commentarium perpetuum in Psalmos*, quod ego palmarium Athanasii opus existimo. Quæ in *S. Antonii Vita* ex manuscripto codice reverendissimi et clarissimi domini Caroli de Montchal, abbatis Sancti Amantii supplevi et emendavi, scorsim typographus dabit, aut Hœschelianis notis inseret ; mihi enim nunc eorum copia non est, nec ita uti vellem recensere licet. Vale, et hoc qualicunque nostro labore fruere feliciter. Antissiodoro, CIↃIↃCXXVI. Postridie Idus Octobrio.

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΕΙΣ ΑΠΟΓΡΑΦΗΝ (55) ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΙΑΣ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΩΣΗΦ, ΛΟΓΟΣ (56).

—

S. P. N. ATHANASII

IN CENSUM SIVE DESCRIPTIONEM SANCTÆ MARIÆ, ET IN JOSEPHUM, SERMO.

—

1. Quemadmodum operarii auriferæ terræ metalla effodienda nacti, cum in venam incidunt, quæsiti auri ramenta exhibentem, illic operam ponunt suam, illic effodiunt, utpote via ibi ad lucrum commonstrata, non retro cedunt, nec ante sedem commutant, quam propositæ rei latibulum deprehendant ; eadem prorsus ratione nos ecclesiastici operis distributores, Lucam evangelistam præ manibus habentes, ut Dominicum virginei partus thesaurum contemplemur, non ante finem perquirendi faciamus, quam propositas diligenter colligamus divitias. Quamobrem ordine evangelistæ vestigia indagabimus, ne quidpiam lucro faciendo idoneum omittamus. Etiamsi enim verba principio exigua videantur, at magna gratiæ mysteria. Nemo sermonem fastidiat, quasi parvi momenti lectionem audierit. Nam si spectetur nati Domini potestas, exigua et perquam **345** exigua sunt quæ modo lecta sunt, panni scilicet, præsepe, incommodus locus. Et hæc quidem exigua sunt, quæ autem in hisce proponuntur mystica sunt, nempe uterus inenarrabilis, sinus incomprehensibilis, ubera sancte radicata,

A 1. Ὥσπερ οἱ τὴν χρυσῖν γῆν μεταλλεύειν λαχόντες ἐργάται, ἐπὰν εὕρωσι φλέβα ψήγματα τοῦ ζητουμένου προβάλλουσαν, ἐκεῖ σχολάζουσιν, ἐκεῖ παρορύττουσιν, ὡς ὁδηγῷ τοῦ κέρδους· καὶ οὐ κατόπιν ὁδεύουσι, μὴ πρότερον τὸν τόπον ἀμείβοντες, ἕως οὗ τὸν φωλεὸν τοῦ προκειμένου καταλάβωσι· τὸν αὐτὸν τρόπον (57) καὶ ἡμεῖς οἱ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐργασίας ἐργοδόται, τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν μετὰ χεῖρας ἔχοντες, πρὸς κατανόησιν τοῦ δεσποτικοῦ τῆς ἐκ Παρθένου ἀποκυήσεως θησαυροῦ, οὐ πρότερον τῆς ἐρεύνης παυσώμεθα, ἕως οὗ τὸν προκείμενον πλοῦτον γνησίως ἀναλεξώμεθα. Διὰ τοῦτο καὶ κατὰ τάξιν τὸν εὐαγγελιστὴν ἀνιχνεύσομεν (58), ἵνα μηδὲν τῶν ἐπικερδῶν καταλείπωμεν. Εἰ γὰρ καὶ μικρὰ ἐν προοιμίοις τὰ ῥήματα, ἀλλ' ὅμως μεγάλα τῆς χαρᾶς τὰ μυσταγωγήματα. Καὶ μηδεὶς ἀκηδιάσῃ τῷ λόγῳ, B μικρὰ τὰ παραναγνωσθέντα τῇ ἀκοῇ δεξάμενος (59). Ὡς γὰρ πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ γεννηθέντος Δεσπότου μικρὰ καὶ σφόδρα μικρὰ τὰ παραναγνωσθέντα, σπάργανα, καὶ φάτνη, καὶ τόπος ἀνεπιτήδειος. Καὶ ταῦτα μὲν μικρά, τὰ δὲ προκείμενα μυστικά· γαστὴρ ἀνερμήνευτος, κόλπος ἀκατάληπτος (60), μαζὸς ἀγιόρι-

(55) Colbert. 1, τῆς ὑπεραγίας γεννήσεως τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

(56) Ex mss. Reg. Oxon. R. P. Sirmondi, et Colbert.

(57) Colb. 1, post τρόπον, habet δή. Ibidem quidam mss. ὡς τῆς ἐκκ.

(58) Colb. 1, 2, ἀνιχνεύσαμεν.

(59) Colb. 1, 2, προσδεξάμενος. Ibidem edit. Ὡς γὰρ τὸ πρός, sed τό deest in Colb. 1, 2.

(60) Colb. 1, τόκος ἀκατ. Mox Colbert. 1, μαζὸς ἄριζος. Colb. 2, ἄρριζος.

ζος, γάλα ξενορρυὲς, θήλη τῆς φυσικῆς νομῆς ἀλλοτρία, ἡ Μήτηρ τοῦ Κυρίου ἐναπόγραφος (61) γενομένη, ὁ μνηστὴρ Ἰωσὴφ ὀνόματος, καὶ οὐ πράγματος κοινωνίαν ἀσπαζόμενος.

2. Ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· « Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο, ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. Καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν. Ἐπορεύθη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐκ πόλεως Ναζαρὲθ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν (62), εἰς πόλιν Δαβὶδ, ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, ἀπογράφεσθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ, οὔσῃ ἐγκύῳ. » Εἶδες πῶς μικρὰ τὰ ῥήματα, καὶ μεγάλα τὰ μυσταγωγήματα; Ὁ Κύριος ἐκυοφορεῖτο, καὶ πρώτη ἀπογραφὴ ἐνομοθετεῖτο ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐναπόγραφον ἔχων, καὶ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς φήσας· « Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς (63). » Ἐν τοῖς μικροῖς Ῥωμαϊκοῖς κώδιξι τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ἐναπόγραφον γενέσθαι συνεχώρει. Τίς μὴ λαλήσῃ; Τίς μὴ θαυμάσῃ τὴν τοῦ Κυρίου συγκατάβασιν; Ἄνω ἐλεύθερος, καὶ κάτω ἐναπόγραφος· ἄνω Υἱὸς, καὶ κάτω δοῦλος· ἄνω βασιλεὺς, καὶ κάτω μισθωτός· ἄνω πλούσιος, καὶ κάτω ἐνδεής· ἄνω προσκυνούμενος, καὶ κάτω φορολογούμενος· ἄνω θεϊκὸς θρόνος, καὶ κάτω ἀγροικικὸν σπήλαιον· ἄνω ὁ πατρῷος καὶ ἀκατάληπτος κόλπος, καὶ κάτω ἀλογοτροφεῖον μικρὸν, καὶ φάτνιον (64). Τίς μὴ θαυμάσῃ μεγάλα ἄνω πράγματα, καὶ μικρὰ κάτω σπάργανα; Ὁ λύων ἐδέδετο· ὁ τρέφων ἐτρέφετο· ὁ ἀκατάληπτος παιδίον ἐφαίνετο· ὁ πηγὰς ἀπολύων (65) μαζὸν ἐδανείζετο· ὁ πάντα φέρων, ἀνερμηνεύτως ἐφέρετο· ὁ μηδαμοῦ ἀπολιμπανόμενος ἐν μέρει ἀπεριγράπτως περιγραφόμενος. Ὦ τῶν παραδόξων πραγμάτων! Ἡ Ἐλισάβετ ἐν οἰκίσκῳ φαιδρῷ ἀπεκύησε, καὶ ἡ Παρθένος ἐν τῷ μικρῷ σπηλαίῳ ἐγέννησεν· Ἰωάννης ἐπὶ κλίνης, καὶ ὁ Κύριος ἐν φάτνῃ. Οὐχ ἁπλῶς ἡ τοῦ Κυρίου ἐκ Παρθένου γέννησις· οὐχ ἁπλῶς τὰ τοῖς σπαργάνοις αὐτὸν κατειληθῆναι· οὐχ ἁπλῶς τὸ μαζὸν ἑλκῦσαι· οὐχ ἁπλῶς τὸ ἐν φάτνῃ ἀνακλιθῆναι (66)· οὐχ ἁπλῶς τὸ τῇ τοῦ Αὐγούστου ἀπογράφῃ προσκληθῆναι· πάντα διὰ τί, καὶ πρὸς τί, καὶ αἰνιγματώδη. Ἐκ Παρθένου τίκτεται, ἵνα τὸν ἐκ Παρθένου γῆς χοοπλαστηθέντα πρωτόπλαστον Ἀδὰμ διορθώσηται. Σπαργάνοις κατείληται, ἵνα τὰς σειρὰς τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐκλύσῃ, δεσμὰ δεσμοῖς λύων, κατὰ τὸ φάσκον ῥητόν. « Σειραῖς γὰρ τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. » Μαζὸν εἵλκυσεν, ἵνα τὸ γάλα τῆς χάριτος βρύσῃ, ὅπερ ἐκ τῆς οἰκείας πλευρᾶς ἀνέβλυσε (67)· γάλα γὰρ

lac insolito fluens modo, mamilla a naturali ordine aliena, Mater Domini censu descripta, Joseph sponsus nomine, nec re consortio fruitur.

2. Audisti modo Lucam evangelistam dicentem : « In diebus illis : exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Hæc descriptio prima facta est sub præside Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes ut profiterentur, singuli in suam civitatem. Profectus est autem et Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David quæ vocatur Bethleem, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante [60]. » Viden', quam exigua verba, quam magna mysteria? Dominus in utero gestatur, et prima descriptio edicitur. Qui universam creaturam descriptam habet, quique discipulis suis, ait : « Gaudete et exsultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis [61], » in parvis Latinis codicibus Matrem suam describi concessit. Quis non loquatur? Quis non miretur humilem Domini attemperationem? Sursum liber, deorsum censu descriptus : sursum Filius, deorsum servus : sursum rex, deorsum mercenarius : sursum dives, deorsum egenus : sursum adoratur, deorsum tributum solvit : sursum divinus Athonus, deorsum spelunca rustica : sursum paternus et incomprehensibilis sinus, deorsum stabulum parvum et præsepe. Quis non mirabitur magnas sursum res, et viles deorsum pannos? Qui solvit, ligatur : qui nutrit, enutritur : incomprehensibilis, puer apparet : qui fontes scaturire facit, ubera mutuatur : qui omnia gestat, inexplicabili modo gestatur : qui nusquam non est, in certo loco incircumscripte circumscribitur. O res stupendas! Elisabet in concinna ædicula parit, et Virgo in parva gignit spelunca : Joannes in lecto, Dominus in præsepio. Non sine causa Dominus ex Virgine natus : non sine causa pannis involutus est : nec sine causa mamillam suxit : non sine causa in præsepio reclinatus est : nec sine causa Augusti descriptione accitus est; omnia ex certa causa et ratione, etsi occulta, peracta sunt. Ex Virgine nascitur, ut primum hominem Adam ex limo virginis terræ formatum reformet. Pannis involvitur, ut peccatorum nostrorum nexus solvat, vincula vinculis solvens, juxta dictum illud : « Unusquisque enim vinculis peccatorum suorum constringitur [62]. » Mamillam suxit, ut gratiæ lac, quod ex latere ejus, effluxit, scaturiret : nihil enim aliud lac est, nisi sanguis albescens : in præsepio reclinatus est, ut humanum genus brutorum more

[60] Luc. II, 1-5. [61] Luc. X, 20. [62] Prov. V, 22.

(61) Colb. 1, ἐν ἀπογραφαῖς.

(62) Hæc, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, desunt in Colbertino 1 et 2. Infra iidem, ἀπογράψασθαι.

(63) Sic mss. Editi vero, ἐν τῷ οὐρανῷ, τοῖς μακροῖς.

(64) Colb. 1, 2, τῶν ἀλόγων ἡ φάτνη τούτῳ ἀνάπαυσις. Τίς μὴ θαυμάσει, τίς μὴ ἐκπλαγείη ὅτι ἄνω.

(65) Colb. 1, 2, πηγὰς βρύων. Infra Colb. 2, ἀπερίγραπτος.

(66) Colb. 1, 2, ἀνατεθῆναι. Infra Colb. 1, αἰνιγματωδῶς.

(67) Ita manuscripti. Editi vero, ἀνέβρυσεν.

desipiens corrigeret, duorumque animalium esca fieret : quorum duorum animalium ? Ethnici, Judaicique populi, de quibus scriptum est : « In medio duorum animalium cognosceris [63]. » Descriptionem sub Augusto Cæsare admisit, ut inconditum orbis statum componeret. Ipsa quippe descriptio, probi in orbe futuri ordinis pignus fuit. γὰρ ἡ ἀπογραφὴ τῆς οἰκουμενικῆς εὐταξίας ἀῤῥαβὼν γεγένηται.

A οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ αἷμα λευκανθέν. Ἐν φάτνῃ ἀνεκλίθη, ἵνα τὴν ἀλογίαν τῆς ἀνθρωπότητος διορθώσηται, καὶ τῶν δύο ζώων τροφὴ γένηται· ποίων δύο ζώων ; τοῦ ἐθνικοῦ καὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ λαοῦ περὶ ὧν γέγραπται· « Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ. » Τὴν ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος ἀπογραφὴν κατεδέξατο, ἵνα τὴν οἰκουμενικὴν ἀταξίαν διορθώσηται. Αὕτη

3. Et quod vera hæc sint, paucis percipe. Antequam Dominus homo fieret, hominum genus magna tyrannis occupabat, nulla ratione terra gubernabatur, regia dignitas ludibrio erat, apud homines multos ingens regnum turba exoriebatur : si cui erant centum circiter homines subditi, regium is sibi habitum continuo usurpabat. Talis erat hominum **346** pugna : cum certorum locorum principatus ambirent, nec ex loco transirent in alium ; nisi quandoque sibi mutuo bellum inferrent. Cum diutius ejusmodi confusio perseveraret, ubi primum Dominus in terra virgineum occupavit palatium, permultos illos abstulit principatus, ac monarchiam instituit, ubi Romanorum imperium omnes obtinere decrevit, ad cœlestis scilicet imperii normam. Quemadmodum enim unum in cœlo Dei regnum obtinet, omnesque angeli voluntati ejus subjiciuntur ; dæmonibus barbarorum more imperium detrectantibus eadem ratione et in terra, licet permultæ sint indomitæ gentes, unum tamen Romanorum imperium obtinet. Probi igitur hujusce ordinis constituendi causa, primam sub Augusto descriptionem rex in utero gestatus edici mandavit : unde et se ipse in Romani imperii censu describi permisit ad confirmationem statutarum legum. Tum enim regis lex obtinet, cum prior ipse quam tulit legem implet. Nam qui legem ponit, nec implet, is legis abrogator est potius quam legislator. Boni igitur hujusmodi ordinis ponendi causa, prima sub Augusto descriptio facta est, ut et legis cultus auferretur, et Judæorum natio cohiberetur, ut ne perversis Judæis, si suo jure viverent, liceret innoxios occidere, sed necessitatis jugo legibus parerent. Ἰουδαίοις αὐτονομίᾳ χρωμένοις φονεύειν τοὺς ἀνευθύνους, ἔπεσθαι δὲ τοῖς νόμοις τῷ τῆς ἀνάγκης ζυγῷ (73).

3. Καὶ ὅτι ἀληθῆ τὰ λεγόμενα, διὰ βραχέων ἄκουε. Πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως πολλὴ τυραννὶς (68) τὸ τῶν ἀνθρώπων κατεῖχε γένος· ἀλόγως τὸ τῆς γῆς ἐκυβερνᾶτο χωρίον· ἐνέπαιζον εἰς τὸ βασιλικὸν ἄξίωμα· πολλῶν τῶν ἀνθρώπων πλῆθος βασιλέων ἐφυτουργεῖτο· ἑκατόν πού τις ἄνδρας ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν, εὐθέως τὸ τῆς βασιλείας ἐσφετερίζετο σχῆμα. Τοιαύτη τῶν ἐθνῶν ἡ ἄμιλλα· τοπαρχίας ἀγαπῶντες, καὶ τόπον ἐκ τόπου μὴ διαβαίνοντες, εἰ μὴ τρόπον τινὰ κατ' ἀλλήλων ὡπλίσαντο. Ταύτης τῆς συγχύσεως χρονοτριβουμένης, μόνον ὁ Κύριος κατεδέξατο ἐπὶ γῆς τὸ παρθενικὸν οἰκῆσαι παλάτιον, εὐθέως τὴν μὲν πολυαρχίαν παύει, τὴν δὲ μοναρχίαν φυτουργεῖ, τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν πάντων ἡγεμονεύειν κληρώσας, κατὰ μίμησιν τῆς ἐπουρανίου διατριβῆς. Ὥσπερ γὰρ ἐν οὐρανῷ μία ἡ τοῦ Θεοῦ βασιλεία κρατεῖ, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι τῷ θελήματι αὐτοῦ ὑποτάσσονται, τῶν δαιμόνων δίκην (69) βαρβάρων ἀφηνιασάντων· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ καὶ πολλὰ τὰ ἀνυπότακτα ἔθνη, ἀλλ' ὅμως μία ἡ τῶν Ῥωμαίων βασιλεία κρατεῖ. Διὰ ταύτην οὖν τὴν εὐταξίαν τὴν πρώτην ἀπογραφὴν ὁ κυοφορούμενος βασιλεὺς προσέταξεν ἐπὶ Αὐγούστου συγκροτηθῆναι· ὅθεν καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐναπόγραφον γενέσθαι τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ παρεχώρησε πρὸς βεβαίωσιν τῶν θεσπιζομένων νόμων. Τότε γὰρ βασιλέως νόμος κρατεῖ, ὅτε ὁ νομοθετῶν βασιλεὺς πρῶτος πληρώσῃ τὸν νόμον. Ὁ γὰρ (70) νομοθετῶν καὶ μὴ πληρῶν καθαιρέτης ἐστὶν, ἢ (71) νομοδότης. Διὰ τὴν προλεχθεῖσαν οὖν εὐταξίαν, ἡ ἐπὶ Αὐγούστου ἀπογραφὴ πρώτη γέγονεν, ὅπως καὶ ἡ τοῦ νόμου λατρεία μετενεχθῇ, καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων φῦλον καταργηθῇ (72) πρὸς τὸ μὴ ἐξεῖναι λοιπὸν τοῖς ἀτάκτοις

4. Necessaria itaque fuit supradicta sub Augusto descriptio. Ipsa quippe descriptio, Judæorum populum depressit, Christianorum contra genus exaltavit, Judæis, Romani metu imperii, non audentibus priore suo uti furore. Quapropter post eam descriptionem, cum Dominum comprehendissent et morti tradere festinarent, non ausi sunt arbitratu suo agere, sicut olim cum prophetis, quos cæco impetu

4. Ἀναγκαία τοίνυν ἡ προλεχθεῖσα ἐπὶ Αὐγούστου ἀπογραφή· αὕτη ἡ ἀπογραφὴ τὸ μὲν τῶν Ἰουδαίων ἐταπείνωσε φῦλον, τὸ δὲ τῶν Χριστιανῶν ὑπερύψωσε γένος· μηκέτι τολμώντων Ἰουδαίων (74) δίκει τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς τῇ προτέρᾳ κεχρῆσθαι μανίᾳ. Διὸ καὶ μετὰ τὴν ἀπογραφὴν ταύτην, τὸν Κύριον κρατήσαντες, καὶ θανάτῳ παραδοῦναι σπεύδοντες, οὐκ ἐτόλμησαν κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς διαπράξασθαι,

[63] Habac. III, 2.

(68) Ita Colb. 1, 2. Editi vero, τυραννία.

(69) Ita Colb. 1, 2. Editi vero, μία πλειόνων βασιλεία κρατεῖ, τῶν δαιμόνων δίκην, etc. Mox mss. ἀφανισθέντων, pro ἀφηνιασάντων. Infra editi, βασιλεία κρατεῖ, ἐπειδὴ ἄνωθεν ἐκρατεῖτο, διὰ ταυτόν. Editi vero ut in textu.

(70) Colb. 1, 2, Τότε δὲ βασιλέως νόμος κρατεῖ τε, ὅτε πρῶτος αὐτὸς τοῦτον πληροῖ. Ὁ γάρ

(71) Adde μᾶλλον, aut lege οὐ pro ἤ.

(72) Colb. 1, 2, καταρτισθῇ.

(73) Colb. 1, 2, τῇ τῆς ἀνάγκης ζωῇ.

(74) Colb. 1, 2, τολμώντων παίδων Ἰουδ. Editi, ut in textu.

καθ' ὁμοιότητα τῶν προφητῶν, οὓς ἀδιακρισίᾳ (75) διεσπάραξαν· ἀλλὰ τῷ Πιλάτῳ προσήνεγκαν, ἄρχοντι Ῥωμαίων, ἐντυχίαν εἰσπραξομένῳ, δίκας ἀπαιτούμενοι τῶν λεγομένων, συγκατάθεσιν μεθοδευόμενοι. Διὸ καὶ ὁ Πιλᾶτος, ὁ Ῥωμαίων ἄρχων, ὡς εἶδε τοὺς Ἰουδαίους κυνογλωσσοῦντας κατὰ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναιρέσεως (76), καὶ εἰδὼς, ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτὸν, ἐπηρώτα τοὺς Ἰουδαίους, φάσκων· Καθὼς ἴστε πάντες σαφῶς, οὐδὲν ἄξιον θανάτου εὑρίσκω ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ, ὦ Ἰουδαῖοι. Τί τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν μολύνειν σπεύδετε, ἀκρασίᾳ κρατοῦντες, τὸν δίκαιον, καὶ τὸν ἀνεύθυνον ὑπεύθυνον εἶναι θέλοντες; Οὐδὲν ἄξιον θανάτου εὑρίσκω ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ. Μᾶλλον οὖν ὁ Βαραββᾶς (77) φονευθῇ, ὁ δὲ Χριστὸς ἀπολυθῇ· ὅτι ἐκεῖνος μὲν φονευτὴς καὶ στασιώδης, οὗτος δὲ εὐεργέτης καὶ ζωοδότης· ἐπειδὴ καὶ ταύτην κατ' αὐτοῦ τὴν κατηγορίαν ἠσπάσασθε. Καὶ οὕτως δὲ Ἰουδαίων μὴ συντιθεμένων, ἀλλ' ἐχθρὸν τοῦ Καίσαρος τὸν Πιλᾶτον φημιζόντων, οἵτινες κατὰ πρόσωπον ἔλεγον τῷ Πιλάτῳ, συνηγοροῦντι τῷ Χριστῷ· « Οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος, » ἐπειδὴ τὸν λέγοντα ἑαυτὸν βασιλέα ζωοποιεῖσθαι θέλεις. Καὶ οὕτως (78) ὁ Πιλᾶτος οὐ συνεχώρησε τοῖς Ἰουδαίοις τῇ οἰκείᾳ γνώμῃ πᾶν ὅτιοῦν διαπράξασθαι. Εἰ γὰρ ἂν συνεχώρησε τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ Ἰουδαῖοι λίθοις τὸν Κύριον ἐθανάτωσαν, ἢ ξυλίνῳ πρίονι κατέπρισαν. Τούτου δὲ πραττομένου, ἡμεῖς τὸν σταυρὸν ἐζημιούμεθα· ἐπειδὴ Ῥωμαίων κριτήριον τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον. Διὸ καὶ ὁ Πιλᾶτος ἐπηρώτα τοὺς Ἰουδαίους· « Τί θέλετε ποιήσω Ἰησοῦ, τὸν λεγόμενον Χριστόν (79); » Οἱ δὲ, τῇ Ῥωμαίων παιδείᾳ θαῤῥοῦντες, ἐβόησαν· « Ἆρον, ἆρον. σταύρωσον αὐτόν· » καὶ εὐθέως ὁ Πιλᾶτος συνένευσεν· ἄνωθεν γὰρ ἐκέκτητο τὸ νεῦμα.

5. Διὰ ταύτην οὖν τὴν εὐταξίαν ἡ ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος πρώτη ἀπογραφὴ ἐνομοθετεῖτο· εἰ μὴ γὰρ προενομοθετηθη ἡ ἀπογραφὴ αὕτη, οὐκ ἂν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα τελείᾳ ταφῇ παρεδόθη· ἔμελλον γὰρ παῖδες Ἰουδαίων τῇ ὑπερβαλλούσῃ μανίᾳ ἢ πυρὶ παραδοῦναι τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, ἢ θαλάσσῃ καταποντίζειν. Εἰ γὰρ τὸν φίλον Ἱερεμίαν εἰς λάκκον βορβόρου κατήγαγον (80)· τί ἔμελλον εἰς τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα διαπράττεσθαι, εἰ μὴ τὸν Ῥωμαϊκὸν νόμον εἶχον κολαφίζοντα; Διὸ καὶ τὸν Ἰουδαίων μὴ συγχωρουμένων παρὰ τοῦ Πιλάτου δέξασθαι τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, φίλος ὢν τοῦ Πιλάτου προσελθὼν ἠτήσατο παρ' αὐτοῦ τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, ἀσύγκριτόν τι (81) προσενέγκας. Ἀναγκαία τοίνυν ἡ ἀπογραφὴ ἡ ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος· εἰ

A dilaniarunt; sed Pilato coram steterunt tum Romanorum præsidi, exacturo ut coram se accusaretur; idque ut pro dictis ejus pœnas exposcerent, et artificio consensum ejus obtinerent. Quamobrem. Pilatus, utpote Romanorum præses, ut Judæos vidit canina lingua Domini necem postulantes, gnarus eos præ invidia tradidisse illum, interrogabat Judæos hisce verbis: Ut probe nostis omnes, nihil morte dignum invenio in hoc homine, o Judæi. Quid Romanorum imperium polluere conamini, petulanter justum capientes, et insontem sontem esse volentes? Nihil morte dignum invenio in hoc homine. Barabbas ergo occidatur, Christus autem dimittatur: quia ille quidem homicida et seditiosus, hic vero beneficus et vitæ largitor, quandoquidem hanc adversus illum accusationem adornastis. B Verum cum ne hac quidem ratione assentirentur Judæi, sed Cæsaris inimicum Pilatum proclamarent: Pilatoque Christi patrocinium suscipienti in faciem dicerent: « Non es amicus Cæsaris [64], » siquidem velis eum vivere qui se regem dicit. At ne ita quidem Judæis concessit Pilatus, ut quidvis proprio agerent arbitrio. Si namque concessisset illis, Judæi Dominum lapidibus interemissent, aut serra lignea dissecuissent. Quod si factum fuisset, nos crucis jacturam fecissemus. Nam apud Romanos supplicium, crucis erat lignum. Quamobrem interrogabat Judæos Pilatus: « Quid vultis faciam de Jesu, qui dicitur Christus [65] ?» At illi Romanorum instituto confisi, clamarunt: « Tolle, tolle, crucifige eum [66], » et confestim Pilatus annuit: C desuper enim nutum hunc acceperat.

347 5. Ob eum igitur probum ordinem prima sub Augusto Cæsare descriptio edicta fuit: nisi enim edicta fuisset, nequaquam Domini corpus perfectæ sepulturæ traditum fuisset; futurum enim erat ut Judæi, præ nimio furore, corpus Domini aut in ignem conjicerent, aut in mare demergerent. Si enim amicum sibi Jeremiam in lacum cœni demiserunt, quid facturi erant in Domini corpus, nisi se cohibentem reperissent Romanorum legem? Quare cum Judæis minime concederetur a Pilato ut corpus Domini acciperent, Joseph ab Arimathæa, amicus Pilati, adiens illum, petiit ab eo corpus Domini, allato pro ea re ingenti pretio. D Necessaria itaque fuit descriptio sub Augusto Cæsare facta: tametsi enim, uti modo audisti, sponsus Virginis

[64] Joan. XIX, 12, [65] Matth. XXVII, 22, [66] Joan. XIX, 15.

(75) Colb. 1, 2, ἀδιακρίτως. Mox iidem, Ῥωμαίων ψευδοκατηγορίας πλασάμενοι, καὶ ἀπαιτούμενοι τῶν λεγομένων τὴν ἀπόδειξιν. Διό καὶ ὁ Πιλ. Mox iidem, κυνῶν δίκην ὑλακτοῦντας, alii κοινογλωσσοῦντας.

(76) Sic mss. Editi vero, ἀναιρέσεως, omissis multis. Mox, πάντες deerat in editis, habeturque in Colb. 1, 2.

(77) Sic mss. Editi, ἢ ὅλως ὁ Βαρ.

(78) Colb. 1, 2, ζωοποιεῖν θέλεις. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως.

(79) Sic Colb 1, 2. Editi vero, ὃν λέγετε Χριστόν. Infra Colb. 2, συγκατένευσεν. Ibid. Colb. 1, 2, ἄνωθεν γὰρ ἦν τὸ πνεῦμα τοιούτως γενέσθαι. Διὰ ταύτην τοίνυν.

(80) Quidam mss. κατήγγισαν. Infra mss. ut in textu. Editi vero, τῶν Ἰουδαίων μηδενὶ συγχωρούντων. . . οὗτος προσελθὼν ἠτήσατο παρὰ τοῦ Πιλάτου.

(81) Colb. 1, 2, ἀσύκριτον τιμήν. Editi, ἀσύγκριτόν τι.

mœrore affectus est, attamen mundus universus præstantioris ordinis initium accepit. Quid illud est, Sponsus Virginis mœrore affectus est? paucis ausculta. Cum Joseph Virginis sponsus, ut modo audisti, propter Augusti censum in Bethléem concessit cum Maria desponsata sibi uxore prægnante, ignorabat Joseph mysterium in Virgine abditum, necdum angeli oraculum acceperat: at Virgo, tum ex verbis, tum ex uteri tumore, certo sciebat quid gestum esset; quanto enim magis uterus intumescebat, tanto securiorem Virgo vitam degebat, una virginitatem servans intemeratam, fetumque gestans citra vel minimam molestiam; nec tantum illo gravata, quantum levata.

6. Horum causa anxius Joseph, cum videret eam uterum gestare, ignoraretque intus reconditum thesaurum, mœrore affectus, Virginem in via objurgavit hisce verbis: Quid tibi videtur, o Maria? Nonne tu es quæ ut verecunda Virgo in templi septo es educata? Nonne tu es, o Maria, quæ viri aspectum non sustinebas? Nonne tu es, o Maria, quæ contra propositum tuum me in sponsum admisisti? Nonne tu es, o Maria, quæ virginitatis rosam immarcessibilem servare peroptabas? Nonne tu es, o Maria, quæ Susannam diligebas, Ægyptiam oderas? Nonne tu es, o Maria, quæ vi stupratam Thamar sæpe legebas [67], et impudicum Amnonem exsecrabare? Quorsum abiit ille continentiæ tuæ thalamus? Quorsum ille castitatis immaculatus thorus? Quorsum verecundus ille vultus? Ego pudore afficior, tu confidenter agis? Quia peccatum sileo tuum, tu propius accedere festinas? Non vides alvi tuæ tumorem? Intus infans palpitat, et tu quasi nihil experta hilaris es? Abi, Maria, remigra in domum tuam: quære pudicitiæ tuæ furem, cum illo describare. Ego contumeliam illam non admitto, nullam ad pœnam deprecandam invenies excusationem. Tum Virgo ad Josephum: Quid indignaris, mi sponse? Quid me ut impudicam damnas? Quid contumeliosis oculis uteri mei tumorem conspicis? Quid me ad erubescendum cogis? Gloria sum mulierum, a priore illas turpitudine emergere feci: Evam revocavi: ignem transtuli gladium, et tu me jubes occultari? Nemo pœnas a me reposcere poterit, quæ communem omnium gesto Dominum. Si de me ipsa testimonium feram, inanis gloriæ cupida deprehendar. Paululum exspecta, Joseph, tibique pastores vera persuadebunt, te magi certiorem facient: stella pudore afficiet: angeli ad compunctionem excitabunt. Jam dubitas, paulo post gloriam dabis, ubi cœlestem exercitum audies cum concentu clamantem: « Gloria in excelsis Deo, et

A γὰρ καὶ ὁ μνηστὴρ τῆς Παρθένου, καθὼς ἀρτίως ἤκουες, ἐστύγνασεν, ἀλλ' ὅμως ὁ σύμπας κόσμος ἀρχὴν εὐταξίας ἐδέξατο. Τί ἐστιν, Ὁ μνηστὴρ τῆς Παρθένου ἐστύγνασεν, ἄκουε διὰ βραχέων. Ἔνιξα Ἰωσὴφ ὁ μνηστὴρ τῆς Παρθένου, καθὼς ἀρτίως ἤκουες, διὰ τὴν ἀπογραφὴν τοῦ Αὐγούστου τὴν Βηθλεὰμ κατελάμβανε σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικί, οὔσῃ ἐγκύῳ, ἠγνόει ὁ Ἰωσὴφ τὸ ἐν τῇ (82) Παρθένῳ μυσταγωγούμενον· οὐκ ἦν οὐδέπω χρησμὸν ἀγγέλου δεξάμενος. Ἡ Παρθένος τὸ ἀσφαλὲς ἐκέκτητο, καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ ὄγκῳ· ὅσον γὰρ τῆς γαστρὸς ἡ αὔξησις ἐγίνετο, τοσοῦτον ἡ Παρθένος ἀμεριμνότερον βίον διέτριβεν· ὁμοῦ καὶ τὴν παρθενίαν ἀμόλυντον φυλάττουσα, καὶ τὸν τόκον ἀσκυλτον ἄγουσα, οὐ τοσοῦτον κοπουμένη, ὅσον κουφιζομένη.

B 6. Πρὸς τούτοις ἀγωνιῶν (83) ὁ Ἰωσὴφ, ὡς εἶδεν αὐτὴν κατὰ γαστρὸς ἔχουσαν, τὸν ἔνδοθεν θησαυρὸν ἀγνοῶν, στυγνάσας, κατὰ τὴν ὁδὸν ἀντέβαλλε πρὸς τὴν Παρθένον, λέγων· Τί σοι τὸ δόξαν, Μαρία; Οὐ σὺ εἶ ἡ ὡς αἰδέσιμος Παρθένος ἐν τοῖς ἱεροῖς περιβόλοις ἀνατραφεῖσα; Οὐ σὺ εἶ Μαριὰμ, ἡ πρόσωπον ἀνδρὸς θεωρῆσαι μὴ καταδεχομένη; Οὐ σὺ εἶ Μαριὰμ, ἣ παρὰ πρόθεσιν κατεγγυηθῆναί μοι πεισθεῖσα (84); Οὐ σὺ εἶ Μαριὰμ, ἡ τὸ τῆς παρθενίας ῥόδον ἀμάραντον φυλάξαι προσευξαμένη; Οὐ σὺ εἶ Μαριὰμ, ἡ τὴν Σωσάνναν ἀγαπήσασα, καὶ τὴν Αἰγυπτίαν μισήσασα; Οὐ σὺ εἶ Μαριὰμ, ἡ τὴν βιασθεῖσαν Θάμαρ ἀναλεγομένη, καὶ τὸν ἄτακτον Ἀμνὸν βδελυττομένη; Ποῦ σου τῆς σωφροσύνης ὁ θάλαμος; Ποῦ σου τῆς ἁγνείας ἡ ἄσπιλος παστάς Ποῦ σου τὸ αἰδεστικὸν πρόσωπον; Ἐγὼ αἰσχύνομαι, καὶ σὺ παῤ C ῥησιάζεις; Ὅτι σιωπῶ τὴν ἁμαρτίαν σου, οὕτω πλησιέστερον χωρεῖν ἐπείγεσαι (85); Οὐχ ὁρᾷς τὸν ὄγκον τῆς κοιλίας σου; Ἔνδον τὸ βρέφος σπαίρει, καὶ σὺ ὡς ἀπείραστος πειρασμῶν φαιδρύνῃ; Ἄπιθι, Μαριάμ· ὑπόστρεψον εἰς τὸν οἶκόν σου· ἐπιζήτησον τὸν κλεψίγαμον· ἐκείνῳ ἐναπογράφηθι. Ἀλλοτρίαν ὕβριν οὐ καταδέχομαι· οὐχ εὑρίσκεις ἀπολογίαν πρὸς τὴν τιμωρίαν. Ἡ δὲ Παρθένος πρὸς τὸν Ἰωσήφ· Τί δυσχεραίνεις, μνῆστερ ἐμοῦ; Τί ὡς ἀτάκτου μου καταψηφίζεις; Τί ἐφυβρίστοις ὀφθαλμοῖς τὸν ὄγκον τῆς γαστρός μου περιβλέπεις; Τί ἐρυθριᾷν με καταναγκάζεις; Δόξα τῶν γυναικῶν γέγονα· τῆς προτέρας αὐτὰς αἰσχύνης ἀπέδυσα· τὴν Εὔαν ἀνεκαλεσάμην· τὴν φλογίνην ῥομφαίαν μετέστησα· καὶ σὺ καλύπτεσθαί με παρασκευάζεις (86); Οὐδεὶς δίκας ἐμὲ δυνήD σεται εἰσπράξασθαι· κοινὸν γὰρ Δεσπότην βαστάζω. Ἐὰν ἐγὼ περὶ ἐμαυτῆς μαρτυρήσω, ὡς κενόδοξός τις εὑρεθήσομαι. Μικρὸν καρτέρησον, ὦ Ἰωσὴφ, καὶ ποιμένες σε πείσουσιν· μάγοι σε πληροφορήσουσιν· ἀστὴρ σε δυσωπήσει· ἄγγελοί σε κατανύξουσι. Νῦν ἀμφιβάλλεις. μετ' οὐ πολὺ δὲ δοξάσεις, ὅτε τῆς ἐπουρανίου στρατιᾶς ἀκούτεις συμφώνως βοώσης· « Δόξα

[67] Genes. XXXVIII.

(82) Colb. 1, 2, ἠγνόει ὁ Ἰωσὴφ τῇ ξένῃ πραγματείᾳ τὸ ἐν τῇ. Infra iidem, Χρηματισμὸν ἀγγέλου.

(83) Sic Colb. 1, 2. Editi vero, ἀγνοῶν.

(84) Sic mss. Colb. Editi vero, ἡ κατὰ πρόθεσιν κατεγγυηθῆναι μὴ πεισθεῖσα.

(85) Ita Colb. 2. Editi vero, ἐπήγεσας. Idem mox, βρέφος σπαίρει. Editi male, σπείρει.

(86) Colb. 1, 2, με καταναγκάζεις.

ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. » Τότε γονυπετήσεις, καὶ οὐ καταζητήσεις. Οὐχ ὁρᾷς τῆς ὁδοῦ τὴν διάβασιν, Ἰωσήφ, καὶ ὅτι οὐδεὶς ἀνδρῶν συνοδοιπορεῖ ἡμῖν; Οὐχ ὁρᾷς τὸν ἥλιον λαμπροτέραν στολὴν ἀναβαλλόμενον (87); Οὐχ ὁρᾷς πᾶσαν τὴν κτίσιν σκιρτῶσαν; Οὐχ ὁρᾷς τὰ ὄρη πηδῶντα; Οὐχ ὁρᾷς τοὺς βουνοὺς εὐφραινομένους; Οὐχ ὁρᾷς τὰς ἀφέσεις τῶν ὑδάτων ὑπερβλυζούσας; Οὐχ ὁρᾷς τὸν Ἰορδάνην ἔξω περιτρέχοντα; Ἀπὸ τῶν σημείων στόχασαι τὸ τεκμήριον, καὶ μὴ, ὅτι ἔγκυός εἰμι, δίσταζε, Ἰωσήφ. Ἐδανείσθην, οὐκ ἐμολύνθην· ἔχρησα τὴν κοιλίαν, οὐκ ἐμόλυνα τὴν παρθενίαν. Μὴ ἀπιστήσῃς τοῖς προκειμένοις, ὦ Ἰωσήφ. Ὅτε μαιωθήσομαι (88), τότε τίς εἰμι γνωρισθήσομαι· νῦν ὀνειδίζομαι, τότε μακαρισθήσομαι· νῦν ὡς αἴτιον ἀπελαύνεις, τότε ὡς ἁγίαν ἐγγὺς εἶναι παρακαλέσεις. Μὴ, ὅτι δοκεῖς φυλάττειν (89), μεγαλύνου· ἐγὼ γάρ σε φυλάττω· ὁ γὰρ τὴν ἐμὴν κοιλίαν σκηνὴν ποιῆσαι καταδεξάμενος, οὗτος πάσης τῆς φύσεως φύλαξ. Πορευθῶμεν τοίνυν, καὶ ἐναπόγραφοι γενώμεθα, ὅπως πληρωθῇ καὶ ἡ στρατιωτικὴ νομοθεσία, καὶ ἡ βασιλικὴ δογματοθεσία.

A in terra pax, in hominibus beneplacitum [68]. » Tum genna flectes, nec perquires. An non transitum nostrum consideras, o Joseph, quod scilicet 348 vir nullus nobis sit comes itineris? Non vides solem splendidiore amictum veste? Non vides universam creaturam exultantem? Non vides montes saltare? Non vides colles lætari? Non vides aquarum alveos exundare? Non vides Jordanem extra ripam effluentem? Ex signis rem conjice significatam, nec ambigas, o Joseph, quod me prægnantem cernas. Me ipsam mutuo dedi, nec polluta sum: uterum commodavi, nec virginitatem temeravi. Ne propositis rebus fidem abneges, o Joseph: cum obstetrice usa fuero, tum quæ sim exploratum erit; jam probris afficior, tum beata prædicabor; nunc ut ream abigis, tunc ut sanctam prope adesse rogabis. Ne B glorieris quod me custodire videaris: ego namque te custodio. Nam qui uterum meum in tabernaculum sibi apparare dignatus est, is est totius naturæ custos. Pergamus ergo et describamur, ut et militaris lex, et imperatorium edictum impleatur.

7. Ἐν τούτοις ὁ Ἰωσὴφ εὐλαβηθεὶς, διττὴν λοιπὸν ὁδὸν ἐβάδιζε· τοῖς μὲν ποσὶ τὴν γῆν ἰχνοποιῶν (0), τοῖς δὲ λογισμοῖς τὰς νεφέλας ὑπερπηδῶν. Τί γὰρ ἕτερον εἶχεν ὁ Ἰωσὴφ διαπράττεσθαι, ἢ ἄνω τὸν νοῦν σχολάζειν, ἐπειδὴ πᾶσα δόσις ἀγαθὴ ἄνωθέν ἐστι δεδομένη. Διὰ τοῦτο λοιπὸν ὁ Ἰωσὴφ συμπεριεφέρετο τῇ Παρθένῳ, ὁμοῦ καὶ βοηθὸς καὶ σκόπος τῶν μελλόντων γενόμενος· οὐχ ὅτι ἔχρῃζεν βοηθοῦ ἡ Παρθένος, μᾶλλον δὲ ὁ ἐν Παρθένῳ κυοφορούμενος· αὐτὸς γὰρ ὁ πάντων βοηθὸς ἦν καὶ ἔστι (91), καὶ πρὸς αὐτὸν C ἐκέκραγεν ὁ κράζων· « Ἡ βοήθειά μου παρὰ Κυρίου τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Ἀλλ' ὅτι ἀναγκαῖον ἦν ὡς πραγματείαν τῆς οἰκονομίας, τοῦ εἶναι τὸν Ἰωσὴφ βοηθὸν, πρὸς τὸ τὴν Παρθένον ὡς ὕπανδρον φημίζεσθαι, πρὸς τὸ λαθεῖν τὸν διάβολον τὸ κατασκευαζόμενον, ὅπως μὴ μάθῃ τὸ γενόμενον (92)· πῶς ὁ Θεὸς μετὰ τῶν ἀνθρώπων συναναστραφῆναι κατεδέξατο. Τί οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς; Καλὸν γὰρ λοιπὸν συνιδεῖν καὶ τὸν Ἰωσὴφ πληροφορούμενον (93), καὶ τὸν οἰκίσκον, ἔνθα ἡ Παρθένος ἀπεκύησε, τῆς Ἐκκλησίας τὸν τύπον δεχόμενον· ὅπου θυσιαστήριον μὲν ἡ φάτνη, ἐφημερευτὴς δὲ ὁ Ἰωσὴφ, διάκονοι δὲ οἱ ποιμένες, ἱερεῖς οἱ ἄγγελοι, ἀρχιερεὺς ὁ Κύριος, θρόνος ἡ Παρθένος, κρατῆρες οἱ μαζοὶ, ἀναβόλαιον ἡ ἐνανθρώπησις, ῥιπιστῆρες τὰ D χερουβὶμ, δίσκος τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὁ Πατὴρ δισκοκάλυμμα (94). Ὅτι δὲ τῆς Ἐκκλησίας τύπον προσ-

7. His pudefactus Joseph, duplici deinceps via incedebat, pedibus quidem terram vestigio calcans, cogitationibus autem nubes supergressus. Quid enim aliud agendum Josepho restabat, quam ut sursum mente degeret. Quandoquidem omne donum perfectum desuper datum est. Quamobrem deinceps Joseph una Virgini comes, et adjutor erat, atque futurarum spectator rerum. Non quod Virgini adjutore esset opus, nedum ei qui in Virgine gestabatur, quique omnium auxiliator erat et est, et ad quem exclamat ille qui ita vociferatur: « Auxilium meum a Domino qui fecit cœlum et terram [69]; » sed quod necesse esset, ad œconomiæ illius negotium, adjutorem Joseph esse, ut Virgo conjux reputaretur, ut diabolo lateret quod agebatur, neque rem gestam ille edisceret: qua ratione scilicet Deus cum hominibus conversari dignatus sit. Quid igitur Lucas evangelista? nam operæ pretium est videre et Joseph certiorem factum, et domicilium in quo peperit Virgo, quod Ecclesiæ typum gerit: ubi altare est præsepe; qui vice sua ministrat, Joseph; diaconi, pastores; sacerdotes, angeli; summus sacerdos, Dominus; thronus, Virgo; crateres, mammæ; vestis sacerdotalis, incarnatio; flabella, cherubim; discus, Spiritus sanctus; Pater autem disci operculum. Quod autem Ecclesiæ typum præfiguraret locus in quo Dominum peperit, audisti

[68] Luc. II, 14. [69] Psal. CXX, 2.

(87) Colb. 1, 2, περιβεβλημένον.
(88) Colb. 1, 2, μαίαις ὀφθήσομαι.
(89) Colb. 1, 2, φυλάττειν, Ἰωσὴφ, μέγα φρόνει· ἐγὼ γάρ σε φυλάττω, ὁ τὴν ἐμ. **Paulo post, iidem,** πάσης τῆς κτίσεως φύλαξ ὡς δημιουργός. **Editi,** ἀμπελοφύλαξ.
(90) Colb. 1, 2, ἰχνοβατῶν.
(91) Sic Colb. 1, 2. **In editis vero,** ἦν καὶ ἔστι **deest. Mox mss. ut in textu. Editi vero,** τοῦ Κυρίου τοῦ Ὑψίστου Ἀλλ' ὅτι. **Mox iidem,** ἀναγκαῖον πραγματείαν τῆς οἰκονομίας, πιστευθῆναι τὸν Ἰωσὴφ δῆλον ἐντεῦθεν ἔδει τὴνκ.
(92) Colb. 1, 2, κατασκιαζόμενον ὅπως μὴ μάθῃ τι γινόμενον (ὁ τύραννος Colb. 1,) πῶς Θεὸς μετὰ ἀνθ. ἀναστραφῆναι.
(93) Colb. 1, 2, ἰδεῖν τὸν Ἰωσὴφ χαρᾶς πληρούμενον.
(94) Colb. 1, 2, δισκοκάλυμμα ἐπισκιάζων τῇ ἰδίᾳ δυνάμει. Iidem, προσχάραξεν. Editi, προσεχάραξεν. **Ibidem,** ὁ τόπος **deerat in editis,** sed exstat in mss.

jamjam evangelistam Lucam dicentem : « Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diversorio [70]. »

ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, ὅτι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. »

8. O res admirabiles! papæ, quam exigua verba, quam magna mysteria! « Factum est, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. » O rem stupendam, Conditor temporum definitum tempus exspectat! Qui terminum tempori constituit, statutum mensium spatium exspectavit; ut nemo phantasiam aut speciem tantum illud esse existimaret. « Factum est, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret filium suum primogenitum : et pannis eum involvit et reclinavit eum in præsepio. » Perpende mysticum Virginis partum : ipsa peperit, ipsa pannis involvit. Inter feminas hujus sæculi alia parit, alia pannis involvit, apud Virginem non item ; ipsa peperit, ipsa pannis involvit : ipsa infatigabilis mater, ipsa obstetrix sine magistra, non **349** permisit quemquam impuris manibus partum intemeratum contingere; ipsa per sese curavit eum, qui ex se, et ante se, et propter se natus erat: «Et pannis eum involvit: et reclinavit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diversorio. » Vides' o dilecte, quomodo Ecclesiæ typum nobis jam ante depinxerit vile illud diversorium, ubi Virgo illa peperit quæ semel uterum gestavit, nec secunda vice genuit, nec contumeliæ notam sustinuit : licet insani quidam, quod audierint Lucam evangelistam sic loquentem : « Et peperit filium suum primogenitum, » secundum fuisse Virginis conceptionem docuerint, incorruptionem in corruptionem transmutantes : in suis dogmatibus ita loquentes : Nequaquam primogenitus dictus fuerit, nisi subsequatur alter. Adversarii autem nostri, non modo Lucam suæ pravitatis producunt testem; sed etiam evangelistam Mathæum qui ea ipsa enarret, et apertius adhuc affirmet, atque ejus voces impii illi proferunt, in scriptis suis ea loquentes quæ Joseph in visione accepisse scribitur, Matthæo evangelista dicente : « Apparuit autem angelus Domini in somnis Joseph, dicens : Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est. Surgens autem Joseph, ait, accepit Mariam conjugem suam; et non cognovit eam donec peperit filium suum primogenitum [71]. » Simili modo adversarii has voces mutuantur, ut gloriosam Virginem secundo peperisse doceant. Sed apage absurditatem : immaculatum prorsus permansit hoc virginale, et gloriosum

[70] Luc. II, 6, 7. [71] Matth. I, 20-25.

(95) Colb. 1, 2, αὐτὴν καὶ ἔτεκεν τὸν π. Paulo post iidem, διότι οὐκ ἦν.

(96) Colbertinus primus et secundus νομίσῃ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν. Ἔτεκε, φησὶ, τὸν Υἱὸν αὐτῆς.

(97) Colb. 1, εὐαγέσι χερσί. Infra post ἐξ αὐτῆς, legitur καὶ πρὸ αὐτῆς in codicibus mss., secus in editis.

A ἐχάραξεν ὁ τόπος, ἔνθα ἡ Παρθένος ἀπεκύησε τὸν Κύριον, ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ λέγοντος· « Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτὴν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν (95) πρωτότοκον· καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ

8. Ὦ τῶν παροδόξων πραγμάτων! βαβαὶ, πῶς μικρὰ τὰ ῥήματα, καὶ μεγάλα τὰ μυστηγωγήματα! « Ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν. » Ὦ τῶν παραδόξων πραγμάτων, ὁ τῶν χρόνων ποιητὴς ὡρισμένον χρόνον περιέμενεν! Ὁ ὁροθέτης τῶν χρόνων προθεσμιαν μηνῶν ἀνέμενεν, ἵνα μηδεὶς φαντασιαν ἢ δόκησιν νομίσῃ (96). « Ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτὴν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκκλινεν B αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ. » Βλέπε τὴν μυστισὴν ἀποκύησιν τῆς Παρθένου· αὕτη ἔτεκεν, αὕτη ἐσπαργάνωσεν. Ἐπὶ τῶν κοσμικῶν γυναικῶν ἀλλη τίκτει, καὶ ἀλλη σπαργανοῖ· ἐπὶ δὲ τῆς Παρθένου οὐχ οὕτως· αὕτη ἔτεκεν, καὶ αὕτη ἐσπαργάνωσεν· καὶ αὐτη ἄκοπος μήτηρ καὶ ἀδίδακτος μαῖα, οὐ συνεχώρησεν ἀνάγνοις χερσὶν (97) ἅψασθαί τινα τοῦ ἀχράντου τόκου· αὕτη διὰ ἑαυτῆς τὸν ἐξ αὐτῆς, πρὸ αὐτῆς καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἐθεράπευσεν· « Καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. » Εἶδες, ὦ φίλε, πῶς τῆς Ἐκκλησίας τὸν τύπον προανεζωγράφησε (98) τὸ εὐτελὲς καταγώγιον, ἔνθα ἡ Παρθένος ἔτεκεν, ἡ ἅπαξ κυοφορήσασα, καὶ δεύτερον μὴ γεννήσασα, καὶ ὕβρεως ἔμφασιν μὴ ὑπομείνασα· C εἰ καί τινες μανέντες, διὰ τὸ ἀκοῦσαι αὐτοὺς λέγοντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ· « Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, » καὶ δευτέραν σύλληψιν τῆς Παρθένου ἐδογμάτισαν (99), τὴν ἀφθαρσίαν εἰς φθορὰν μεταβάλλοντες· φάσκοντες ἐν τοῖς οἰκείοις δόγμασιν· Οὐκ ἂν λεχθείη πρωτότοκος, δευτέρου μὴ παρακολουθήσαντος. Οὐ μόνον δὲ οἱ ἐξ ἐναντίας τὸν Λουκᾶν τῆς οἰκείας ἀβελτηρίας προβάλλονται μάρτυρα, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον τὰ αὐτὰ μηνύοντα, καὶ ἔτι σαφέστερον παρεγγυῶντα· ὅθεν καὶ τὰς ἐκείνου λέξεις φανεροποιοῦσιν οἱ ἄθεοι, ἐν τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασι λέγοντες ἅπερ Ἰωσὴφ ἐν ὀπτασίᾳ (1) δεξάμενος ἀναγέγραπται, τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ματθαίου λέγοντος· « Ὤφθη δὲ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων· Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά D σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ (2) γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου· Ἀναστὰς δὲ, φησὶν, Ἰωσὴφ, παρέλαβε Μαριὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἐπορεύθησαν εἰς Αἴγυπτον· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. » Ὁμοίως καὶ

(98) Colb. 1, 2, προεζωγράφησεν.

(99) Σύλληψιν ἐδογμάτισκν τὴν Παρθένον ὑπομεῖναι. Sic Cslb. 1, 2.

(1) Ita Colb· 2, recte. Editi vero φαλὲν Ἰωσὴφ μετ' ὀπτασίαν.

(2) Sic Colb. 1, 2. Editi vero, λέγων· Ἀναστὰς παράλαβε Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου, διότι τὸ ἐν αὐτῇ.

(3) ταύτας τὰς λέξεις οἱ ἐξ ἐναντίας παρεγγυῶνται, ἐκ δευτέρου τὴν ἔνδοξον Παρθένον κυοφορῆσαι δογματίζοντες. Ἀλλ' ἄπαγε τῆς ἀτοπίας! ἀκηλίδωτον ἔμεινε πάντως τὸ παρθενικὸν καὶ ἔνδοξον κειμήλιον· οὐκ ἐμολύνθη ὁ δεύτερος οὐρανός· οὐκ ἠχρειώθη τὸ τοῦ Ὑψίστου θεοχώρητον σκεῦος. Πρωτότοκος ὁ Κύριος ἤκουσεν ἐκ τῆς Παρθένου· καὶ καλῶς ἤκουσεν· οὐχ ὅτι δεύτερόν τινα ὁμοιογενῆ προσεκαλέσατο· ἀλλ' ὅτι πρωτότοκος ὑπῆρχε, τουτέστιν ἀσύγκριτος. Οὐδὲ γὰρ (4), διὰ τὸ εἰπεῖν τὸ μακάριον Παῦλον περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀνάρχου γεννήσεως, ὅς ἐστι πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ἤδη καὶ ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου φυσικὸν συνέγραψεν· οὐδ' αὖ πάλιν ὁ αὐτὸς Παῦλος, τὸν αὐτὸν Κύριον πρωτότοκον παρεισήγαγε, παραπλησίως τὸν ἤδην πατήσαντα.

9. Διὸ ἄκουε συνετῶς, καὶ πίστευε θεοφιλῶς. Πρωτότοκος ὁ Κύριος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τῆς Παρθένου, ἵνα διὰ πάντων γνωσθῇ τὸ μοναδικὸν τῆς υἱότητος ἀξίωμα. Ἀσύγκριτος δὲ ὁ δεσποτικὸς τόκος· ὅπου γὰρ ἡ Μήτηρ Παρθένος, πῶς τόκος ἑρμηνευόμενος; Ὁμοίως καὶ τὸ εἰπεῖν τὸν εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον περὶ τοῦ Ἰωσήφ, ὅτι « Οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· » οὐκ ἐγίνωσκεν γὰρ αὐτὴν ἀληθῶς, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. Ἕως οὗ ἡ Παρθένος ἐκυοφόρει (5), οὐκ ἐγνώριζεν αὐτὴν ὁ Ἰωσήφ· οὐκ ᾔδει, τί τὸ ἐν αὐτῇ· οὐκ ᾔδει, τί τὸ πραγματευόμενον· οὐκ ᾔδει, τί τὸ κατασκευαζόμενον· μόνον γὰρ ἔτεκε, καὶ τότε ἐγνώρισε· τότε ἔγνω ὁ Ἰωσὴφ τίς (6) ἦν ἡ δύναμις τῆς Παρθένου, καὶ τί γενέσθαι κατηξιώθη· τότε ἔγνω, ὅτι μαζὸν ἐπέδωκε, καὶ φλεβοσυλίαν οὐχ ὑπέμεινε· τότε ἔγνω, ὅτι ἐξελύγευσε, καὶ τὰ τῶν λοχῶν οὐ κατενόησε· τότε ἔγνω, ὅτι θηλὺν παρεῖχεν ἡ ἀκρότομος πέτρα τῇ νοητῇ πέτρᾳ· τότε ἔγνω ὁ Ἰωσήφ, ὅτι περὶ αὐτῆς ἔγραψεν Ἡσαΐας· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. » Διὰ τὸ ἀσύγκριτον τοιγαροῦν πρωτότοκος ὁ Ἰησοῦς. Εἰ δὲ δεῖ ἐπαληθεῦσαι τῷ λόγῳ, ὁ αὐτὸς Κύριος καὶ Μονογενὴς ἐκ Πατρός· μόνος γὰρ ἐκ μόνου ἀνάρχως γεγέννηται· ὁ αὐτὸς Κύριος καὶ Μονογενὴς καὶ πρωτότοκος· Μονογενὴς ἐκ τοῦ Πατρὸς, Μονογενὴς ἐκ τῆς μητρὸς, διὰ τὸν ὅρον τῆς οἰκονομίας. Ἔχει γὰρ πολλοὺς ἀδελφοὺς, οὐ φύσει, ἀλλὰ χάριτι, καὶ ἐν τῇ Παρθένῳ καὶ ἐν τῷ Πατρί. Ὁμοίως καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει ἔχει ἀδελφοὺς ὁ Κύριος· καὶ τίνες οὗτοι; Πρὸ πάντων οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, πρὸς οὓς ὁ Κύριος ἔφη· « Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν· » πρὸς οὓς ὁ Κύριος ἔφη· « Ὑμεῖς δὲ, προσευχόμενοι, λέγετε· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς (7), ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, » ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A cimelium : nequaquam pollutum fuit secundum cœlum : nequaquam profanatum fuit vas illud, quod Deum altissimum continuit. Dominus primogenitus ex Virgine audivit, ac probe audivit ; non quod secundum ex eodem genere acciverit ; sed quia primogenitus, id est incomparabilis erat. Neque enim quia B. Paulus de æterna Domini ex Patre generatione ait : « Qui est primogenitus omnis creaturæ [72], » naturalem statim Domini fratrem conscripsit : neque rursum ipse Paulus, cum ipsum Dominum primogenitum ex mortuis vocavit, statim alium Domino similem induxit, qui pari modo infernum conculcaverit.

8. Ἀπολλ. Εἰ (89) ὁ Θεὸς ἐν Ἰησοῦ, οὐ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα, ἀλλὰ διὰ τὸν ἐν αὐτῷ. Δι' αὐτοῦ δὲ τὰ πάντα· οὐκ ἄρα Θεὸς ἐν Ἰησοῦ, ἀλλ' αὐτὸς Θεός ἐστιν. Ὀρθ. Ὁ Θεὸς Λόγος, ἐνυπόστατος ὢν Θεὸς, μετασχὼν ἀνθρωπότητος, Ἰησοῦς ἐκλήθη. Μὴ οὖν λέγε, Θεὸς ἦν ἐν Ἰησοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεὸς Ἰησοῦς ἐκλήθη. Διὸ καὶ αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς, δι' οὗ τὰ πάντα. Ὁ γὰρ νῦν κληθεὶς Ἰησοῦς διὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Θεὸς δὲ (90) Λόγος ὢν καὶ πρὸ τῆς τοῦ ὀνόματος κλήσεως, καὶ μετὰ τὴν τοῦ ὀνόματος κλῆσιν, αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς, δι' οὗ τὰ πάντα, Θεὸς ὢν κατὰ Πνεῦμα, ἄνθρωπος δὲ διὰ τὴν τοῦ δούλου μορφήν· διὸ καὶ αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς, δι' οὗ τὰ πάντα. B

8. *Apoll.* Si Deus est in Jesu, non sunt per ipsum omnia, sed per eum, qui in ipso est. At omnia sunt per ipsum : non est igitur Deus in Jesu, sed est ipse Deus. *Orth.* Deus Verbum reipsa subsistens Deus, particeps humanæ naturæ factum, vocatus est Jesus. Ne igitur dicito, Deus erat in Jesu, sed ipse Deus vocatus est Jesus, ideoque ipse est Jesus per quem omnia. Nam qui nunc Jesus propter humanam naturam vocatur, est autem Deus Verbum et ante et post istud cognomentum, est ipse Jesus per quem omnia; ut qui sit et secundum Spiritum Deus, et propter servi formam homo; quamobrem etiam ipse est Jesus, per quem omnia.

9. Ἀπολλ. Ὁ ἐξ ἁμαρτίας σώζων ὑπὲρ ἁμαρτίαν ἐστίν, Καὶ σώζει Χριστός. Οὐδεὶς δὲ ἀνθρώπων ὑπὲρ ἁμαρτίαν· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ὁ Χριστός. Ὀρθ. Οὐ γὰρ ἄνθρωπος ψιλὸς ὁ Χριστός· οὐδὲ γὰρ ἦν Χριστὸς αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, εἰ ψιλὸς ἦν ἄνθρωπος. Διὰ δὲ τοῦτο ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου Χριστὸς, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς Λόγος, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐγένετο Χριστὸς ἄνθρωπος. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ προφήτης λέγει. « Καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τις γνώσεται αὐτόν; » καὶ αὐτὸς ὁ Χριστός· « Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; » ἵνα νοήσωμεν τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον διὰ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ Θεὸν διὰ τὴν θεότητα· ὡς τὸν ἄνθρωπον νοοῦμεν λογικὸν διὰ τὸ λογιστικὸν, καὶ ζῶον διὰ τὸ ζωτικόν. C

9. *Apoll.* Qui servat a peccato, superior est peccato. Servat autem Christus, et nullus homo superior est peccato. Non est igitur Christus homo. *Orth.* Non est sane Christus nudus et duntaxat homo. Neque enim si duntaxat homo fuisset, sustulisset peccatum mundi. Per hoc autem Christus sustulit mundi peccatum, quod Deus Verbum accepta servi forma factus sit Christus homo. Ideo dicit propheta : « Etiam homo est, et quis cognoscet ipsum? » Christus ipse : « Quid me quæritis interficere hominem qui veritatem vobis locutus sum [90]? » ut Christum noverimus hominem propter humanam naturam, et Deum propter deitatem : sicut hominem novimus rationalem propter animam ratiocinantem, et animal propter animalitatem.

10. Ἀπολλ. Πᾶς ἄνθρωπος διάστασιν ἔχει σαρκὸς πρὸς νοῦν· Χριστὸς δὲ οὐκ ἔχει· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ὁ Χριστός. Ὀρθ. Εἰ πᾶς ἄνθρωπος διάστασιν ἔχει σαρκὸς πρὸς νοῦν, εἷς δὲ τῶν ἀνθρώπων καὶ Ἠλίας ὁ ἀναληφθεὶς, καὶ πιστευόμενος παρ' ἡμῖν μέχρι τοῦ παρόντος ἐν σαρκὶ, διαστασιάσει αὐτῷ ἡ D

10. *Apoll.* In omni homine dissidet mens a carne : in Christo vero non dissidet. Non est igitur homo Christus. *Orth.* Si in omni homine dissidet mens a carne, unus autem hominum est Elias ille sursum abreptus, qui a nobis creditur in carne hactenus esse, dissidebit etiam in eo mens a carne.

[90] Joan. VII, 20; VIII, 40.

(88) Τριακονταετὴς νῦν γεγ. mss.
(89) Εἰ deest in mss.
(90) Δέ abest a Palat.

Quod si in illo mens a carne non dissidet : certe non in omni homine mens a carne dissidet. Multo magis igitur qui est ipsius Eliæ Dominus, non habet mentis et carnis dissidium, sed nobis in omnibus, quod ad naturam humanam attinet, excepto peccato, similis, et misericors ac fidelis pontifex factus, est idem vere Deus et homo.

A σὰρξ πρὸς τὸν νοῦν. Εἰ δὲ μὴ διαστασιάζει τῷ νῷ αὐτοῦ ἡ σὰρξ, οὐκ ἄρα πᾶς ἄνθρωπος διάστασιν ἔχει σαρκὸς πρὸς τὸν νοῦν. Πολλῷ οὖν πλείω ὁ τοῦ Ἠλία Δεσπότης οὐκ ἔχει διαστασιάζουσαν τὴν σάρκα πρὸς τὸν νοῦν· ἀλλὰ ἐν πᾶσιν ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα ὁμοιωθεὶς χωρὶς ἁμαρτίας, ἐλεήμων καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς γενόμενος, ἔστιν ἀληθῶς ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος.

11. *Apoll.* Omnis homo ut virtute perficiatur carnem mortificat. At Christus non mortificat.Non est igitur homo Christus. *Orth.* Qua mortificatione Joannes carnem suam mortificavit subsiliens in utero, et exsultare visus? Quod si etiam concederetur omnem hominem, ut virtute perficiatur, carnem suam mortificare, at certe jam perfectus, et in cœlis versans, ipsi vivificationem parat per inhabitantem in ipso Spiritum, ut postquam virtute perfectus fuerit, dicat : « Cursum consummavi [91].» Cæterum Christus perfectus non evasit ulla exercitatione, sed in ipso conceptu ex ipsa unitione, natus Emmanuel, Deus et homo est : quamobrem etiam Deipara est Maria.

B

11. Ἀπολλ. Πᾶς ἄνθρωπος νεκροῖ τὴν σάρκα πρὸς τὸ τελειωθῆναι κατ' ἀρετήν· Χριστὸς δὲ οὔ· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ὁ Χριστός. Ὀρθ. Ποίᾳ νεκρώσει ἐνέκρωσεν ἑαυτοῦ τὴν σάρκα ὁ Ἰωάννης, σκιρτῶν ἐν κοιλίᾳ, καὶ ὀφθεὶς ἐν ἀγαλλιάσει; Εἰ δὲ καὶ δοθείη, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος νεκροῖ τὴν σάρκα πρὸς τὸ τελειωθῆναι κατὰ ἀρετήν, ἀλλὰ τελειωθείς, καὶ ἐν οὐρανῷ πολίτευμα ἔχων, ζωοποιεῖσθαι αὐτὸν παρασκευάζει διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ Πνεύματος, ὡς ἐν ἀρετῇ τελειωθέντα λέγειν· « Τὸν δρόμον τετέλεκα. » Χριστὸς δὲ οὐκ ἐξ ἀσκήσεως τετελείωται, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ συλλήψει ἐξ ἑνώσεως Ἐμμανουὴλ τεχθείς, Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος· διὸ καὶ Θεοτόκος ἡ Μαρία.

12. *Apoll.*Nullius hominis caro dicta est e cœlo : Christi vero caro dicta est e cœlo esse. Itaque non est Christus homo secundum deitatem, quæ carnem assumpserit. Sic ergo etiam e cœlo esse dicitur, quod unita sit ei qui est e cœlo. *Orth.* Nihil potuit magis ridiculum dici.Nam si caro propterea dicitur e cœlo esse, quod unita sit ei qui est e cœlo, non est ipsa e cœlo. Sicut ergo carnem, quæ e cœlo non est, dicis esse e cœlo, ita etiam Scriptura homines cœlestes dicit e cœlo esse, quod cœlestia sapiant. Audi, et soluta fuerit tua **467** propositio, sive compendiaria tuorum argumentorum subductio, quo nomine tractationem istam inscripsisti. Cæterum Christus dictus homo e cœlo, non dictus est, ut omnes homines, cœlestis, quod cœlestia saperet, sed ob divinam et adorandam unitionem Dei eum servi forma, ut idem sit et Deus et homo.

C

12. Ἀπολλ. Οὐδενὸς ἀνθρώπου ἡ σὰρξ ἐξ οὐρανοῦ λέλεκται· Χριστοῦ δὲ ἡ σὰρξ ἐξ οὐρανοῦ εἴρηται· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν θεότητα τὴν προσλαβοῦσαν τὴν σάρκα. Οὕτως οὖν καὶ ἐξ οὐρανοῦ λέγεται, διὰ τὸ ἡνῶσθαι τῷ ἐξ οὐρανοῦ. Ὀρθ. Οὐδὲν γελοιότερον. Εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ἐξ οὐρανοῦ λέγεται διὰ τὸ ἡνῶσθαι τῷ ἐξ οὐρανοῦ, οὐκ ἐξ οὐρανοῦ ἡ σάρξ. Ὥσπερ οὖν τὴν μὴ οὖσαν ἐξ οὐρανοῦ, λέγεις ἐξ οὐρανοῦ· οὕτω καὶ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐπουρανίους ἡ Γραφὴ λέγει διὰ τὸ οὐράνιον φρόνημα ἐξ οὐρανοῦ. Ἄκουε, καὶ λέλυται σου ἡ πρότασις, ἤγουν (91) ἀνακεφαλαίωσις, ὡς αὐτὸς ὠνόμασας ἐπιγράψας. Χριστὸς δὲ, ἐξ οὐρανοῦ λεγόμενος ἄνθρωπος, οὐ διὰ τὸ φρόνημα καθάπερ πάντες ἄνθρωποι, ἐπουράνιος κέκληται, ἀλλὰ διὰ τὴν θείαν καὶ προσκυνουμένην ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὴν τοῦ δούλου μορφήν, ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ Θεόν καὶ ἄνθρωπον.

13. *Apoll.* Nullus homo vivificat : nec enim ullus homo est Christus : at Christus vivificavit. Non est igitur homo Christus. *Orth.* At Christus idcirco vivificat, quia Deus Verbum accepta servi forma, vocatus est Christus.

13 Ἀπολλ. Οὐδεὶς ἀνθρώπων ζωογονεῖ· οὐ γάρ ἐστι Χριστός· Χριστὸς δὲ ζωογονεῖ· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ὁ Χριστός. Ορθ. Χριστὸς δὲ διὰ τοῦτο ζωογονεῖ, ἐπειδὴ Θεὸς Λόγος, μορφὴν δούλου λαβὼν ἐκλήθη Χριστός.

14. *Apoll.* Nulli hominum convenit nomen quod est supra omne nomen, et gloria quæ solius est Dei. At Christo convenit ; non est igitur homo Christus. *Orth.* Hoc quoque dixeris de virgine Maria.Nulli hominum convenit, ut Virgo sit et pariat. Maria vero,Virgo cum esset, peperit : Maria igitur non est homo. Sed et tuum sophisma sic prorsus redarguetur. Nulli quippe homini vere convenit nomen, quod est super omne nomen, et gloria,quæ solius est Dei : quoniam nullus hominum est Christus, ex unitione, Dei Verbi et servili forma.

D

14. Ἀπολλ. Οὐδενὶ ἀνθρώπων ἁρμόζει ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, καὶ ἡ δόξα ἡ τοῦ μόνου Θεοῦ· Χριστῷ δὲ ἁρμόζει· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ὁ Χριστός. Ὀρθ. Τοῦτο ἂν εἴποις καὶ περὶ τῆς Παρθένου Μαρίας. Οὐδενὶ ἀνθρώπων ἁρμόζει τὸ παρθένον οὖσαν τεκεῖν· Παρθένος δὲ οὖσα ἔτεκεν ἡ Μαρία· οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ἡ Μαρία. Ὅλως δέ σου καὶ οὕτως ἐλεγχθήσεται τὸ σόφισμα. Οὐδενὶ γὰρ ἀληθῶς ἁρμόζει τῶν ἀνθρώπων ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, καὶ ἡ δόξα ἡ τοῦ μόνου Θεοῦ· ἐπειδὴ οὐδεὶς ἀνθρώπων Χριστὸς ἐξ ἑνώσεως Θεοῦ Λόγου καὶ μορφῆς δουλικῆς.

[91] II Tim. IV, 7.

(91) Mss., ἤτουν.

15. Ἀπολλ. Εἰ ὁ Θεὸς ἐν ἀνθρώπῳ κατῴκησεν, οὐκ ἐκενώθη· ἐκενώθη δὲ ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ, μορφὴν δούλου λαβών· οὐκ ἄρα ἐν ἀνθρώπῳ κατῴκησεν. Ὀρθ. Οὐ γὰρ ἐν ἀνθρώπῳ ἁπλῶς κατῴκησεν ὁ Θεὸς Λόγος, ἀλλὰ καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος, μετασχὼν αἵματός καὶ σαρκὸς, τουτέστιν ἀνθρωπότητος· διὰ τοῦτο Χριστὸς οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ἀλλ' ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος.

16. Ἀπολλ. Θεὸς, ἐν ἀνθρώπῳ κατοικῶν, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος· Πνεῦμα δὲ, σαρκὶ (92) ἡνωμένον, ἄνθρωπος. Χριστὸς, ὡς εἴρηται, ὁμωνύμως· Πνεῦμα ἄρα θεῖόν ἐστιν ἡνωμένον σαρκί. Ὀρθ. Ἱδολέσχησας. Οὐ γὰρ Πνεῦμα σαρκὶ ἡνωμένον πάντως ἄνθρωπός ἐστιν· ἀλλ' ἐγχωρεῖ καὶ βοῦν εἶναι καὶ ὄνον, καὶ πᾶν εἴ τί ἕτερον τῶν σαρκικῶν ζώων. Ἵνα δέ σοι δοθῇ (93) καὶ τὸ θεῖον εἶναι Πνεῦμα σαρκὶ ἡνωμένον, ἀνάγκη πᾶσα, γενόμενον ἄνθρωπον ἐκ γυναικὸς τὸν Θεὸν Λόγον, Πνεύματι σαρκὶ ἡνωμένῳ ἑνωθῆναι, ἵνα ἄνθρωπος γένηται. Πῶς γὰρ οὖν ἠδύνατο μὴ ἑνωθεὶς ἀνθρώπῳ; Ὁμωνύμως δὲ οὐκ ἂν εἴποιμεν τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον, ἵνα μὴ κατὰ φαντασίαν νομισθῇ ἄνθρωπος, μόνον τὸ ὄνομα κοινὸν ἔχων.

17. Ἀπολλ. Ἀνθρώπου τὸ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, Θεοῦ δὲ τὸ ἀναστῆσαι· ἑκάτερα δὲ Χριστός· Θεὸς ἄρα καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. Ὀρθ. « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, » ὅτι καὶ ἄκων τὴν ἀλήθειαν ὡμολόγησας. Ἔδει γὰρ τὸν ἀνιστάμενον εἶναι καὶ τὸν ἀνιστῶντα. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἂν εἴη Θεὸς καὶ σὰρξ μὴ ἑνωθεὶς σαρκὶ, οὐδὲ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, μὴ ἑνωθεὶς ἀνθρώπῳ.

18. Ἀπολλ. Εἰ μόνος ἦν ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, ἢ εἰ μόνον Θεὸς, οὐκ ἂν ἦν μέσος Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Ὀρθ. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἐν πᾶσι τούτοις, ὅτιπερ ὡμολόγησας μήτε μόνον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν εἶναι, μήτε μόνον Θεόν. Ὁ γὰρ Θεὸς Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος κοινὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ κοινὸς ἀνθρωπός ἐστιν, καὶ οὐκ ἔστι Θεός. Θεὸς ἀνθρώπῳ ἑνωθεὶς Χριστός ἐστι, μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος.

19. Ἀπολλ. Εἰ μόνον ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, οὐκ ἂν ἔσωζε τὸν κόσμον· καὶ εἰ μόνον Θεὸς, οὐκ ἂν διὰ πάθους ἔσωζεν· ἑκάτερα δὲ Χριστός· καὶ Θεὸς ἄρα ἐστὶ καὶ ἄνθρωπος. Ὀρθ. Καὶ νῦν εὐγνωμόνως. Ἀνάγκη γὰρ τῷ πάθει ἀνθρωπότητα ὑποκεῖσθαι, καὶ τῆς ζωῆς θεότητα ἡγεῖσθαι. Οὔτε οὖν ἐζωοποίει, μὴ ὢν Θεὸς, οὔτε ἔπασχεν ἑκουσίως μὴ ὢν ἄνθρωπος· ἀμφότερα δὲ Χριστὸς, καὶ ἔπαθε καὶ ἐζωοποίει· Θεὸς ἄρα ἐστὶ καὶ ἄνθρωπος.

20. Ἀπολλ. Εἰ μόνον ἄνθρωπος ἦν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἂν ἐζωοποίει τοὺς νεκρούς· καὶ εἰ μόνον Θεὸς, οὐκ ἂν ἰδίᾳ παρὰ τὸν Πατέρα ἐζωοποίει τινὰς τῶν νεκρῶν· ἑκάτερα δὲ Χριστός· Θεὸς ἄρα καὶ ἄνθρωπος

A 15. *Apoll.* Si Deus habitavit in homine, non fuit exinanitus. At exinanitus est, qui in forma Dei accepit servi formam. Non igitur habitavit in homine. *Orth.* Nempe Deus Verbum non simpliciter habitavit in homine, sed etiam factus est homo, particeps sanguinis et carnis, id est humanæ naturæ : ideoque Christus, non est duntaxat homo, sed idem Deus et homo.

16. *Apoll.* Deus habitans in homine, non est homo : sed Spiritus unitus carni, est homo. At Christus est homo æquivoce, sicut dictum est. Divinus ergo Spiritus est carni unitus. *Orth.* Nugaris. Nec enim si Spiritus carni uniatur, est protinus homo, sed potest etiam esse bos et asinus, et quodvis aliud carneum animal. Ut vero tibi concedatur divinum quoque Spiritum unitum fuisse B carni, omnino tamen necesse fuit Deum Verbum, cum sit factus homo ex muliere, Spiritui carni unito uniri, ut homo fieret. Quomodo enim fieri homo potuisset non unitus homini? Christum autem nequaquam dixerimus hominem esse æquivoce, ne specie et communi nomine tenus homo censeatur.

17. *Apoll.* Hominis est resurgere a mortuis, Dei vero excitare a mortuis. Utrumque convenit Christo. Idem ergo est Deus et homo, *Orth.* « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax [93], » quod etiam invitus veritatem professus fueris. Oportuit enim Christum esse utrumque, id est, et eum qui resurgeret, et eum qui excitaret. Et quemadmodum non esset Deus et caro, nisi unitus esset carni ; ita non C esset Deus et homo, nisi unitus esset homini.

18. *Apoll.* Si Christus esset tantum homo, vel tantum Deus, non esset medius inter Deum et homines. *Orth.* Benedictus sit Dominus in his omnibus, quod etiam sis confessus Christum, nec tantum esse Deum, nec tantum esse hominem. Deus enim est Deus, neque homo communis est : et homo communis, est homo, at non Deus. Unitus Deus homini est Christus, mediator Dei et hominum, ipse et Deus et homo.

19. *Apoll.* Si tantum homo fuisset Christus, non servasset mundum. At si tantum fuisset Deus, non servasset per passionem. Utrumque convenit Christo. Est igitur et Deus et homo. *Orth.* Et hoc quoque probe. Fuit enim necesse humanam naturam D substerni passioni, et deitatem ducem esse ad vitam. Itaque nisi Deus esset, non vivificaret, et nisi fuisset homo non passus fuisset volens. Utrumque vero Christo convenit, nam passus est et vivificavit : est igitur et Deus et homo.

468 20. *Apoll.* Si Christus homo tantum fuisset, non vivificasset mortuos : et si tantum Deus fuisset, nullos mortuos seorsim a Patre vivificasset. Utrumque vero fecit Christus. Idem igitur

[93] Luc. II, 14.

(92) Palat., ἡνωμένον ἐστὶν ἡνωμένον σαρκί.
(93) Mss. δοθῇ καὶ ἀνθρώπινον εἶναι Πνεῦμα, sed, καὶ Θεὸν, secunda manu.

est Deus et homo. *Orth.* Christus quidem non tantum fuit homo,Nam ne Christus quidem fuisset, si tantum fuisset homo.Vivificans tamen mortuos, minime ipsos vivificavit seorsim a Patre. Quomodo enim dixisset, « Pater in me manens, ipse facit opera [93], » si seorsim a Patre vivificasset. Itaque etiamsi dicat, « Sicut Pater excitat mortuos et vivificat, ita et Filius, quos vult vivificat [94], » non dicit se hoc facere quapiam efficacia separatim a Patre, sed ita loquitur, ut nos doceat suæ hypostaseos perfectionem in sese absolutam. Nec enim alios quidem mortuos excitat et vivificat Pater, alios vero Filius.

A ὁ αὐτός. Ὀρθ. Οὐ μόνον μὲν ἄνθρωπος ἦν ὁ Χριστός· οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν Χριστὸς, εἰ μόνον ἦν ἄνθρωπος· ζωοποιῶν δὲ τοὺς νεκροὺς, οὐκ ἰδίᾳ παρὰ τὸν Πατέρα ζωοποιεῖ. Πῶς γὰρ ἔλεγεν, « Ὁ Πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτὸς, » εἴπερ ἰδίᾳ παρὰ τὸν Πατέρα ζωοποιεῖ ; κἂν τοίνυν λέγῃ, « Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ Υἱὸς, οὓς θέλει ζωοποιεῖ, » οὐ κεχωρισμένως (93*) τοῦ Πατρὸς κατ' ἐνέργειαν τοῦτο ποιεῖν λέγει, ἀλλὰ τὸ αὐτοτελὲς τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως διδάσκων ἡμᾶς. Οὐ γὰρ ἄλλους ἐγείρει ὁ Πατὴρ νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, καὶ ἄλλους ὁ Υἱός.

21. *Apoll.* Homo actus a Deo non est Deus, sed corpus Deo conjunctum est Deus. At Christus est Deus. Non est igitur homo actus a Deo,sed corpus cum Deo compositum. *Orth.* Non est quidem Christus homo actus a Deo,sed Deus homini,ut tu ipse nominasti, conjunctus. Nam si potest corpus Deo conjungi,potest etiam totus homo Deo conjungi,et idem esse Deus et homo, sicut caro et Deus ipse est. Quid porro dicere voluisti cum diceres, corpus Deo conjunctum Deus, ignoro. Corpus enim vocas Deum, ideoque corpus non est : vel Deum corpus vocas Deum propter illud, quod est ei conjunctum sive compositum. Quomodo vero Deus sit natura, qui alicujus causa Deus sit ? Nos vero Christum non dicimus esse Deum ob illam cum corpore sive homine conjunctionem : sed Deum propter naturam, quam ex Patre habet : Christum vero propter servi formam, unionem, sive compositionem, ut tu ipse appellasti.

B 21. Ἀπολλ. Ἄνθρωπος, ὑπὸ Θεοῦ ἐνεργούμενος, οὐ Θεός· σῶμα δὲ συναφθὲν Θεῷ, Θεός· Θεὸς δὲ ὁ Χριστός· οὐκ ἄρα ὑπὸ Θεοῦ ἐνεργούμενος ἄνθρωπος, ἀλλὰ σῶμα πρὸς Θεὸν συντεθέν. Ὀρθ. Οὐκ ἄνθρωπος μὲν ὑπὸ Θεοῦ ἐνεργούμενος ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ Θεὸς ἀνθρώπῳ, ὡς αὐτὸς ὠνόμασας, συντεθεὶς, ἤγουν (94) ἑνωθείς. Εἰ γὰρ δύναται σῶμα Θεῷ ἑνωθῆναι, ἤγουν συντεθῆναι δύναται, καὶ ὅλος ἄνθρωπος συντεθῆναι Θεῷ, καὶ εἶναι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός, ὡς σὰρξ καὶ Θεὸς ὁ αὐτός. Τί δὲ καὶ λέγειν ἠθέλησας, σῶμα Θεῷ συναφθὲν Θεὸς, λέγων, ἀγνοῶ (95). Τὸ γὰρ σῶμα Θεὸν λέγεις, καὶ οὐκ ἔστι σῶμα· ἢ τὸν Θεὸν διὰ τοῦτο Θεὸν, διὰ τὸ συναφθὲν, ἤγουν (96) συντεθέν. Καὶ πῶς φύσει Θεὸς, ὁ διά τι Θεός ; Ἡμεῖς δὲ οὐ διὰ τὴν πρὸς τὸ σῶμα σύνθεσιν Θεὸν λέγομεν, οὔτε διὰ τὴν πρὸς ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν διὰ τὴν φύσιν τὴν ἐκ Πατρός· Χριστὸν δὲ διὰ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, ἕνωσιν, ἤγουν σύνθεσιν, ὡς αὐτὸς ὠνόμασας.

22. *Apoll.* Si Dei templum natum est ex Maria, supervacanea est nova illa nativitas ex Virgine, cum absque ejusmodi nativitate homines quoque sint Dei templa.*Orth.* Oppugna sacra Evangelia, ut audias : « Durum est tibi contra stimulum calcitrare [95].» Audi enim Dominum dicentem : « Solvite templum hoc,et in tribus diebus excitabo illud [96].» Etiamsi vero nonnulli homines sint templa,non tamen ita sunt templa, tanquam etiam Christi : nec quisquam eorum est Christus conjunctus cum Deo Verbo ; nolo enim discedere a tuo vocabulo, ut te ex tuo ipsius ore in sententiam meam adducam. Hic autem templum conjunctum cum Deo Verbo, Christus videlicet, natum est ex Virgine eo modo, qui Deum decebat.

C 22. Ἀπολλ. Εἰ Θεοῦ ναὸς ἐγεννήθη ἐκ τῆς Μαρίας, περιττὴ ἡ καινότης τῆς ἐκ Παρθένου γεννήσεως· ναοὶ γὰρ Θεοῦ καὶ ἄνευ ταύτης ἄνθρωποι. Ὀρθ. Μάχου τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις, ἵνα ἀκούσῃς· « Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. » Καὶ ἄκουε τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Εἰ δέ τινες ἄνθρωποι ναοὶ, ἀλλ' οὐχ οὕτω, ὡς καὶ Χριστοί· οὐδεὶς δὲ αὐτῶν συντεθεὶς τῷ Θεῷ Λόγῳ Χριστός· οὐκ ἀναχωρῶ γὰρ τῆς σῆς ἀνομασίας, ἵνα σε ἐκ τοῦ σοῦ στόματος πείσω· ἐνταῦθα δὲ συντεθεὶς ναὸς Θεῷ Λόγῳ (97), ἐγεννήθη Χριστὸς θεοπρεπῶς ἐκ Παρθένου.

23. *Apoll.* Si talis est natura Christi, qualis et nostra est : vetus homo est anima vivens, et non spiritus vivificans, nec qui talis est, vivificabit. At Christus vivificat, estque Spiritus vivificus. Non est igitur nostræ naturæ. *Orth.* Adhuc, quid sit Christus ignoras. Nescis enim duarum naturarum esse unionem,et neque solum Deum, neque solum

D 23. Ἀπολλ. Εἰ ἡ αὐτὴ φύσις Χριστοῦ, οἵα καὶ ἡ ἡμῶν, ὁ παλαιὸς ἐστιν ἄνθρωπος ψυχὴ ζῶσα, καὶ οὐ πνεῦμα, ζωοποιοῦν· καὶ ὁ τοιοῦτος οὐδὲ ζωοποιήσει· ζωοποιεῖ δὲ Χριστὸς, καὶ Πνεῦμα ζωοποιοῦν ἐστιν· οὐκ ἄρα τῆς ἡμετέρας ἐστὶ φύσεως. Ὀρθ. Ἔτι τὸ Χριστὸς οὐ νενόηκας. Οὐ γὰρ ἔγνως, ὅτι δύο ἐστὶ φύσεων ἕνωσις, καὶ οὔτε μόνος ὁ Θεὸς Χριστὸς λέ-

[93] Joan, xiv, 10. [94] Joan. v, 21. [95] Act. ix, 5. [96] Joan. ii, 19.

(93*) Palat., κεχωρισμένος.
(94) Mss., ἤτουν, hic et mox.
(95) Mss., Θεὸς ἐκὼν ἀγνοῶ.
(96) Mss., ἤτουν, et infra similiter.
(97) Mss., Θεῷ Χριστῷ.

γετοι, οὔτε μόνος ἄνθρωπος. Εἰ γὰρ τοῦτο ἔγνως, ἐγίνωσκες, ὅτι κατὰ μὲν τὴν ἀνθρωπότητα τὴν αὐτὴν ἡμῖν φύσιν ἔχει, κατὰ δὲ τὴν θεότητα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ τῆς ἑνώσεως γενομένης, Θεὸς ὁμολογεῖται καὶ δοξάζεται, καὶ διὰ τοῦτο ζωοποιεῖ, καὶ Πνεῦμα ζωοποιοῦν ἐστιν, τῷ τῆς θεότητος λόγῳ· οὔτε δὲ ἡμῖν κατὰ τὸ συναμφότερον.

24. Ἀπολλ. Διὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ζῇ Χριστὸς, ἢ διὰ χάριν Θεοῦ. Εἰ μὲν διὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, Θεός ἐστιν· εἰ δὲ διὰ χάριν Θεοῦ, οὔτε ὑπὲρ ἡμᾶς ἐστιν, οὔτε ζωοποιήσει ἡμᾶς. Ὀρθ. Χριστὸς ἐν πρόσωπόν ἐστιν συντεθὲν ἐκ Θεοῦ καὶ ἀνθρωπότητος ὡς πᾶς ἄνθρωπος ὁ κοινὸς ἐκ ζώου καὶ λογικοῦ. Καὶ διὰ τὴν ἐκ Πατρὸς φύσιν ζωοποιήσει ἡμᾶς, ἐπειδὴ ζωή ἐστιν ἐνυπόστατος μορφωθεῖσα τῇ τοῦ δούλου μορφῇ.

25. Ἀπολλ. Εἰ μὲν ὡς προαιρέσει κάλλιον, τοῦτο δεδύνηται πῶς; Προαίρεσις γὰρ ἀνθρώπου δικαιοσύνην ἀληθινὴν οὐ κατορθοῖ. Εἰ δὲ ὡς φύσει δίκαιος, Θεός ἐστιν· εἰ δὲ ὡς ἐνεργείᾳ δικαιούμενος τῇ ἐκ Θεοῦ, αὐτὸς δὲ ἀνενέργητος, καλλίους οἱ ἐνεργοῦντες. Ὀρθ. Καὶ πῶς οὐ κατώρθωσαν δικαιοσύνην ἀληθινὴν (98) οἱ ἀκούσαντες· « Καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ; » καὶ, « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου; » Καὶ εἰ κατώρθωσαν δὲ δικαιοσύνην ἀληθινὴν (99), ἀλλ' οὐκ εἰσὶν αὐτοδικαιοσύνη. Ὁ δὲ Θεὸς Λόγος, αὐτοδικαιοσύνη ὤν, μορφὴν δούλου λαβὼν, « ἐγένετο ἡμῖν δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις. » Ὁ ὢν δικαιοσύνη, ἐγένετο δικαιοσύνη κατὰ τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον, ἵνα ἡμᾶς τοὺς μὴ ὄντας δικαιοσύνην, δικαιώσῃ τῇ ἑαυτοῦ χάριτι. Καὶ ἔστιν ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος (1)· ὡς μὲν Θεὸς, δικαιοσύνη ὤν· ὡς δὲ ἄνθρωπος, γινόμενος δικαιοσύνη, ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον· « Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. »

26. Ἀπολλ. Εἰ συμπέπλεκται Θεῷ ἄνθρωπος, ἐν Χριστῷ αὐτὸς καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐνομοθέτει, ἢ οὔ; Ἀλλ' εἰ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ, Θεός· εἰ δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, πῶς οὐκ ἔλεγε, « Τάδε λέγει Κύριος, » ἀλλ' « Ἐγὼ λέγω ὑμῖν; » πῶς δὲ οὐκ ἦν κεχωρισμένος τοῦ λέγοντος ὁ μὴ λέγων; Ὀρθ. Εἰ μὲν ἄλλο πρόσωπόν ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐ συμπέπλεκται Θεῷ ἠρώτηκας ἀνακολούθως· εἰ δὲ αὐτὸς ὁ Χριστός ἐστι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, τίς ἡ περισσεία τοῦ μόχθου τῆς ἐρωτήσεως; Πόθεν δὲ τὸ συμπέπλεκται λαβὼν, ἠρώτησας, μηδαμοῦ τῆς Γραφῆς οὕτω (2) λεγούσης; Κἂν τε δὲ, Συμπέπλεκται, θέλῃς λέγειν, κἂν τε, ὡς ἡ Γραφὴ εἶπεν, Ἔλαβεν, κἂν τε, Ἐγένετο, Θεός ἐστι Λόγος, μορφὴν δούλου λαβὼν, Χριστὸς ὀνομαζόμενος, καὶ ὤν, καὶ πιστευόμενος·

A hominem dici Christum. Nam si hoc scires, nosses eum, quatenus quidem homo est, eadem atque nos natura, quatenus autem Deus est, eadem atque Deum Patrem natura præditum esse: et post factam unitionem Deus declaratur et glorificatur, ideoque vivificare, et Spiritum esse vivificantem, habita deitatis ratione : neque nobis similem esse utriusque naturæ simul consideratæ respectu.

24. *Apoll.* Aut ex sua ipsius natura vivit Christus, aut ex Dei gratia. Si quidem ex sua ipsius natura, Deus est : sin vero ex Dei gratia, neque supra nos eminet, neque nos vivificavit. *Orth.* Christus est unica persona, composita ex Deo et humana natura, sicut quivis homo communis constat ex animali et rationali. Itaque propter eam, quam a Patre habet, naturam, vivificabit nos, quoniam B est vita in sese subsistens, quæ forma servi seipsam informavit.

469 25. *Apoll.* Si quidem is excellit, qui animi proposito et delectu justus est, quinam id potuit homo? Hominis etenim propositum veram justitiam perfecte non præstat. Sin vero natura justus est, Deus est : sin autem justificatus est aliqua Dei in ipso agentis efficacitate, ipse interim nihil agens, qui ipsimet agunt, sunt eo præstantiores. *Orth.* Imo qui justitiam veram ii non impleverunt, qui audierunt . « Sedebitis et vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel [97] » et, « Vos estis lux mundi [98]? » Etiamsi tamen isti veram justitiam impleverunt, non sunt tamen ipsa justitia. Deus autem Verbum, qui ipsa est justitia, accepta C servi forma : « Factus est nobis justitia, sanctificatio et redemptio [99].» Is, inquam, qui justitia est, actus est, si humanam naturam respicias, justitia, ut nos qui justitia non eramus, sua gratia justificaret. Estque idem Deus et homo, ita ut quatenus quidem est Deus, sit justitia, quatenus vero est homo, sit factus justitia, ut impleretur quod dictum est : « Unde per omnia similis fratribus fieri debuit [1]. »

26. *Apoll.* Si in Christo copulatus erat homo cum Deo, leges ipse vel ex sese ferebat vel non ferebat. Quod si ex sese ferebat, Deus erat. Sin vero non ex sese, quomodo non aiebat, « Hæc dicit Dominus, » sed « Ego dico vobis, » et quomodo qui hæc non dicebat, non erat ab eo, qui dicebat sejunctus? *Orth.* D Siquidem Christus alia est persona, non copulatur cum Deo, hoc inepte quæsivisti. Sin autem ipse Christus est Deus et homo, quorsum supervacaneus iste interrogationis labor? Unde vero istud, copulatus est, usurpasti interrogando, cum Scriptura minime sic loquatur? Sive autem istud, copulatus est, usurpare placet, sive, ut Scriptura inquit, dicere malis, Assumpsit, aut, Factum est,

[97] Matth. XIX, 28. [98] Matth. V, 14. [99] I Cor. I, 30. [1] Hebr. II, 17.

(98) Κατώρθωσαν προαίρεσιν ἀληθινήν, mss.
(99) Δὲ προαίρεσιν ἀληθινήν, mss.

(1) Palat., καὶ ἄνθρωπος ὤφειλε κατὰ πάντα.
(2) Palat., τοῦτο λ.

Deus Verbum is est qui servi formam assumpsit, qui Christus nuncupatur, est, et creditur : unctus quidem Spiritu sancto, quatenus homo est; quatenus autem Deus est, eumdem iis qui digni sunt præbet. Ita etiam Deus leges ponit, et quatenus homo est fit legi obnoxius. Ideoque non dicit, Hæc dicit Dominus, quoniam ipse non est homo particeps deitatis, sed Deus particeps carnis et sanguinis, id est humanæ naturæ. Nam scriptura hominem vocat carnem et sanguinem, ut cum dicit Paulus : « Non contuli cum carne et sanguine [2]. » Et sicut homo ex animali et rationali compositus, una est persona : ita etiam una persona ex Deo et forma servi exsistit : ideoque non dicit, « Hæc dicit Dominus, » sed « Ego dico vobis [3] : » et « Ego sum vita et veritas [4]. » Itaque veluti si pars rationalis in nobis dicat, Ego sum ad imaginem Dei factus, ita comparatus, ut interire non possim, rursumque pars illa rationalis dicat, Ego sum terra et cinis; non loquitur modo animal, modo id quod ratiocinatur; sed idipsum rationale, modo quæ sibi propria sunt, modo quæ animali conveniunt, loquitur : ita homo et Deus Verbum, unica per unionem exsistens persona, cum ait, « Qui vidit me, vidit Patrem » [5], significat suæ deitatis contemplationem. Nec enim quisquis carnem vidit. Patrem vidit : sin minus, et Pontius, et Herodes, et qui colaphos ei impegerunt, et qui clavis ipsum confixerunt carnifices, comperirentur Patrem vidisse. Et cum inquit, « Dorsum meum flagris præbui [6], » non significat deitatis dorsum : neque cum ait, « Aliquis me tetigit [7], » deitatis contactum dicit. Qui enim deitatem contigerit quispiam? Sed qui fide præditus corpus illud tetigerat, utrumque tetigerat, manu quidem corpus, fide vero deitatem, quandoquidem utrumque unica est persona, Christus, « Omnia factus omnibus, ut omnium misereretur [8]. » Itaque non loquitur interdum Deus, interdum homo : nam, ut antea dixi, ne id quidem dici potest, modo quidem animal a parte rationali sejunctum, modo vero 470 partem rationalem ab animali separatam loqui : sed pars rationalis in animali et per animal loquitur. Idem etiam dico de eo, quod cum hoc comparavi, ut undequaque unitionem noris.

A καὶ χριόμενος μὲν ὡς ἄνθρωπος τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ. ὡς δὲ Θεὸς, παρέχων αὐτὸς τοῖς ἀξίοις. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς νομοθετεῖ, καὶ ὡς ἄνθρωπος ὑπὸ νόμων γίνεται, καὶ διὰ τοῦτο οὐ λέγει, Τάδε λέγει Κύριος, ἐπειδὴ οὐκ ἄνθρωπός ἐστι μετασχὼν θεότητος, ἀλλὰ Θεὸς μετασχὼν αἵματος καὶ σαρκὸς, τουτέστιν ἀνθρωπότητος. Ἡ Γραφὴ γὰρ τὸν ἄνθρωπον σάρκα καὶ αἷμα καλεῖ, ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος· « Οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι· » καὶ ὥσπερ ἓν ἐστι πρόσωπον ὁ ἄνθρωπος, ἐκ ζώου καὶ λογικοῦ συγκείμενος· οὕτω καὶ ἓν πρόσωπον Χριστὸς ἐκ Θεοῦ καὶ μορφῆς δουλικῆς ὑπάρχων, καὶ διὰ τοῦτο οὐ λέγει, « Τάδε λέγει Κύριος, » ἀλλ', « Ἐγὼ λέγω ὑμῖν· » καὶ, « Ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἀλήθεια. » Ὡς οὖν (3) ἐὰν λέγῃ τὸ ἐν ἡμῖν λογικόν· Ἐγώ εἰμι ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονὼς, ἄφθαρτος κατεσκευασμένος· καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ λογικόν. Ἐγώ B εἰμι γῆ καὶ σποδός· οὐ ποτὲ τὸ ζῶον λαλεῖ, καὶ ποτὲ τὸ λογικόν· ἀλλ' αὐτὸ τὸ λογικὸν, ποτὲ τὰ ἑαυτοῦ ἴδια λέγει καὶ ποτὲ τὰ τοῦ ζώου· οὕτως ἐξ ἑνώσεως ἓν πρόσωπον ὢν ὁ ἄνθρωπος καὶ Θεὸς Λόγος, ὅτε λέγει, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα, » τὴν θεωρίαν τῆς ἰδίας θεότητος λέγει. Οὐ γὰρ ὁ ἑωρακὼς τὴν σάρκα, ἑώρακε τὸν Πατέρα· εἰ δὲ μὴ, καὶ Πόντιος, καὶ Ἡρώδης, καὶ οἱ ῥαπίσαντες, καὶ οἱ προσηλώσαντες δήμιοι, εὑρεθήσονται ἑωρακότες τὸν Πατέρα. Καὶ ὅταν λέγῃ, « Τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, » οὐ τῆς θεότητος λέγει νῶτον· οὐδ' ὅταν λέγῃ· Πῶς γὰρ τῆς θεότητος ἥψατό τις; ἀλλὰ τοῦ σώματος ὁ ἁψάμενος μετὰ πίστεως, τοῦ συναμφοτέρου ἥψατο, τῇ μὲν χειρὶ (4) τοῦ σώματος, τῇ δὲ πίστει τῆς θεότητος, ἐπειδὴ τὸ συναμφότερον ἓν ἐστι πρόσωπον ὁ C Χριστὸς, « ὁ πάντα πᾶσι γινόμενος, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ. » Ὥστε οὐ ποτὲ μὲν ὁ Θεὸς λαλεῖ, ποτὲ δὲ ἄνθρωπος· ἐπειδήπερ, ὡς προείρηται, οὐδὲ ποτὲ μὲν τὸ ζῶον λαλεῖ κεχωρισμένον τοῦ λογικοῦ, ποτὲ δὲ τὸ λογικὸν κεχωρισμένον τοῦ ζώου· ἀλλὰ τὸ λογικὸν ἐν τῷ ζώῳ, καὶ διὰ τοῦ ζώου λαλεῖ· ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτὸ λέγω, ἵνα πανταχόθεν γνῷς τὴν ἕνωσιν.

27. *Apoll.* Præterea vero vel ipse prodigia edebat, aut non edebat. Si edebat, non erat homo : si non edebat, quomodo dicit se edere? et quomodo idem esse potest atque is qui edebat? *Orth.* Sicut pars rationalis sua ipsius opera sic edit in animali, D ut non sit separata ab animali : ita Dei Verbum unitum homini, edit prodigia minime segregatum a natura humana, quod ei pro sua pietate placuerit vim suam divinam per eam, et in ea, et cum ea operari. Et veluti si quis cogitatione concesserit solem, magnum istud sidus, per lucernam et in lucerna suam lucem emittere; rursum enim idem ex

27. Ἀπολλ. Ἔτι δὲ ἡ αὐτὸς (5) ἐτέλει τὰ τεράστια, ἢ οὔ. Ἀλλ' εἰ μὲν ἐτέλει, οὐκ ἦν ἄνθρωπος· εἰ δὲ μὴ, πῶς λέγει τελεῖν; ἢ πῶς ὁ αὐτὸς τῷ τελοῦντι; Ὀρθ. Ὥσπερ τὸ λογικὸν ἐν τῷ ζώῳ τελεῖ τὰ ἑαυτοῦ, οὐ κεχωρισμένον ὂν τοῦ ζώου· οὕτω Θεὸς Λόγος, ἑνωθεὶς ἀνθρώπῳ, τελεῖ τὰ τεράστια, οὐ κεχωρισμένος τῆς ἀνθρωπότητος, δι' αὐτῆς, καὶ ἐν αὐτῇ, καὶ μετ' αὐτῆς, εὐδοκήσας τὴν ἑαυτοῦ θείαν δύναμιν ἐνεργεῖν. Καὶ ὥσπερ εἴ δοίη τις τῷ λόγῳ ἥλιον, τὸν μέγαν τοῦτον ἀστέρα, διὰ λύχνου, καὶ ἐν λύχνῳ ἐκπέμπειν τὸ ἑαυτοῦ φῶς· ἐκ παραλλήλου γὰρ πάλιν τὸ αὐτὸ ἄκουε· οὐ δύο φῶτά εἰσιν. Οὐ γὰρ φαίνει λύχνος κατ-

[2] Galat. I, 16. [3] Matth. V, 20, 22. [4] Joan. XIV, 6. [5] Ibid. 9. [6] Isa. L, 6, [7] Luc. VIII, 44. [8] I Cor. IX, 22.

(3) Οὖν abest a mss. Paulo post mss., γεγονὼς ἄνθρωπος ἄφθαρτος.

(4) Mss., τῇ μὲν χάριτι.

(5) Mss., Ἔτι δὲ καὶ εἰ αὐτός.

ἐναντι ἡλίου· οὐ γὰρ κωλύεται εἶναι λύχνος · ἀλλὰ A alia comparatione audias velim; non sunt duæ lu-
μένει μὲν τὴν ἰδίαν ἐνέργειαν καὶ κίνησιν ἔχων· οὐ ces. Nec enim lucerna soli opposita splendet, nec
φαίνει δὲ τοῦ ἡλίου (6) ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ φαίνον- tamen cessat esse lucerna; sed in sua permanet
τος, καὶ καταχρατοῦντος τοῦ λύχνου, καὶ ἰδιοποιησα- efficacia atque motu : at non splendet sole in ipsa
μένου αὐτὸν, ὡς καὶ λύχνον χρηματίσαι τὸν ἥλιον· et per ipsam splendente, et ipsi lucernæ dominante,
οὕτω Θεὸς Λόγος, ἐν λογικῷ καὶ διὰ λογικοῦ ζώου eamque ut sibi propriam vindicante, adeo ut sol
τὴν ἰδίαν δύναμιν ἐνεργῶν, καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν τὴν etiam accipiat ipsius lucernæ nomen : ita Deus Ver-
ἰδίαν ἀποτελεῖ τὸ ζῶον εὐδοκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, καὶ τὸ bum vim suam in rationali, et per rationale animal
ζῶον εἶναι λογικὸν οὐκ ἐκώλυσε· καὶ ὁ αὐτὸς ἄνθρω- exercens, facit pro sua bona voluntate animal su-
πος χρηματίζειν οὐ κατηξίωσε, καὶ τελῶν τὰ τεράστια pra quam ferat propria animalium natura perfe-
οὐ κεχώρισται τοῦ ἑνωθέντος, ἤγουν (7) προσ- ctum, neque tamen prohibet quominus sit animal
ληφθέντος, ἀλλ' ὡς οὖν τὸ ἐκείνου γεγονὸς ἐνεργεῖ ratione præditum : idemque non dedignatus est
τὰ πάντα· καὶ διὰ τοῦτο, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » homo vocari, neque dum ederet prodigia, sejunctus
εἴρηται, καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ, ἵνα γνῶμεν τὴν ἐξ εὐδο- fuit ab eo, quicum est unitus, sive quem assum-
κίας ἕνωσιν, καὶ τοῦτο διδαχθέντες Χριστὸν ἕνα καὶ psit, sed homo factus omnia efficit : ideoque dici-
τὸν αὐτὸν γνωρίζωμεν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον. tur : « Verbum caro factum est [9], » non autem in
carne, ut cognoscamus unionem quæ ex beneplacito facta est, et sic edocti, unum eumdemque Christum
ut Deum et hominem agnoscamus.

28. Ἀπολλ. Προσκυνεῖται ὑπὸ ἀγγέλων ὁ ἄνθρω- B 28. *Apoll.* Ab angelis vel adoratur, vel non ado-
πος, ἢ οὔ. Ἀλλ' εἰ μὲν οὐ προσκυνεῖται, πῶς ἥνω- ratur homo. At si non adoratur, quomodo unitus
ται, καὶ ἀποστέλλει ὁ Υἱὸς τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ ; εἰ fuerit, et mittit angelos suos Filius? Sin vero ado-
δὲ προσκυνεῖται διὰ τὸ ἐν αὐτῷ θείαν ἐνοικῆσαι δύνα- ratur propter divinam virtutem in ipso habitantem,
μιν, πῶς ὑπὸ τῶν ἀεὶ θείαν ἐχόντων δύναμιν ἐνοι- quomodo adoratur ab iis qui virtutem divinam sem-
κοῦσαν ; Καὶ ἡμεῖς δὲ προσκυνήσομεν (8) τὸν ἄνθρω- per habent in sese habitantem? Sed et nos adorabi-
πον ἢ οὔ. Ἀλλ' εἰ μὲν οὐ προσκυνήσομεν, πῶς ἡνῶσθαι mus hominem, vel non adorabimus. Quod si non
νομιοῦμεν αὐτὸν, καὶ πῶς εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ βα- adorabimus, quomodo ipsum unitum esse censebi-
πτιζόμεθα ; εἰ δὲ προσκυνήσομεν, ὥσπερ τὸν Θεὸν, mus, et quomodo in ipsius mortem baptizantur? Sin
οὕτω καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἀσεβήσομεν κτίσμα κτίστῃ vero sic hominem adoremus ut Deum, impie facie-
ἐν ἴσῳ τιθέντες. Καὶ εἰ κριτὴν προσδοκῶμεν τὸν ἄν- mus, rem creatam exæquantes Creatori. Præterea si
θρωπον μετὰ τοῦ Θεοῦ φωτίζοντα τὰ κρυπτὰ τοῦ hominem exspectemus ut judicem, qui adjutore Deo
σκότους, τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν ἀναθήσομεν ἀνθρώπῳ· illuminet abscondita tenebrarum, judicium, quod Dei
εἰ δὲ μὴ, πῶς « ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ ἐξουσίαν κρίσιν est, homini tribuemus. Sin minus : quomodo « dedit
ποιεῖν· ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί ; » καὶ πῶς ἥνωται ei Pater potestatem judicii faciendi : quia Filius ho-
τῷ κρίνοντι ; Ὀρθ. Διὰ γὰρ τοῦτο ἔλαβε παρὰ τοῦ C minis est [10]? » et quomodo est ipsi judici unitus?
Θεοῦ ἐξουσίαν κρίσιν ποιεῖν, Κύριος ὢν τῆς δόξης *Orth.* Qui Dominus est gloriæ omnisque potestatis,
καὶ πάσης ἐξουσίας, ἐπειδὴ, Θεὸς Λόγος ὢν, ἐγένετο idcirco accepit judicii exercendi potestatem, quod
ἄνθρωπος, ὅλητ ἀνθρωπότητα λαβών. Ἡ γὰρ μορφὴ cum Deus esset Verbum, factus sit homo, totam
τοῦ δούλου ὅλη ἐστὶν ἀνθρωπότης, ὡς ἡ μορφὴ τοῦ naturam assumens humanam. Forma enim servi
Θεοῦ ὅλη θεότης. Καὶ ἡμεῖς καὶ ἄγγελοι προσκυνοῦ- est tota humana natura, ut forma Dei est tota dei-
μεν αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγῳ, μορφὴν δούλου λαβόντι· καὶ tas. Et nos, et angeli ipsum Deum Verbum adora-
οὐκ ἐν μέρει τὸν Θεὸν προσκυνοῦμεν, καὶ ἐν μέρει mus, qui formam servi assumpsit : neque partim
τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲ κτίσμα καὶ κτίστην ἐν ἴσῳ τιθέ- Deum, partim hominem adoramus, neque rem crea-
μεθα· ἀλλ' ὥσπερ σὺ, εἴ γε ὁμολογεῖς κἂν γοῦν σάρκα tam Creatori æquiparamus : sed ut tu ipse, si qui-
ὁμοούσιον ἡμῖν αὐτὸν λαβόντα ἐκ τῆς Παρθένου, dem eum confiteris carnem saltem nobis consub-
προσκυνεῖς αὐτὸν σαρκωθέντα μετὰ τῆς σαρκὸς, οὐκ stantialem ex Virgine accepisse, adoras ipsum in-
ἐν ἴσῳ τιθεὶς τὴν σάρκα καὶ τὴν θεότητα, οὐδὲ χωρί- carnatum cum carne, neque tamen carnem deitati
ζων τὴν σάρκα, καὶ ἐν μέρει προσκυνῶν αὐτὴν, exæquas, neque carnem segregas, et partem ado-
ἀλλὰ τὴν θεότητα μετὰ τῆς σαρκὸς προσκυνεῖς· ras, sed deitatem cum carne adoras : ita et nos
οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν θεότητα ἐνανθρωπήσασαν προσ- deitatem, quæ seipsam homini univit, adoramus,
βυνοῦμεν, οὐ χωρίζοντες αὐτὴν τῆς ἀνθρωπότητος. D nec eam ab humana natura sejungimus. Christus
Καὶ φωτίζει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους Χριστὸς, εἷς ὢν porro illuminat abscondita tenebrarum, quod sit
ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὡς πῦρ ἐν ὕλῃ φωτίζων ipse Deus et homo, quemadmodum ignis in materia
τοὺς προσιόντας αὐτοῦ τῷ φωτὶ, οὐ χωριζόμενον τῆς lucem præbens iis **471** qui ad lucem accedunt,
ἑνωθείσης ὕλης, οὐδὲ ἀναλισκομένης τῆς ὕλης, καθ- ita ut neque a materia segregetur, cui unitus est,
άπερ οὐδὲ ἡ παρὰ Μωσῇ βάτος. nec materia ipsa consumatur, sicut nec rubus ille,
cujus est apud Moysen mentio.

[9] Joan. I, 14. [10] Joan. V, 27.

(6) Sic mss. Editi vero, κατέναντι ἡλίου· φαίνει δὲ τοῦ ἡλ., multis omissis.

(7) Mss., ἤτουν.

(8) Palat., hic et infra, προσκυνήσωμεν.

29. *Apoll.* Si homo adjunctus est Deo, alius est quam Deus, si tum motus animales respicias, tum rationabiles, tum patibiles; et patiens, patitur ut alius, et adoratus, adoratur ut alius. At Dei caro, vitæ est instrumentum ita passionibus suis compositum, ut divinis consiliis quadret, neque cogitationes fuerint carnis propriæ, neque actiones; et caro ipsa passionibus prout carni convenit subjecta, illis superior evadit, quoniam est Dei caro, adeo ut in corporibus non similiter quidem, at animalibus tamen, sit impatibilitatis auctor ac principium: et adoratur ut Dei caro, quoniam hac ratione is qui adoratur est Deus, et nobis conjunctionem cum eo præbet, cujus est corpus: et adoratur, non tamen ut res creata, quoniam nihil quod creatum sit est Dei portio, Itaque qui Deum credunt assumpsisse carnem, ejus beneficiorum fiunt compotes, nec eo delabuntur, ut alium ipsum dicant: contrarium vero iis evenit, qui volunt hominem fuisse Deo conjunctum. *Orth.* Discessisti a Scriptura divinitus inspirata, ideoque a gratia excidisti, ut qui cum Scriptura dicat: « Assumpsit, » et « Factum est, » istud, adjunctum est, ipse tibi quasi cisternam confractam fecisti, quæ non possit aquas continere. Quomodo vero non vis Verbum ab humana natura suis animalibus, rationabilibus et patibilibus motibus non secerni? Num enim divino quodam motu crescens, a statura ad staturam divine excrevit? et sapientia proficiens, profecit ut Deus? et cum tristitia et angore animi afficeretur, cum turbaretur, num tristitia et angore afficiebatur, et turbabatur tanquam Deus et laborabat et patiebatur? Absit. Imo sicut corpus et Maria desumptum, Deus Verbum suum esse corpus dixit, quod tamen non est ejusdem atque deitas ipsa naturæ: ita etiam suas dicit passiones, et tum animalis, tum ipsius rationalis facultatis incrementum, quæcunque naturæ humanæ sunt ut sibi propria vindicans, pro bona gratiæ suæ voluntate. Sic enim suam dicit carnem, vitæ instrumentum, idoneum, ut divinis consiliis coaptetur. Nam ut spueret, usus est corporis instrumento, itidemque corpore, ut sepeliretur, et ut voluntarie mortem subiret; ac ut inferos prædaretur, animam adhibuit, quam sese dixit pro suis ovibus deponere. Neque sermones sunt hominis proprii, neque actiones. Caro vero, prout homini convenit, perpessionibus subjecta superior illis evadit propter illam cum Deo unitionem. « Nam peccatum non fecit, neque in ore ipsius inventus est dolus [11], » ut sit sui similibus auctor ac principium indolentiæ, « Est » enim Deus Verbum « per omnia fratribus suis similis factus [12], » cum naturæ

29. Ἀπολλ. Ἄνθρωπος Θεῷ παραζευχθείς, ἕτερος παρὰ τὸν Θεόν ἐστι ταῖς ζωτικαῖς κινήσεσι, λογιστικαῖς τε καὶ παθητικαῖς· καὶ πάσχων, ὡς ἕτερος πάσχει, καὶ προσκυνούμενος, ὡς ἕτερος προσκυνεῖται. Σὰρξ δὲ Θεοῦ ζωῆς ὄργανον ἁρμοζόμενον τοῖς πάθεσι πρὸς τὰς θείας βουλάς, καὶ (9) οὔτε λόγοι σαρκὸς ἴδιοι, οὔτε πράξεις, καὶ τοῖς πάθεσιν ὑποβαλλομένη· κατὰ τὸ σαρκὶ προσῆκον, ἰσχύει κατὰ τῶν παθῶν, διὰ τὸ Θεοῦ εἶναι σάρξ, ὥστε καὶ κατάρξαι τῆς ἀπαθείας τοῖς οὐχ ὁμοίως μὲν, ὁμοζώοις δὲ σώμασι (10)· καὶ προσκυνεῖται ὡς Θεοῦ σὰρξ, Θεοῦ ὄντος οὕτω τοῦ προσκυνουμένου· καὶ συνάφειαν ἡμῖν δίδωσιν, οὗ ἐστι σῶμα· καὶ προσκυνεῖται, οὐχ ὡς κτίσμα, ὅτι μηδὲν κτίσμα μέρος Θεοῦ. Οἱ ἄρα σάρκα λαβεῖν τὸν Θεὸν πιστεύσαντες, καὶ τῶν εὐεργεσιῶν τυγχάνουσι, καὶ οὐκ εἰς ἕτερον μεταπίπτουσιν· ὧν τὰ ἐναντία ἔχουσιν οἱ ἄνθρωπον παρεζεῦχθαι λέγοντες Θεῷ (11). Ὀρθ. Ἀνεχώρησας τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, καὶ διὰ τοῦτο τῆς χάριτος ἐξέπεσες, τῆς Γραφῆς λεγούσης τὸ, « Ἔλαβε, » καὶ, « Ἐγένετο· » τὸ παρεζεῦχθαι σαυτῷ ὥρυξας καθάπερ λάκκον συντετριμμένον, μὴ δυνάμενον ὕδωρ συνέχειν. Πῶς δὲ οὐ θέλεις ταῖς ζωτικαῖς καὶ λογιστικαῖς καὶ παθητικαῖς κινήσεσι χωρίζεσθαι τὸν Λόγον τῆς ἀνθρωπότητος; Ἆρα γὰρ καὶ αὐξάνων, θείᾳ κινήσει ἀπὸ ἡλικίας εἰς ἡλικίαν θεϊκῶς ηὔξανεν; Καὶ σοφίᾳ προκόπτων, θεϊκῶς προσέκοπτεν; Καὶ λυπούμενος καὶ ἀγωνιῶν, καὶ ταραττόμενος, θεϊκῶς ἐλυπεῖτο καὶ ἠγωνία, καὶ ἐταράττετο, καὶ ἐκοπία καὶ ἔπασχεν; Μὴ γένοιτο! Ἀλλ' ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ ἐκ Μαρίας, ἑαυτοῦ σῶμα ἔλεγεν ὁ Θεὸς Λόγος, οὐ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὂν τῇ θεότητι· οὕτω καὶ τα πάθη καὶ τὴν αὔξησιν τὴν ζωτικὴν καὶ λογιστικὴν ἑαυτοῦ λέγει, ἰδιοποιούμενος πάντα τῆς ἀνθρωπότητος τῇ εὐδοκίᾳ τῆς χάριτος· ὡσαύτως καὶ (12) τὴν σάρκα ζωῆς ὄργανον ἁρμοζόμενον πρὸς τὰς θείας βουλάς. Ἵνα γὰρ πτύσῃ, σώματι κέχρηται ὀργάνῳ· ἵνα ταφῇ, ὁμοίως τῷ σώματι· ἵνα δὲ πάθῃ ἑκουσίως, καὶ ἵνα τὸν ᾅδην σκυλεύσῃ, τῇ ψυχῇ, ἣν ἔλεγε τιθέναι ὑπὲρ τῶν προβάτων. Καὶ οὔτε ἀνθρώπου λόγοι ἴδιοι, οὔτε αἱ πράξεις· σὰρξ δὲ τοῖς πάθεσιν (13), ὑποβαλλομένη κατὰ τὸ ἀνθρώπῳ προσῆκον, ἰσχύει κατὰ τῶν παθῶν διὰ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἕνωσιν. « Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, » ὥστε κατάρξαι τῆς ἀπαθείας τοῖς ὁμοίοις. « Ὡμοίωται » γὰρ « κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁ Θεὸς Λόγος, « ἑνωθεὶς ἀνθρωποπότητι, καὶ προσκυνεῖται Θεὸς ἐνανθρωπήσας· καὶ συνάφειαν ἡμῖν πρὸς αὐτὸν δίδωσι, μετασχὼν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ προσκυνεῖται ὁ αὐτὸς, ἑνώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡς ἄνθρωπος, φύσει δὲ καὶ οὐσίᾳ ὢν Θεός. Τί δὲ καὶ λέγειν ἐτόλμησας μέρος Θεοῦ τὴν σάρκα τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, τὴν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου, τὴν οὐ φαντασίᾳ σάρκα, ἀλλ' ἀληθείᾳ, καὶ

[11] Isa. LIII, 9; I Petr. II, 22. [12] Hebr. II, 17.

(9) Sic mss. In editis vero, καὶ deest.

(10) Mss. τοῖς ὁμοίως μὲν, οὐχ ὁμοζώοις δὲ σώμ. Mox Palat., ὡς Θεὸς σάρξ.

(11) Palat., οἱ ἄνθρωποι τὸ παρεζεῦχθαι λέγοντες Θεόν.

(12) Καὶ abest a mss.

(13) Mss., οὔτε ἡ πρᾶξις τοῖς πάθεσιν. Paulo post mss., ἰσχύει δὲ κατά.

μετὰ τὴν ἀνάστασιν φανεῖσαν ; Νομιζόντων γὰρ τῶν μαθητῶν φάντασμα εἶναι, ὅτι τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθεν, ὑπομνήσθητι αὐτοῦ τῶν λόγων, ἵνα ἀκούσῃς τό· « Ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ ὁρᾶτε ἔχοντα. » Τοῦ δὲ ἀμεροῦς Θεοῦ πῶς οἷόν τέ ἐστι μέρος νοῆσαι, καὶ ταῦτα σάρκα, τῆς σῆς ἐστι σοφίας ἐξηγήσασθαι. Virgine, quæque sese non phantasia, sed reipsa demonstravit ? Cum enim existimarent discipuli esse, memento eorum quæ tum ipse dixit, ut audias, « Palpate me et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere [14], » Cæterum cum Deus sit omnis partitionis expers, quomodo intelligatur, ut aliqua ipsius portio, explicari.

A humanæ uniretur, et adoratur Deus homo factus, suique nobiscum conjunctionem nobis præbet, particeps factus sanguinis et carnis : idemque adoratur, ut qui homo quidem sit, quoniam nobis est unitus. natura vero et substantia sit Deus. Quorsum vero ausus etiam es dicere portionem Dei esse carnem illam quæ ex semine Davidis est, et ex Maria carnem esse, post ipsam quoque resurrectionem phantasma esse, quando januis clausis ingressus ac præsertim quæ sit caro, tua possit sapientia

30. Ἀπολλ. Εἰ σὰρξ, ὡς ἐπιστρατευομένη τῷ νῷ, κεχώρισται τοῦ νοῦ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὁ τὴν σάρκα λαβὼν Θεὸς ἀπὸ ταύτης ἔχει τὰς ἐπιστρατευομένας ἐπὶ νοῦν κινήσεις, αὐτῷ δὲ μὴ ὑποταττομένας ὡς ἀνταγωνιστῇ τῷ νῷ. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ αὐτὸς ὁ πάσχων, καθὸ Θεός. Ὀρθ. Τίνι γὰρ τῶν ἁγίων οὐχ ὑπετάγησαν αἱ ἐπιστρατευόμεναι τῷ νῷ κινήσεις ; ἢ πῶς ἅγιοι, εἰ μὴ ὑπέταξαν αὐτάς ; Εἰ δὲ τῷ νῷ τῶν ἁγίων ὑπετάγησαν αἱ ἀντιστρατευόμεναι τῷ νῷ κινήσεις, πῶς οὐχὶ τῷ Θεῷ Λόγῳ (14) ὑποταγήσονται, ἑνωθέντι ψυχῇ νοερᾷ μετὰ σαρκὸς, ἵνα κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῇ χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ ᾖ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ; Τί δὲ εἶναι θέλει τὸ, Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ αὐτὸς ὁ πάσχων, καθὸ Θεὸς, ἄλλοι νοήσουσιν, οἱ ἐπιγραφόμενοί σε διδάσκαλον.

472 30. *Apoll.* Si caro est sejuncta a mente, utpote adversus mentem bellum gerens, ut ait Apostolus, Deus assumpta carne, motus etiam ab ea recipit adversus mentem belligerantes, ipsi vero menti, ut opposito adversario, minime subjectas. Quod si ita est, non is est ipse, qui sit passus, quatenus est Deus, *Orth.* Cuinam vero sanctorum motus illi adversus mentem pugnantes non fuerunt subditi ? aut quomodo sancti, nisi sibi illos subjecerint ? Quod si sanctorum menti subjecti fuere animi motus, quomodo igitur subjecti non fuerint ipsi Deo Verbo, animæ intelligenti una cum carne unito, ut excepto peccato simile per omnia fratribus sit, idemque Deus et homo sit ? Quid porro sibi velit istud, Quod si ita est, non is est qui passus est, quatenus Deus, alii intelligent, qui te magistrum inscribunt.

[14] Luc. XXIV, 35.

(14) Sic mss. τῷ νῷ κινήσεις, πῶς οὖν οὐχὶ τῷ Θεῷ Λ multis omissis, δι' ὁμοιοτέλευτον.

IN SUBSEQUENTIA XX OPUSCULA MONITUM.

I. *In sequentia opuscula hæc Felckmannus habet :* De his aliud monere non habemus quam exstare ea in cod. illis manuscr Palat. uno, et August. altero (quorum paulo ante mentio) ab eodem Andrea Dermario Epidaurio, Toleti et Venetiis scriptis, et ut verisimile est, ex eodem codice. Unde etiam est, quod duo isti codices raro variant, ut in progressu videbitur. Auctor vero horum idem omnino videtur, qui et præcedentium, et nisi me conjectura fallit, vixit post exortas hæreses Eutychianam et Monotheleticam : adeo directe eas oppugnant. At uterque codex eum qui est p. 223 (excepto quod omittunt ἀρχιεπ. Ἀλεξ.) his opusculis titulum præfigit. *Hæc Felckmannus, quibus liquet, in manuscriptis unde hæc opuscula exscripta sunt, fuisse illa consequenter posita, præmisso capitulorum syllabo, quem jam nos exhibemus. Quod opinatur autem Felckmannus hæc opuscula ejusdem scriptoris esse cujus sunt præcedentia, id sane non repugnare videtur, dum de duobus tantum primo positis dialogis id intelligatur ; nam multa hic sunt quæ in dialogo præcedenti cum Macedonio iisdem ferme vocibus leguntur. Sed quæ post subsequuntur ad Eustathium nuncupata, longe acrioris ingenii opus esse, cuivis emunctæ naris homini videbuntur. Verum hæc omnia ad Athanasium quidem non posse pertinere certissimis notis judicatur, ex stylo nempe, et quia hic hæreses impugnantur diu post Athanasium exortæ, cujus autem scriptoris sint, non perinde tutum est definire. Quid hac de re quidam scriptores æstimarint hic expendere operæ pretium fuerit.*

II *Garnerius supra laudatus, Tom. V operum Theodoreti* (15), *duos priores dialogos pugnat esse Theodoreti* : 1° *quia Theodoretus ait se tres conscripsisse libros de Spiritu sancto, adversus gratia ejus destitutos hæreticos. Porro Garnerius juncto præcedenti dialogo contra Macedonianum cum hisce duobus, se tres illos Theodoreti libros esse, comperisse contendit.* 2° *Ex multis Theodoreti locis, quæ cum aliis horumce*

(15) L. v Hæret. Fabul. c. 3.

dialogorum locis multum habent affinitatis validum se pro Theodoreto argumentum videre arbitratur. Verum, ut exploratum est, Theodoretum tres conscripsisse libros adversus Macedonianos, ita minime constat, hæc tria opuscula eos ipsos esse libros. Primo enim a veteri nemine Theodoreto ascribuntur, ac in nullo quod sciamus codice Theodoreti nomine comparent. 3° *In nullo itidem codice duo dialogi subsequentes cum præcedenti junguntur, nec constat ejusdem esse scriptoris, licet id minime repugnet. Nam quod attinet ad illam locorum affinitatem a Garnerio observatam (quæ tamen loca brevitatis causa offerre supersedemus) inter hosce dialogos mutuo collatos, item eosdem inter, et alia Theodoreti opera, non est illa tanti momenti, ut tutum ex illa judicium hac in parte ferri possit. Nam si quis diversorum Petrum opera, de re eadem et adversus eosdem hæreticos conscripta, mutuo conferat, is multa haud dubie affinia, multa simillima argumenta deprehendet. Sunt enim quædam ceu communia loca, cuique obvia, quæ a multis usurpantur, atque passim nostro ævo videmus, qui easdem pertractant quæstiones, eadem usurpare argumenta, licet ab aliis minime mutuata. Unde haud satis firma hæc ratio est, cum præsertim ne minima quidem veterum innitatur auctoritate. His addimus secundum dialogum, fragmenti alicunde divulsi potius speciem præferre, quam absoluti cujusdam operis. Quare donec certius quidpiam emerserit, sub judice lis pendeat.*

III *Quod spectat autem epistolam subsequentem ad Eustathium, nec non adjunctas alias septemdecim quæstiones affert, Mercator haud modicum fragmentum Eutherii Tynensis nomine, sic habens* : O inconsiderata sapientia! o lusoria disciplina ædificans simul et destruens, sicut infantes ludere in arena conspicimus, etc. *Unde incunctanter eas quæstiones Eutherio ascribit Garnerius Tyanorum episcopo, Nestoriique asseclæ. Et sane non invalido motus argumento; licet fortasse non hujusmodi, ut omnem in adversum levet suspicionem. Photius namque codice* XLVI, *hoc opus Theodoreto diserte ascribit.* Ἀνεγνώσθη, *ait,* Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου λόγοι κζ', πρὸς διαφόρους θέσεις. Ὧν ὁ μὲν πρῶτος λόγος πρὸς τοὺς λέγοντας *etc. Ibi septimo loco ponit epistolam, quæ hic primo ponitur ; ac deinde ordine enumerat omnes propositiones quæ hic septemdecim numero habentur, quæque desinunt ad vicesimum quartum titulum Theodoreti. Postea subsequitur apud Photium,* ὁ εἰκοστὸς πέμπτος, ἀνακεφαλαίωσις τῶν κατὰ μέρος ῥηθέντων· ὁ εἰκοστὸς ἕκτος περὶ τῆς ὕστερον μηνυθείσης συνθέσεως, ἤτοι συνουσιώσεως· ὁ εἰκοστὸς ἕβδομος περὶ τοῦ κατὰ τὸν κοινὸν ἄνθρωπον ὑποδείγματος. Δῆλον δὲ καὶ ἐκ μόνης αὐτῶν τῆς ὑποθέσεως, ποῖοι τῶν εἰρημένων λόγων τὸ ὀρθόδοξον κρατύνουσι φρόνημα, καὶ τίνες ἐκκλίνουσιν. *Hæc Photius quibus reponit Garnerius, p.* 687 : Fefellit Photium suus codex tribus constans partibus : quarum prima complectebatur sex priores libros ; secunda, unum et viginti sermones ; postrema, Eranistem, seu Polymorphum. Cum enim prima et tertia ad Theodoretum procul dubio pertineant Photius mediam quoque ipsi tribuit : reipsa tamen est Eutherii Tyanensis episcopi, quod manifesta probat auctoritas Marii Mercatoris, ut in Eutherio demonstrabimus.

473 IV. *Hæc Garnerius, quicum nos existimamus, sex priores illas a Photio memoratas Theodoreti quæstiones, non unum opus cum epistola ad Eustathium et subsequentibus propositionibus conficere. Palam enim est ex modo ipsius epistolæ ordiendæ, ibi initium duci totius operis. At quod ait vir doctus codicem fuisse Photio erroris causam, id sane non conspecto codice affirmari nequit. Non peccat enim codex, quod rerum disparatarum titulos numerorum ordine conjungat, cum is mos sit Græcorum librariorum, ut omnes auctoris cujusque tractatus quantumvis diversos consequenti numerorum serie notent, ut supra de Athanasianis codicibus loquentes animadvertimus. Vix itaque credamus Photium, in codicibus pertractandis, si quis unquam alius, versatissimum, hic errore lapsum : sed ejus revera codicem, Theodoreto hæc inscripsisse, addita, uti solet fieri, voce* τοῦ αὐτοῦ *post priorem tractatum : quod etiam videre est in codicibus qui ea opuscula Athanasio ascribunt. Hæc porro non eo dicimus quod certum putemus esse has quæstiones Theodoreti; necdum enim vel Eutherio, vel Theodoreto probe adjudicandas arbitramur, donec quid evidentius compareat.*

Cæterum quod aiunt nonnulli hunc scriptorem esse Nestorianum, id non mihi plane perspectum esse fateor. Nihil enim mihi Nestoriani dogmatis hic esse videtur, verum licet sit quasdam hic oppugnari propositiones quæ si probe accipiantur catholicæ sunt, ut est illud : Passum est, Verbum impassibiliter, et passum est Verbum carne, *quæ recte explicanti orthodoxa plane videbuntur. Verum hic scriptor ita hæc loquendi genera confutat, ut non videatur Nestorianam sententiam his dictis adversam vindicare.*

μείζων ἐλέχθη τῶν ἄλλων ἀνθρώπων· ἡ δὲ ἀγάπη τῆς ἐλπίδος καὶ τῆς πίστεως μείζων ἐλέχθη, ὡς τῆς τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἐπιδόσεως αἰτία οὖσα· ἀγαπήσαντες γὰρ πιστεύομεν, πιστεύσαντες δὲ ἐλπίζομεν. Μακεδ. Καὶ τοῦτο δέχομαι. Ὀρθ. Οὕτως οὖν λέγεις τὸν Πατέρα μείζονα πάντων, ὡς τὴν ἀγάπην τῆς ἐλπίδος τῇ ποιότητι, ἢ ὡς τὸν Ἡσαῦ τοῦ Ἰακὼβ τῷ χρόνῳ, ἢ ὡς τὸν Σαοὺλ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τῷ μεγέθει; Μακεδ. Οὔ. Ὁ γὰρ Πατὴρ ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ μείζων πάντων ἐστίν. Ὀρθ. Οὐκοῦν, εἰ ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ μείζων πάντων ἐστὶν ὁ Πατήρ, οὔτε ὡς Ἡσαῦ τοῦ Ἰακὼβ τῷ χρόνῳ, οὔτε ὡς ὁ Σαοὺλ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τῷ μεγέθει, οὔτε ὡς ἡ ἀγάπη τῆς πίστεως καὶ ἐλπίδος τῇ ποιότητι. Μακεδ. Πῶς δέ; Ὀρθ. Ὅτι ὁ ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ μείζων πάντων ὢν, ὁμοίως καὶ ὡσαύτως μείζων πάντων ἐστὶ καὶ οὐ τοῦ μὲν πλεῖον, τοῦ δὲ ἔλαττον. Μακεδ. Ἀληθῶς λέγεις. Ὀρθ. Ὡσαύτως οὖν λέγεις μείζονα τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα καὶ τῶν ἵππων, καὶ τῶν κυνῶν, καὶ πάντων ἀλόγων ζώων, καὶ τῆς ἀναισθήτου ὕλης; Μακεδ. Οὐχί, μὴ γένοιτο! Ὀρθ. Οὐκ ἄρα πάντων ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ μείζων ἐστί. Τοῦ γὰρ Υἱοῦ ὡς Πατὴρ Υἱοῦ. Μακεδ. Συγκρίτως ἄρα. Ὀρθ. Εἶπον ὡς Πατὴρ Υἱοῦ. Ὑπερέχων γὰρ τῶν ἄλλων ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ, οὐ τοῦ Υἱοῦ μείζων ἐστὶν ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ, ἀλλ' ὡς Πατὴρ Υἱοῦ. Εἰ δὲ οὐκ ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ μείζων αὐτοῦ ἐστιν, οὐ φύσει μείζων· οὐ γὰρ ἀσύγκριτος. Εἰ δὲ οὐ τὰ φύσει μείζων, οὐδὲ τῷ μεγέθει· ἀμεγέθης γάρ. οὐδὲ τῷ χρόνῳ· ἄχρονος γάρ· οὐδὲ τῇ ποιότητι· ἄποιος γάρ. Οὐκ ἄρα ἄλλῳ τινὶ μείζονα ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα λέγει. ἀλλ' ἢ ὡς Υἱὸς μορφὴν δούλου λαβὼν καὶ τιμῶν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα. Μακεδ. Τοῦτο δέχομαι. Ὀρθ. Ἡ αὐτὴ ἄρα φύσις ἐστὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· ἐπειδὴ μὴ ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ μείζω ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα λέγει. Οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη Υἱὸς μὴ τὴν αὐτὴν φύσιν ἔχων. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἄρα τῇ φύσει ὑποτάσσεται, ἀλλ' ὡς Υἱὸς μορφὴν δούλου λαβών.

nibus, quemadmodum dilectionem spe et fide? *Maced.* Non. *Orth.* Recte dicis. Saul enim statura corporis aliis hominibus major dictus fuit : dilectio vero fide et spe major dicta est, ut quæ incrementi aliarum virtutum causa sit : cum enim diligimus, credimus ; cum credimus, speramus. *Maced.* Et hoc admitto. *Orth.* Siccine igitur Patrem majorem omnibus dicis, quemadmodum dilectionem spe, qualitate : aut quemadmodum Esau Jacobo, tempore : aut quemadmodum Saulem aliis hominibus, statura? *Maced.* Non. Etenim Pater incomparabili excellentia omnibus major est. *Orth.* Si igitur incomparabili excellentia major omnibus est Pater : neque tempore, ut Esau Jacobo, neque statura, ut Saul aliis hominibus, neque qualitate, ut dilectio fide et spe « major omnibus est. » **487** *Maced.* Quomodo ergo? *Orth.* Nam qui incomparabili excellentia omnibus major est, simili eodemque plane modo omnibus est major, nec magis illo, minus alio. *Maced.* Vere dicis. *Orth.* Eodemne igitur modo dicis Patrem majorem esse Filio, quo equis, quo canibus, quo omnibus brutis animalibus, quo denique insensibili materia? *Maced.* Nequaquam, absit hoc! *Orth.* Non igitur omnibus incomparabili excellentia major est. Filio enim major est ut Pater Filii. *Maced.* Comparative igitur. *Orth.* Dixi, ut Pater Filii. Cum enim alios incomparabili excellentia superet, non tamen Filio major est excellentia incomparabili, sed ut Pater Filii. Quod si excellentia incomparabili major eo non est, non est major natura : non enim per comparationem. Si vero non major natura, ergo nec magnitudine, expers enim est magnitudinis ; nec tempore, tempore enim nullo comprehenditur ; denique nec qualitate, expers enim est qualitatis. Quare nulla alia in re majorem seipso Patrem dicit, quam quod Filius ipse sit, qui formam servi sumpsit, et suum ipsius Patrem honorat. *Maced.* Hoc admitto. *Orth.* Eadem igitur est Patris et Filii natura : quandoquidem non incomparabili excellentia Patrem majorem seipso dicit. Neque enim Filius esset, nisi naturam haberet eamdem. Quod si ita est, non igitur natura subjicitur, sed ut Filius forma servi assumpta.

20. Μακεδ. Περὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ καλῶς λέγεις· περὶ δὲ τοῦ Πνεύματος οὐ καλῶς. Κἂν γὰρ μὲ ᾖ κτιστὸν τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ γενητόν ἐστι. Πάντα γὰρ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐγένοντο. Εἰ δὲ πάντα, δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα. Ὀρθ. Εἰ γενητόν ἐστι, καὶ κτιστόν ἐστιν. Εἰ γὰρ τὸ γενητὸν οὐκ ἔστι κτιστόν, πάντα δὲ δι' αὐτοῦ ἐγένετο· οὐδὲ τὰ πάντα κτιστά. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς νοήσωμεν τὸ παρὰ τῷ Παύλῳ εἰρημένον· « Τὰ πάντα ἐν αὐτῷ ἔκτισται; » Μακεδ. Ἀλλ' οὐ πάντα ὁμότιμά εἰσιν. Ὀρθ. Κἂν μὴ ὦσιν ὁμότιμα, ἀλλ' ὅμως τὰ πάντα κτίσματά εἰσι. Κτίσμα δὲ κτίσματος οὐδὲν διαφέρει, ἢ κτίσμα ἐστί. Μακεδ. Οὐδὲν διαφέρει ὁ Γαβριὴλ τοῦ ἵππου, ἢ καὶ ἑτέρου τινὸς τῶν ἀλόγων; Ὀρθ. Ἢ κτίσμα ἐστὶν, οὐδὲν διαφέρει· ἢ δὲ ἄγγελος, πνεῦμα λειτουργικὸν, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενον, οὐ τῶν ἀλόγων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων

20. *Maced.* Præclare tu quidem de Filio disseris : sed de Spiritu non item. Etsi enim Spiritus creatus non fuerit, factus tamen fuit. Omnia enim per Filium facta sunt. Si autem omnia, utique et Spiritus. *Orth.* Si factus est, creatus quoque est. Si enim quod factum, creatum non est, et omnia per ipsum facta sunt, sane creata omnia non sunt. Quod si ita est, quomodo intelligemus dictum illud Pauli : « Omnia in ipso creata sunt [5]? » *Maced.* Sed non omnia pari in honore habentur. *Orth.* Etsi non pari habeantur honore, omnia tamen creata sunt. Creatura autem a creatura nihil differt, quatenus creatura est. *Maced.* Nihil igitur differt Gabriel ab equo, aut ab alio quodam bruto animante? *Orth.* Quatenus creatura est, nihil differt ; quatenus vero angelus, spiritus administratorius ad ministerium

[5] Coloss. I, 16.

missus, non solum a brutis, sed a nobis quoque hominibus, et ab angelis, cum sit archangelus. Etenim oculus, quatenus oculus, aliis corporis membris honoratior est; corpus tamen non est. (Corpus enim nihil differt a corpore, qua est corpus.) *Maced.* Nos dicimus, Spiritum a Deo per Filium esse suum habere. *Orth.* Annon cætera, quæ esse suum a Deo per Filium non habent, creaturæ sunt? *Maced.* Sunt. *Orth.* Creatura igitur est Spiritus. *Maced.* Non voco creaturam, quandoquidem scriptum non est. *Orth.* Nec factum dicito, quandoquidem idem prorsus significat. *Maced.* Sed scriptum est : « Omnia per ipsum facta sunt : » scriptumque « Omnes servi tui [6]. » *Orth.* Servum igitur vocas Spiritum? *Maced.* Absit! *Orth.* Non ergo omnibus istis annumeratur. *Maced.* Tria igitur non facta dicis! *Orth.* Sed quæ nec causa nec patre careant. Etsi enim Spiritus factus non est, causa tamen originis non caret. Causam enim habet Deum, cujus Spiritus est. Et licet Filius factus non sit, non tamen est sine Patre : habet enim Patrem Deum, ex quo et genitus est. Pater vero et non factus est, et nec causam, nec Patrem habet. *Maced.* Non igitur factus est Spiritus per Filium? *Orth.* Absit! Quomodo enim Pater illum super Filium ponere dicit, si per ipsum Filium Spiritus factus est? *Maced.* Ubi scriptum est, Patrem super Filium ponere Spiritum? *Orth.* « Ecce puer meus dilectus, in quem complacuit sibi anima mea: ponam super eum Spiritum meum [7]. » *Maced.* Non hunc dicit Spiritum. *Orth.* Estne vero alius Patris Spiritus? *Maced.* Pater ipse Spiritus est, et quando ait, « Ponam Spiritum meum super eum, » virtutem suam intelligit. *Orth.* Cum ergo dicit, « Super quem descendentem et manentem **488** videris Spiritum super eum [8], » virtutem ipsius dicit? *Maced.* Non, sed Spiritum ipsum paracletum dicit. *Orth.* De alio igitur prophetæ locutus est, quem super eum positurus esset, de alio Joanni. *Maced.* Quem ad Joannem dixit se positurum super eum, is est Paracletus : is vero de quo ad prophetam locutus est, suam ipsius virtutem dicit. *Orth.* Duosne Spiritus habet Deus? *Maced.* Deus ipse Spiritus est. Sed et virtus ejus Spiritus dicitur. *Orth.* Virtus hæc est Spiritus subsistens. *Maced.* Non intelligo quid sit subsistens : virtutem suam se positurum dixit. *Orth.* Virtus ejus, quam se positurum dixit, in se subsistit. *Maced.* Deus ipse est. *Orth.* Atqui, cum Joanni dixisset : « Super quem videris Spiritum descendentem, velut columbam, et manentem super eum [9], » eumque Joannes cum vidisset, subjunxit a propheta significatam vocem : « Hic est Filius meus dilectus, in quem sibi complacuit anima mea. » Vides, ut eædem utrobique voces ponantur : ne cogitemus, alium Spiritum per prophetam, alium Joanni fuisse dictum. Deinde ex Luca disce quod scriptum est. Posteaquam enim

καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀρχάγγελος ὤν. Καὶ γὰρ ὀφθαλμὸς τῶν ἄλλων μελῶν τοῦ σώματος τιμιώτερός ἐστιν, ἢ ὀφθαλμός ἐστιν· ἀλλ' οὐχὶ σῶμά ἐστι. Μακεδ. Ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἔχει τὸ εἶναι. Ὀρθ. Τὰ γὰρ ἄλλα, οὐκ ἐκ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἔχοντα τὸ εἶναι, κτίσματά εἰσι; Μακεδ. Ναί. Ὀρθ. Κτίσμα ἄρα καὶ τὸ Πνεῦμα. Μακεδ. Οὐ λέγω κτίσμα, ἐπειδὴ οὐ γέγραπται. Ὀρθ. Μὴ γενητὸν λέγε, ἐπειδὴ ἐκ παραλλήλου αὐτὸ σημαινόμενόν ἐστι. Μακεδ. Ἀλλὰ, « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » γέγραπται· καὶ, « Τὰ σύμπαντα δοῦλα σά, » γέγραπται. Ὀρθ. Δοῦλον οὖν λέγεις τὸ Πνεῦμα; Μακεδ. Μὴ γένοιτο! Ὀρθ. Οὐκ ἄρα μετὰ τῶν πάντων συναριθμεῖται. Μακεδ. Τρία οὖν ἀγένητα λέγεις; Ὀρθ. Ἀλλ' οὐκ ἀναίτια, οὔτε μὴ (17*) ἀπάτορα. Καὶ γὰρ εἰ ἀγένητον τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' οὐκ ἀναίτιόν· ἔχει γὰρ αἴτιον τὸν Θεὸν, οὗ Πνεῦμά ἐστι. Κἂν ἀγένητος ὁ Υἱὸς, ἀλλ' οὐκ ἀπάτωρ. ἔχει γὰρ Πατέρα τὸν Θεὸν, ἐξ οὗ καὶ γεγέννηται. Ὁ δὲ Πατὴρ καὶ ἀγένητος καὶ ἀναίτιος καὶ ἀπάτωρ. Μακεδ. Οὐκ ἐγένετο οὖν τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Υἱοῦ; Ὀρθ. Μὴ γένοιτο! Πῶς γὰρ ὁ Πατὴρ λέγει τιθέναι αὐτὸ ἐπὶ τὸν Υἱὸν, εἴπερ δι' αὐτοῦ ἐγένετο; Μακεδ. Ποῦ γέγραπται, ὅτι ὁ Πατὴρ ἐπὶ τὸν Υἱὸν τίθησι τὸ Πνεῦμα; Ὀρθ. « Ἰδοὺ ὁ Παῖς μου ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν. » Μακεδ. Οὐ τοῦτο λέγει τὸ Πνεῦμα. Ὀρθ. Ἔστι γὰρ ἄλλο Πνεῦμα τοῦ Πατρός; Μακεδ. Καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ Πνεῦμά ἐστι· καὶ ὅταν λέγει, « Θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, » δύναμιν αὐτοῦ λέγει. Ὀρθ. Ὅταν οὖν λέγει, « Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, » τὴν δύναμιν αὐτοῦ λέγει; Μακεδ. Οὔκ, ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸν Παράκλητον λέγει. Ὀρθ. Ἄλλο οὖν εἶπε τῷ προφήτῃ τιθέναι ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἄλλο τῷ Ἰωάννῃ. Μακεδ. Ὃ εἶπε τῷ Ἰωάννῃ τιθέναι ἐπ' αὐτὸν, ἔστιν ὁ Παράκλητος· ὃ δὲ εἶπε διὰ τοῦ προφήτου, τὴν δύναμιν τὴν ἑαυτοῦ λέγει. Ὀρθ. Δύο Πνεύματα ἔχει ὁ Θεός; Μακεδ. Αὐτὸς ὁ Θεὸς Πνεῦμά ἐστι· λέγεται δὲ καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ Πνεῦμα. Ὀρθ. Ἡ δύναμις αὕτη Πνεῦμα ἐνυπόστατον. Μακεδ. Ἐνυπόστατον τί ἐστιν, οὐ νοῶ· τὴν δύναμιν αὐτοῦ εἶπε τιθέναι. Ὀρθ. Τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ἣν εἶπε τιθέναι, ἐνυπόστατός ἐστιν. Μακεδ. Αὐτό ἐστιν ὁ Θεός. Ὀρθ. Καίτοιγε εἰρηκὼς τῷ Ἰωάννῃ· « Ἐφ' ὃν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν· » καὶ τοῦ Ἰωάννου θεασαμένου, ἐπήγαγε τὴν παρὰ τῷ προφήτῃ σημαινομένην φωνήν· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. » Ὁρᾷς, ὅτι αἱ αὐταὶ φωναὶ κεῖνται· ἵνα μὴ ἄλλο διὰ τοῦ προφήτου Πνεῦμα, καὶ ἄλλο τῷ Ἰωάννῃ εἰρημένον νοήσωμεν; Ἔπειτά μάθε καὶ παρὰ τῷ Λουκᾷ, τί γέγραπται. Ὅτι, κατελθόντος τοῦ Πνεύματος καὶ μείναντος ἐπ' αὐτὸν, καὶ τῆς φωνῆς λεγομένης, λέγει· « Ἰησοῦς δὲ, Πνεύματος ἁγίου πλήρης, ὑπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἤγετο ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου. » Μακεδ. Τὸ Πνεῦμα οὖν τὸ ἅγιον πλήρωσίς ἐστι τοῦ Χριστοῦ;

[6] Joan. I, 3. [7] Isa. XLII, 1. [8] Joan. I, 33. [9] Ibid.

(17*) Lege μήν, ut col. 1332. EDIT.

Ὀρθ. Ὁ εὐαγγελιστὴς λέγει, ὅτι Ἰησοῦς ἦν πλήρης Πνεύματος ἁγίου. Μακεδ. Μεῖζον οὖν λέγει τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ. Ὀρθ. Μὴ γένοιτο ! Μακεδ. Εἰ ἐπλήρωσεν αὐτὸ τὸν Υἱὸν, εἰ ἐν τῷ Πνεύματι ἀγεται, μεῖζον αὐτοῦ ἐστιν. Ὀρθ. Καὶ πάλιν λέγω, μὴ γένοιτο τοῦτο εἰπεῖν ! ἀλλ' ὥσπερ ἐὰν ἀκούσῃς, ὅτι ὁ Υἱὸς ἐκ δεξιῶν κάθηται τοῦ Πατρὸς, οὔτε τόπον νοεῖς ἐπὶ Θεὸν, οὔτε μείζονα τὸν Υἱὸν ἡγῇ, ἀλλ' ἐκ τῆς ὑπερβαλλούσης τιμῆς τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως νοεῖς· οὕτως, ἐὰν ἀκούσῃς, ὅτι ὁ Ἰησοῦς πλήρης Πνεύματος ἁγίου, μὴ ἐλλείψεως πλήρωσιν νομίσῃς, μήτε μεῖζον τὸ Πνεῦμα ἡγῇ· ἀλλ' ἐκ τῆς ὑπερβαλλούσης τιμῆς καὶ ἑνώσεως τὸν αὐτὸν τῆς φύσεως νόει ἐν τρισὶ τελείας ὑποστάσεσιν, Ὅτι δὲ ἐπ' αὐτὸν τὸν Υἱόν ἐστι τὸ Πνεῦμα, ἄκουε καὶ αὐτοῦ λέγοντος τοῖς Ἰουδαίοις· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· » καὶ τοῦ Πέτρου· « Ὅτι ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει. » Μακεδ. Ἐγὼ ἀμαθής εἰμι, ἄγω τὸν διδάσκαλόν μου, καὶ διαλέγεταί σοι. Ὀρθ. Γένοιτό σοι τὸν εὐσεβῆ λογισμὸν λαβεῖν διδάσκαλον ! Ἵνα μὴ ἀνθρώποις ᾖς ἀκολουθῶν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ εἰρηκότι· « Πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ἀμήν.

Spiritus descendit et mansit super eum, et vox supra dicta audita est, subjungit : « Jesus vero plenus Spiritu sancto, regressus est a Jordane, et ductus est in desertum a Spiritu, ut a diabolo tentaretur [10]. » *Maced.* Spiritus sanctus igitur Christum implet ac perficit ? *Orth.* Evanglista ait, Jesum Spiritu sancto plenum fuisse. *Maced.* Majorem igitur Filio Spiritum dicit. *Orth.* Absit ! *Maced.* Si ille Filium implevit, si a Spiritu Filius agitur, major ipso est Spiritus. *Orth.* Iterum aio, absit ! ut hoc dicam ! Sed quemadmodum, cum audis Filium sedere ad dexteram Patris, neque locum apud Deum animo concipis, nec majorem Filium ducis, sed ex eminente honore naturæ identitatem intelligis : sic audiens Jesum plenum Spiritu sancto, non defectus complementum putes, nec majorem Spiritum existimes, sed ex eminente honore et unione, identitatem naturæ animo collige, in tribus perfectis hypostasibus. Quod vero super ipsum Filium Spiritus sit, audi et ipsum Judæis loquentem : « Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me [11] ; » et Petrum : « Quia unxit ipsum Deus Spiritu sancto et virtute [11a]. » *Maced.* Ego litterarum sum imperitus, magistrum meum adducam, qui tecum disputat. *Orth.* Utinam magistrum tibi accersas piam meditationem. : ne homines sequaris, sed Deum, qui dixit : « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti [12]. » Amen.

Τοῦ αὐτοῦ Ἀθανασίου

Ἑτέρα διάλεξις πρὸς Μακεδονιανὸν, περὶ τοῦ, εἰ ἐφόρεσε σῶμα ἔμψυχον ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος (18).

ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΝΟΣ.

Οὐ μόνον σφάλλεσθε λέγοντες, ὅτι ὁμοούσιός ἐστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἀλλ' ὅτι καὶ ψυχὴν εἶχε σαρκωθεὶς ὁ Κύριος. ΟΡΘΟΔΟΞΟΣ. Οὐ μόνον εὐσεβοῦμεν λέγοντες, ὅτι ὁμοούσιός ἐστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἀλλ' ὅτι καὶ ψυχὴν εἶχε σαρκωθείς. Οὐδὲν δὲ μέγα ποιεῖς ἀρνούμενος τὸ ὁμοούσιον, εἰ ψυχὴν αὐτὸν ἔχειν ἀρνῇ. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἴδιον τῶν τὸ ἑτερούσιον καὶ τὸ ἀνόμοιον λεγόντων. Ἵνα γὰρ παθητὴν τὴν οὐσίαν τοῦ Μονογενοῦς εἴπωσιν, ἄψυχον λέγουσι, καὶ ἐκ τούτου κατασκευάζουσι τὸ ἀνόμοιον. Μακεδ. Ἀλλ' ἡμεῖς ἀνόμοιον μὲν οὐ λέγομεν, ἄψυχον δὲ λέγομεν. Ὀρθ. Ὁμολογεῖς, ὅτι παρὰ τῷ θανάτῳ ἥρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ γέγραπται, καὶ ἐν τῷ κατὰ Μάρκον, Ἤρξατο θαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν ; Μακεδ. Ναί. Ὀρθ. Ἀδημονεῖ δὲ καὶ ἐκθαμβεῖται θεότης τὸν θάνατον, ἢ τὸ ἄψυχον σῶμα ; Μακεδ. Δηλονότι ἡ θεότης σεσαρκωμένη. Ὀρθ· Ἀνόμοιος ἄρα ἡ τοῦ Υἱοῦ θεότης τῇ τοῦ Πατρὸς θεότητι ; Μακεδ. Μὴ γένοιτο ! Ὀρθ. Εἰ ἀδημονεῖ καὶ ἐκθαμβεῖται τὸν θάνατον, πῶς δύναται ὅμοιος εἶναι καὶ ἀπαράλλακτος τῷ μήτε ἀδημονοῦντι, μήτε λυπουμένῳ, μήτε ἐκθαμβουμένῳ ; Μακεδ. Ἐπειδὴ σῶμα ἀνθρώπινον ἔσχεν, ἀδημονεῖ.

EJUSDEM ATHANASII

Disputatio alia adversus Macedonianum, de quæstione, an Dei Verbum corpus animatum gestarit ?

MACEDONIANUS

Non erratis tantum quod consubstantialem Patri Filium esse dicatis : sed etiam quod Dominum incarnatum animam quoque habuisse affirmetis. ORTHODOXUS. Non modo religiose sentimus, cum Patri consubstantialem esse Filium : sed et cum eum incarnatum animam habuise confitemur. Neque vero magni quid feceris consubstantialitatem negans, si animam eum habere negaveris. Hoc enim eorum est proprium, qui substantiæ diversitatem et dissimilitudinem asserunt. Ut enim substantiam Unigeniti dicat esse patibilem, inanimatam eam dicunt, atque inde dissimilitudinem substantiæ comminiscuntur. *Maced.* Nos vero dissimilitudinem substantiæ non dicimus, sed anima carere dicimus. *Orth.* Fateriene Christum in mortis agone cœpisse contristari 489 et mœstus esse, ut in Evangelio Matthæus habet, Cœpit contristarii et mœstus esse, et ut Marcus, cœpit pavere et tædere ? *Maced.* Etiam. *Orth.* Utrum mœsta est et mortem pavet divinitas, an corpus animatum ? *Maced.* Divinitas certe incarnata. *Orth.* Filii igitur divinitas dissimilis est deitati Patris ? *Maced.* Absit ! *Orth.* Si mœsta est et pavet mortem; quomodo similis per omnia erit ei

[10] Luc. IV, 1, 2. [11] Luc. IV, 18. [11a] Act. X, 38. [12] Matth. XXVIII, 19.

(18) In titulo Dialogi Palat. habet, κεφάλαιον δεύτερον.

qui nec angitur, nec contristatur, nec turbatur? *Maced.* Corpus habuit, et idcirco contristatur. *Orth.* At corpus sine anima non angitur, non turbatur, non tristatur? *Maced.* Sed loco animæ divinitatem habuit. *Orth.* An corpus divinitati pavorem incussit, aut divinitas corpori? *Maced.* Propter corpus divinitas expavescebat. *Orth.* Nimirum ut principatus animi nostri, ita et divinitas a corpore turbabatur. *Maced.* Absit ut hoc dicam! *Orth.* Concedas igitur oportet animam fuisse quæ turbata est. *Maced.* Absit! *Orth.* Quomodo ergo angelum audies Josepho dicentem : « Accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Ægyptum : futurum est enim ut Herodes quærat animam pueri [13];» et iterum ; « Surge et accipe Mariam conjugem tuam, et vade in terram Israel : defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri [14]; » et Dominus ipse ait : « Ego sum pastor bonus : bonus pastor animam suam ponit pro ovibus [15]; » et iterum : « Cum volo, pono eam, et cum volo, resumo eam [16]. » *Maced.* Quando vero et Patrem audimus loquentem. « Sabbata et neomenias vestras odit anima mea [17],» ideone et ipsum Patrem animam habere dicemus? *Orth.* Non considerasti eum, quem adduxisti locum. Neque enim demonstrare poteris Patrem esse, qui isthæc loquatur. *Maced.* Cujus ergo est vox ista? *Orth.* Filii Dei, qui dixit : » Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui : Israel autem me non cognovit, et populus meus non intellexit [18].» *Maced.* Hiccine est qui dicit : « Neomenias vestras et Sabbata odit anima mea? » *Orth.* Sane quidem. Tum enim odit ea, quando incarnatus est, et fœdus novum instituit. *Maced.* Atqui animam habuit, cum Isaiæ visus est! *Orth.* Quemadmodum nec manus, nec pedes corporeos, neque etiam vestimenta corporea habuit, ante incarnationem, quando dixit, « Foderunt manus meas et pedes meos : et super vestem meam miserunt sortem [19],» sed quæ futura erant pronuntiavit : sic et de anima loquens dixit : « Odit anima mea. » *Maced.* Sit sane Filii vox hæc : nunquid et tum Filius loquitur, cum dicit : « Ecce puer meus dilectus, in quem complacuit anima mea, ponam Spiritum meum super eum [20]? » *Orth.* Patrem hic, non Filium, loqui in confesso est : attamen non quod animam habeat sic loquitur Pater, sed cujusque sancti animam suam animam dicit. Quæcunque igitur anima sibi complacuerit in Filio, ista, inquit, est anima mea. Etenim ut homo justus, Dei homo dicitur : ita anima justa, Dei anima nuncupatur et est. *Maced.* Quid igitur est beneplacitum? *Orth.* Verbum *complacuit*, propheta Isaias interpretatur *suscepit*, ubi scribit : « Jacob servus meus, suscipiam eum : Israel electus meus, quem benigne suscepit anima mea. Posui Spiritum meum super eum.» Quæcunque igitur anima hunc, quem ostendo, servum meum suscepit, ea est mea anima. *Maced.* Nos improprie Pa-

A Ὀρθ. Σῶμα δὲ ἄψυχον οὐκ ἀδημονεῖ, οὐκ ἐκθαμβεῖται, οὐ λυπεῖται. Μακεδ. Ἀλλ' εἶχε θεότητα ἀντὶ τῆς ψυχῆς. Ὀρθ. Τὸ σῶμα ἐποίει τὴν θεότητα ἐκθαμβεῖσθαι, ἢ ἡ θεότης τὸ σῶμα; Μακεδ. Διὰ τὸ σῶμα ἡ θεότης ἐξεθαμβεῖτο. Ὀρθόδ. Ἐθολοῦτο οὖν ἡ θεότης ὑπὸ σώματος, ὡς τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν. Μακεδ. Μὴ γένοιτο εἰπεῖν! Ορθ. Ἀνάγκη οὖν δοῦναι ψυχὴν τὴν θολουμένην. Μακεδ. Μὴ γένοιτο! Ὀρθ. Πῶς οὖν ἀκούσῃ τοῦ ἀγγέλου λέγοντος τῷ Ἰωσήφ. « Παράλαβε τὴν μητέρα καὶ τὸ παιδίον, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον· μέλλει γὰρ ὁ Ἡρώδης ζητεῖν τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου· » καὶ πάλιν· « Ἐγερθεὶς παράλαβε Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου· » καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος λέγει· « Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς B τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων· » καὶ πάλιν· « Ὅτε θέλω, τίθημι αὐτήν, καὶ ὅτε θέλω, λαμβάνω αὐτήν; » Μακεδ. Ἐπειδὴ καὶ ὁ Πατὴρ λέγει, « Τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ Σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου, » ἆρα διὰ τοῦτο καὶ τὸν Πατέρα ψυχὴν ἔχειν λέξομεν; Ὀρθ. Πρῶτον δ' παρήγαγες ῥητὸν οὐκ ἐνόησας. Οὐ γὰρ ἔχεις δεῖξαι, ὅτι Πατήρ ἐστιν ὁ λέγων. Μακεδ. Ἀλλὰ τίνος ἐστὶν ἡ φωνή; Ὀρθ. Τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ εἰρηκότος· « Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον αὐτὸν, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου οὐ συνῆκε. » Μακεδ. Οὗτος οὖν ἐστιν ὁ λέγων· « Τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ Σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου; » Ὀρθ. Καὶ πάνυ. Τότε γὰρ αὐτὰ ἐμίσησεν, ὅτε ἐνηνθρώπησε, καὶ τὴν Καινὴν Διαθήκην διέθετο. C Μακεδ. Καὶ εἶχε ψυχὴν, ὅτε ὤφθη τῷ Ἡσαΐᾳ; Ὀρθ. Ὥσπερ οὐκ εἶχε χεῖρας καὶ πόδας σωματικοὺς, οὔτε μὴν ἱμάτια σωματικὰ πρὸς τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὅτε ἔλεγεν, « Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλήρους, » ἀλλὰ τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ἔλεγεν· οὕτω καὶ περὶ ψυχῆς λέγων εἶπε· « Μισεῖ ἡ ψυχή μου. » Μακεδ. Δῶμεν, ὅτι ἡ φωνὴ τοῦ Υἱοῦ ἐστι· μὴ καὶ ὅτε ἔλεγεν, « Ἰδοὺ ὁ Παῖς μου ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν ηὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, » ὁ Υἱὸς ἐστιν ὁ λέγων; Ὀρθ. Οὐκ ἔστιν ὁ Υἱὸς ὁ λέγων, ἀλλ' ὁμολογουμένως ὁ Πατήρ. Οὐ μὴν ὡς αὐτὸς ψυχὴν ἔχων ταῦτα λαλεῖ· ἀλλὰ πᾶσαν ψυχὴν ἁγίαν, ἑαυτοῦ ψυχὴν λέγει· Ἥτις οὖν ψυχὴ εἰς τὸν Υἱὸν ηὐδόκησε, αὕτη μου, φησὶν, ἔστιν ἡ D ψυχή. Ὡς γὰρ ὁ δίκαιος ἄνθρωπος, τοῦ Θεοῦ λέγεται ἄνθρωπος· οὕτω καὶ ἡ δικαίαν ψυχὴ τοῦ Θεοῦ λέγεται καὶ ἔστι ψυχή. Μακεδ. Τί οὖν ἐστιν εὐδοκία; Ὀρθ. Ὁ προφήτης Ἡσαΐας τὸ ηὐδόκησε, προσεδέξατο, εἶπε, λέγων· « Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ. Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου· ἔδωκα τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν. » Ἥτις οὖν ψυχὴ τοῦτον, ὃν δείκνυμι ὑμῖν παῖδά μου, προσεδέξατο, αὕτη μου ἐστὶ ψυχή. Μακεδ. Ἡμεῖς κατα-χρηστικῶς τὸν Πατέρα λέγομεν εἰρηκέναι τὴν φω-

[13] Matth. II, 13. [14] ibid. 20. [15] Joan. X, 11. [16] ibid. 18. [17] Isa. I, 13. [18] ibid. 3. [19] Psal. XXI, 17-19. [20] Isa. XLII, 1.

νήν. Οὔτε γὰρ ψυχὴν ἔχων ὁ Πατὴρ λέγει· « Εἰς ὃν ηὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· » οὔτε, ὡς σὺ νενόηκας, περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ψυχῆς λέγει. Ὀρθ. Δῶμεν, ὅτι καταχρηστικῶς εἴρηται περὶ τοῦ Πατρός· ἆρα καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ καταχρηστικῶς εἴρηται ; Μακεδ. Ναί. Ὀρθ. Ἐὰν οὖν καὶ ἄνθρωπος λέγηται ὁ Πατὴρ, καταχρηστικῶς εἴρηται· καὶ εἰ περὶ τοῦ Πατρὸς, ἆρα καὶ τὸν Υἱὸν καταχρηστικῶς ἄνθρωπον λέξομεν ; Μακεδ. Ποῦ γέγραπται καταχρηστικῶς ὁ Πατὴρ ἄνθρωπος; Ὀρθ. Αὐτὸς ὁ Υἱὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις λέγει αὐτὸν ἄνθρωπον. Μακεδ. Ἀνάγνωθί μοι ποῦ αὐτὸν λέγει ἄνθρωπον. Ὀρθ. Ὅταν λέγῃ, « Ἄνθρωπός τις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ, » ποῖον λέγει ἄνθρωπον ! Καὶ ὅταν λέγῃ· « Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, ποῖον νοεῖς ἄνθρωπον; Μακεδ. Ἐν παραβολῇ τὸν Πατέρα. Ὀρθ. Ἆρα οὖν, ἐπειδὴ ἐν παραβολαῖς τὸν Πατέρα λέγει ἄνθρωπον, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ παραβολῇ καὶ ἑαυτὸν Χριστὸν ἄνθρωπον μετὰ τοὺς δούλους ἀπεσταλμένον, εἴποιμεν ἂν καὶ αὐτὸν τὸν Υἱὸν καταχρηστικῶς ἐνηνθρωπηκέναι, Μακεδ. Μὴ γένοιτο ! Ὀρθ. Ἐὰν δὲ ἀκούσωμεν πρόσωπον Πατρὸς, ὃ βλέπουσιν ἄγγελοι τῶν παιδίων, ὡς ἐν Εὐαγγελίοις γέγραπται· ἀκούσωμεν δὲ καὶ πρόσωπον Υἱοῦ, ὃ ἔλαμψεν ἐν τῷ ὄρει, καὶ ἐῤῥάπισεν ὁ ὑπηρέτης· οὕτως ἀκούσομεν τῶν σημαινομένων ; ἢ τὸ μὲν σώματος πρόσωπον, τὸ δὲ καταχρηστικῶς ὀνομάσομεν πρόσωπον, ὅ ἐστιν ὑπόστασις ; Μακεδ. Ὁμολογουμένως ἄλλως ἐπὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἄλλως ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ. Ὀρθ. Οὐκ ἄρα, καὶ εἰ περὶ τοῦ Πατρὸς καταχρηστικῶς εἴρηται ψυχὴ, πάντως καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ· Μανιχαίων γὰρ αὕτη ἡ μανία, τὸ λέγειν μὴ ἐνηνθρωπηκέναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Μακεδ. Ἐνηνθρωπηκέναι λέγομεν· ἀλλ' οὐχὶ ψυχὴν εἰληφέναι. Ὀρθ. Μὴ λέγε ἐνηνθρωπηκέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ σεσαθκῶσθαι. Εἰ γὰρ οὐκ ἔλαβεν ἔμψυχον σῶμα, οὐδὲ ἐνηνθρώπησε. Μακεδ. Διὰ τί; Ὀρθ. Ὅτι σῶμα ἄψυχον, τὸ μὴ κοινωνῆσαν ψυχῇ λογικῇ οὐκ ἔστιν ἀνθρώπινον σῶμα. Ἵνα δὲ ὡς « ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς, ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς ἐπᾴδοντος, » οὕτως ἀκούετε τοῦ Πέτρου λέγοντος ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, ὅτι « Οὔτε ἡ ψυχὴ αὐτοῦ κατελείφθη εἰς ᾅδου, οὔτε ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν ; Καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας βοᾷ. « Ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας τὴν ψυχὴν ὑμῶν, ὄψεσθε σπέρμα μακρόβιον. » Καὶ βουλεύσεται Κύριος ἐν χειρὶ αὐτοῦ ἀφελεῖν τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς· καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει· Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα. Ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τῆς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη. » Μακεδ. Καὶ ἡμεῖς ἴσμεν, ὅτι πολλαχοῦ εἴρηται ἐν τῇ Γραφῇ, ὅτι ψυχὴν εἶχεν· ἀλλὰ καταχρηστικῶς

A trem ista locutum fuisse dicimus. Neque enim quod animam habeat, dicit : « In quo sibi complacuit anima mea· : » neque de anima hominum loquitur, ut tu quidem existimas. *Orth.* Improprie animam Patri tribui concedamus, nunquid et de Filio improprie ? *Maced.* Etiam. *Orth.* Quid si autem Pater homo dicatur, et si improprie Pater dicitur num et Filius improprie homo dicetur ? *Maced.* Ubi scriptum est Patrem improprie esse hominem ? *Orth* **940** Filius ipse in Evangeliis hominem ipsum vocat. *Maced.* Locum lege, quo ipsum hominem vocat. *Orth.* Quando dicit, « Homo quidam fecit nuptias filio suo [21],» qualem hominem dicit? Et quando dicit, « Homo quidam plantavit vineam, et locavit eam agricolis [22],»qualem intelligis hominem?

B *Maced.* In parabola Patrem. *Orth.* Ergone igitur, cum in parabolis Patrem dicat hominem, et in eadem illa parabola seipsum dicat hominem post servos missum, Filium ipsum improprie hominem factum fuisse dixerimus ? *Maced.* Absit. *Orth.* Si ergo audierimus faciem Patris,quam puerorum angeli vident : si item audierimus faciem Filii, quæ in monte resplenduit, et quam minister Pontificis percussit: itane propria utrobique significatione faciem accipiemus,aut hanc quidem corporis faciem, illam improprie appellabimus faciem,quæ est hypostasis ? *Maced.* Omnium consensu aliter Patri, aliter Filio tribuitur. *Orth.* Non ergo si improprie anima Patri, continuo et Filio improprie tribuitur. Est hæc Manichæorum insania, docere Filium Dei non fuisse hominem factum. *Maced.* Hominem eum

C factum confitemur ; sed animam assumpsisse non item. *Orth.* Non hominem solum dic, sed et carnem factum. Neque enim homo factus est, si corpus animatum non assumpsit. *Maced.* Quid ita? *Orth.* Quia corpus exanime, quod ab animæ rationalis communione sejunctum est, non est corpus humanum.Cur autem instar «aspidis surdæ et obturantis aures suas,quæ non exaudiet vocem incantantis [23], » ita vos et Petrum auditis,in Actis apostolorum dicentem : « Non derelictam esse apud inferos animam ejus,neque carnem ejus sensisse corruptionem [24]?» et Isaiam clamantem : « Si dabitis

D pro peccato animam vestram, videbitis semen longævum. Et vult Dominus in manu ejus auferre dolorem animæ ejus, ostendere ei lucem, et formare intelligentiam, innocentem efficere justum, bene servientem multis; et peccata eorum ipse portabit. Quapropter ipse possidebit multos, et fortium dividet spolia.Pro eo autem quod tradita est in mortem anima ejus, et inter iniquos reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et propter iniquitates eorum traditus est [25]. » *Maced.* Scimus sæpe in Scriptura dici, ipsum habere animam, sed improprie, non vere, dictum est. *Orth.* Quæcumque igitur humana de ipso sunt dicta, qualia sunt au-

[21] Matth. XXII, 2. [22] Matth. XXI, 33. [23] Psal. XVII, 5, 6. [24] Act. II, 31 ; Psal. XV, 10. [25] Isa. LIII, 10-12.

ditus, visus, olfactus, vox, gustus, concupiscentia, dolor, stupor, anxietas, obambulatio, figurate,non proprie, dicta fuerint? *Maced.* Imo ea quæ modo recensita sunt, omnia proprie ipsi competunt : sed anima improprie. *Orth.*Nimirum qui illi laboranti, exque ossibus, nervis, venis, arteriis aliisque membris et partibus compacto corpori se unire dignatus est, is animam non habuit? *Maced.* Quorsum Vita opus habuit anima? *Orth.*Et quid carne illi opus fuit, qui patribus nostris etiam absque carne visus est? *Maced.* Carne opus habuit, ut crucifigi posset. *Orth.* Sic anima opus habuit, ut dolere, contristari, ut expavescere, ut apud inferos esse posset. Hoc est enim, *formam servi accipiens*, non in corpore duntaxat apparere, sed servitutis etiam passiones assumere. *Maced.* Formam servi assumpsit, quando carnem assumpsit. *Orth.* Forma Dei estne perfecta Dei forma? *Maced.* Etiam.*Orth.*Ergo et forma servi,perfecta servi forma est.Hinc enim et stupor et dolor et angor,quod forma servi perfecta sit. Atque hæc est ovis illa quam qui quærit et invenit,super humeros fert,non ut rem inanem,sed animal animatum,permittens illi ut passiones habeat,non illas quidem peccati,sed naturæ : ne phantasia esse existimetur, et insaniat Manichæus *Maced.* Concedamus **491** de anima pulchre te disserere: sed quid causæ est cur consubstantialem Filium Patri dicatis? *Orth.* Quia quam dixeris esse rationem substantiæ Patris, eam ipsam et substantiæ Filii esse statuimus. *Maced.* Sed illud non est consubstantiale, sed substantia simile. *Orth.* Simile substantia est, ut ita dicam, agrestis sapientia : ut si quis dixerit, quod idem sit unius moris et similis moris, idemque unius generis et similis generis, unius gloriæ et similis gloriæ, unius sententiæ et similis sententiæ. *Maced.* Nequaquam,sed *substantia simile* de incorporeis, *consubstantiale* de corporibus dicitur. *Orth.* Dixi agrestem esse sapientiam : potius quippe dicere vos oportuit *substantia simile* de corporibus in quæ cadit similitudo, *consubstantiale* vero de incorporeis dici, in quæ cadit identitas : nam *consubstantiale* est *ejusdem substantiale*. *Maced.* At consubstantialia præjacentem habent substantiam. *Orth.* Nequaquam vere dicis : nam consubstantialis est Eva Adamo, neque tamen habent præjacentem hominum substantiam.*Maced.*Sed terram habent præjacentem. *Orth.* Nec tamen ideo sunt consubstantiales,quia ex terra sunt,sed quia eamdem admittunt substantiæ rationem. *Maced.*Verum ego idcirco consubstantiales esse dico, quia ex eadem plane sunt substantia, ex terra nempe.Dic igitur et canes, et serpentes et cuncta cætera animantia hominibus esse consubstantialia, neque solum bruta animantia,sed etiam plantas et si quid aliud ex terra ortum habet. Uno quippe nomine omnia terrena vocantur, sed non eamdem admittunt substantiæ rationem. *Maced.* Ego non sum sectator Aristotelis. *Orth.* Neque ego. *Maced.* Sed Aristoteles inquit, homonymorum, seu quorum commune nomen,diver-

A εἴρηται, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ. Ὀρθ. Πάντα οὖν ὅσα εἴρηται περὶ αὐτοῦ ἀνθρώπινα, οἷον ἀκοὴ, ὅρασις, ὄσφρησις, φωνὴ, γεῦσις, ἐπιθυμία, λύπη, θάμβος, ἀδημονία, περίπατος, καταχρηστικῶς εἴρηται, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ ; Μακεδ. Πάντα ταῦτα τὰ προειρημένα ἀληθῶς εἴρηται, ψυχὴ δὲ καταχρηστικῶς. Ὀρθ. Καὶ ὁ καταξιώσας κοπιῶντι τῷ σώματι, καὶ ἐξ ὀστέων, καὶ νεύρων, καὶ φλεβῶν, καὶ φάρτηριῶν, καὶ ἄλλων μελῶν τοῦ σώματος καὶ μερῶν συμπαγέντι ἑνωθῆναι, οὐκ εἶχε ψυχήν ; Μακεδ· Τί χρείαν εἶχε ψυχῆς ἡ Ζωή ; Ὀρθ. Τί δὲ χρείαν εἶχε τῆς σαρκὸς, ὁ ἄνευ σαρκὸς ὀφθεὶς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν ; Μακεδ. Εἰς τὸ σταυρωθῆναι χρείαν εἶχε σαρκός. Ὀρθ. Καὶ εἰς τὸ λυπηθῆναι, καὶ ἀδημονῆσαι, καὶ ἐκθαμβηθῆναι, καὶ ἐν ᾅδου γενέσθαι, χρείαν εἶχε ψυχῆς. Τοῦτο γάρ ἐστι

B τὸ μορφὴν δούλου λαβὼν, οὐ τὸ ἐν σώματι φανῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τὰ πάθη τῆς δουλείας λαβεῖν. Μακεδ. Μορφὴν δούλου ἔλαβε, σάρκα λαβών. Ὀρθ. Ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ τελεία ἐστὶ μορφὴ Θεοῦ ; Μακεδ. Ναί. Ὀρθ. Καὶ ἡ μορφὴ ἄρα τοῦ δούλου τελεία μορφὴ τοῦ δούλου ἐστί. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ θάμβος, καὶ λύπη, καὶ ἀδημονία, διὰ τὸ τελειαν εἶναι τὴν τοῦ δούλου μορφήν. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πρόβατον, ὃ ζητήσας καὶ εὑρὼν, ἐπὶ τῶν ὤμων φέρει, οὐκ ἀσκὸν ἄψυχον, ἀλλ' ἔμψυχον ζῶον, συγχωρῶν αὐτῷ ἔχειν τὰ πάθη, οὐ τὰ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τὰ τῆς φύσεως· ἵνα μὴ φαντασία νομισθῇ, καὶ Μανιχαῖος μανῇ. Μακεδ. Δῶμεν. ὅτι περὶ ψυχῆς καλῶς λέγεις· διὰ τί καὶ ὁμοούσιον λέγετε τὸν Υἱὸν τῷ

C Πατρί ; Ὀρθ. Ὅτι ὅν ἐὰν εἴπῃς λόγον τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, τοῦτον αὐτὸν τὸν λόγον εἶναι τιθέμεθα καὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ οὐσίας. Μακεδ. Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ὁμοούσιον, ἀλλὰ ὁμοιοούσιον. Ὀρθ. Τὸ ὁμοιοούσιον, ἵν' οὕτως, εἴπω, ἄγροικος σοφία ἐστίν· ὡς ἐὰν λέγῃ τις τὸν ὁμότροπον ὁμοιότροπον. ἢ τὸν ὁμογενῆ ὁμοιογενῆ, ἢ τὸν ὁμόδοξον ὁμοιόδοξον, ἢ τὸν ὁμόφρονα ὁμοιόφρονα. Μακεδ. Οὔκ ἀλλὰ τὸ ὁμοιοούσιον ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων· τὸ δὲ ὁμοούσιον ἐπὶ τῶν σωμάτων. Ὀρθ. Εἶπον,ὅτι ἄγροικος σοφία ἐστί· μᾶλλον γὰρ τὸ ὁμοιοούσιον ἔδει λέγεσθαι παὺ ὑμῶν ἐπὶ τῶν σωμάτων, ἐφ' ὧν καὶ ὁμοιότης, τὸ δὲ ὁμοούσιον ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων, ἐφ' ὧν ἡ ταυτότης· τὸ γὰρ ὁμοούσιόν ἐστι τὸ ταυτοούσιον. Μακεδ. Ἀλλὰ τὰ ὁμοούσια ἔχουσι προϋποκειμένην οὐσίαν. Ὀρθ. Οὐκ ἀληθῶς λέγεις· καὶ γὰρ ὁμοούσιός ἐθτιν ἡ Εὔα τῷ Ἀδὰμ, καὶ οὐκ ἔχουσι προϋποκειμένην οὐσίαν ἀνθρώπων. Μακεδ.

D Ἀλλὰ τὴν γῆν ἔχουσι προϋποκειμένην. Ὀρθ. Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτό εἰσιν ὁμοούσιοι, ἐπειδὴ ἐκ τῆς γῆς εἰσιν, ἀλλ' ὅτι τὸν αὐτὸν ἐπιδέχονται λόγον τῆς οὐσίας. Μακεδ. Ἐγὼ δὲ διὰ τοῦτο λέγω ὁμοουσίους, ἐπειδὴ ἐκ τῆς αὐτῆς εἰσιν οὐσίας, ἐκ τῆς γῆς. Ὀρθ. Εἶπε οὖν καὶ τοὺς κύνας, καὶ τοὺς ὄφεις, καὶ πάντα τὰ ἄλλα ζῶα, ὁμοούσια τοῖς ἀνθρώποις· καὶ οὐ μόνον τὰ ἄλογα ζῶα, ἀλλὰ καὶ τὰ φυτὰ, καὶ εἴ τι ἕτερον ἐστιν ἐκ τῆς γῆς. Ὁμωνύμως γὰρ πάντα γήϊνα καλοῦνται· ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν ἐπιδέχονται λόγον τῆς οὐσίας. Μακεδ. Ἐγὼ οὐκ ἀκολουθῶ Ἀριστοτέλει. Ὀρθ. Οὐδὲ γὰρ ἐγώ. Μακεδ. Ἀλλὰ Ἀριστοτέλης εἶπε τῶν ὁμωνύμων τὸν λόγον τῆς οὐσίας ἕτερον εἶναι. Ὀρθ. Σὺ

δὲ τὸν αὐτὸν εἶναι λόγον λέγεις τῆς οὐσίας ἀνθρώπων καὶ ὄνων, καὶ βοῶν, καὶ ἵππων, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ; Μακεδ. Ναί. Ὀρθ. Τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχεις τῆς οὐσίας τοῖς ἀλόγοις ; Μακεδ. Ναί. Ἐκ τῆς γῆς γὰρ ἐγενόμεθα πάντες. Ὀρθ. Ἐγὼ μὲν οὐκ Ἀριστοτέλει ἀκολουθῶν, ἀλλ' αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ, τῶν ὁμωνύμων τὸν λόγον τῆς οὐσίας οὐ τὸν αὐτὸν λέγω, οὐδὲ ταυτὰ τοῖς ἀλόγοις τὰ λογικά. Πᾶς δὲ αἱρετικὸς « παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Μακεδ. Μὴ ὕβριζε διαλεγόμενος. Ὀρθ. Ἐγὼ οὐχ ὑβριζω· ἀλλ' ἡ σὴ φωνὴ τοῦτο συνήγαγε.

A sam esse substantiæ rationem, *Orth.* At tu dicis eamdem esse rationem substantiæ hominum, asinorum, boum, equorum et aliorum animantium ? *Maced.* Etiam. *Orth.* Eamdem ergo substantiæ rationem habes quam bruta animantia. *Maced.* Etiam, *Orth.* Ego quidem non Aristotelem, sed veritatem consectatus, non dico eorum quorum commune nomen, eamdem esse substantiæ rationem, neque eadem esse irrationabilia quæ rationabilia. Omnis autem hæreticus « comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [26].» *Maced.* Abstine a contumeliis inter disputandum. *Orth.* Ego contumeliose non ago, sed illud ex dictis tuis consequitur.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολή, προοιμίου δύναμιν ἔχουσα, καὶ τραγῳδίαν τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ταραχῆς.

Ejusdem epistola, præfationis loco scripta, in qua motuum ecclesiasticorum tragædia.

Ἐθαύμασά σου τὸν φιλόλογον καὶ φιλαλήθη σκοπόν, ὦ πιστότατε δοῦλε Χριστοῦ (τί γὰρ ἂν εὕροιμι τῆς ἀξίας ταύτης ἴσον ;) Εὐστάθιε· καὶ τοσοῦτον ἐθαύμασα, τοσοῦτον ἠττήθην, ὡς αὐτίκα διαναστῆναι πρὸς τὴν ὧν ἐκέλευσας διακονίαν, εἰσφέροντα προθύμως τὸ βούλεσθαι, εἰ καὶ λείπει τὸ δύνασθαι. Πῶς γὰρ ἂν δυνηθείην ἢ τῷ θερμῷ σου ζήλῳ συνεξισῶσαι λόγον, ἢ τὸ χρεωστούμενον τῇ ἀληθείᾳ πληρώσαι μέτρον, ἢ τοῦ νῦν ὀχλοῦντος ψεύδους παραστῆσαι (19) τὸν ὄγκον ; Λέγονται πάσης ἀλογίας καὶ ἀπονοίας γέμοντα ῥήματα· καὶ λέγονται μετὰ πάσης ἀναιδείας καὶ αὐθεντίας, ὡς ἐκ τούτου ῥᾷον τολμᾶσθαι τὰ μὴ πρότερον τολμηθέντα, καὶ τὴν αἱρετικὴν κακίαν μηκότι λάθρα καὶ κατὰ μικρὸν ἐπιβουλεύειν τοῖς ἁπλουστέροις, ἀλλ' ὡς ἀπάντων ἔχευσαν ἐξουσίαν νεανιεύεσθαι, καὶ κατὰ πάντων ἐπιτάσσειν, νομοθετεῖν, ἕλκειν πρὸς τὸ δοκοῦν, ἀπαιτεῖν ὑπακοὴν ἀνυπέρθετον, καταγινώσκειν, δίκας εἰσπράττεσθαι τῆς περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀκριβείας· καὶ τὸν μὲν ὕβρεσι περιβάλλειν, τὸν δὲ πατρίδος ἐλαύνειν· τούτῳ βρόχους ἐγκλημάτων πλέκειν, ἐκεῖνον γυμνοῦν τῆς προσούσης ἀξίας· ἄλλον καταβάλλειν τῷ θράσει, ἕτερον συναρπάζειν τῷ κόμπῳ. Σιωπῶ τὰ δεσμά, τὰ δεσμωτήρια, τὰς ζημίας, τὰς ἀτιμίας, τὰς μάστιγας, τὰ τῶν φόνων ἐλεεινὰ θεάματα, καὶ μετὰ τὴν πεῖραν αὐτὴν δι' ὑπερβολὴν ἀπιστούμενα. Καὶ ταῦτα δραματουργεῖ (20) διὰ πολλῶν ἱερέων. Ὦ τῆς ἀνιέρου τόλμης! Ὦ τῆς ἀφορήτου δίκης! Ὧν προοίμιον ἱερουργίας τε καὶ διδασκαλίας τὸ γλυκύτατον ἐκεῖνο· Εἰρήνη πᾶσιν· ὧν ἔργον περιφέρειν τὸ κήρυγμα, τὸ πολλὰ παραγγέλλειν περὶ πραότητος, ὅπως φυλάσσωσι τὸ, « Τῇ πραότητι παιδεύειν τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, » καλῶς πρεσβεύουσι τό· « Ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ ὀφείλομεν τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν· » πάνυ γὰρ ὁσίως τηροῦσι τοὺς σοφοὺς Παύλου λόγους· « Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ ; Τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι ; » καί· « Πᾶσι πάντα γέγονα, ἵνα πάντας κερδανῶ. » Ποῦ νῦν τό· « Μὴ μισεῖτε ὡς ἐχθρὸν, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν ; » Ποῦ νῦν· » Ἵνα τὸ

B Litterarum studium tuum, veritatisque indagandæ scopum, admiratus sum, o fidelissime Christi serve (quo te enim digniori compellem nomine ?) Eustathi : et tantopere miratus, tantopere victus sum, ut confestim jussum mihi a te ministerium aggressus sim, promptam mecum afferens voluntatem, etsi vires me deficiant. Qui enim possem fervido studio tuo æquare sermonem, aut debitam veritati implere mensuram, aut mendacii jam turbas agentis exsuperantiam declarare ? Verba proferuntur amentiæ atque insipientiæ plena : dicuntur autem summa cum impudentia et arrogantia : ut exhinc ausint quæ non sunt hactenus ausi, hæreticaque improbitas non clam ulterius et paulatim simplicioribus insidietur, sed quasi nacta in omnes potestatem, ferociter agat, omnibus imperet, leges C præscribat, ad placita sua pertrahat, obsequentiam postulet, absque mora damnet, pœnas sumat de studentibus piæ religioni : et hunc quidem contumeliis oneret, illum patria pellat, alii accusationum laqueos connectat, illum dignitate spoliet sua, alium audacia sua dejiciat, alium fastu suo ad suas partes abripiat. Taceo vincula, carceres, mulctas, opprobria, flagella, **492** miseranda cædium spectacula, quæ vel post ipsam experientiam ob atrocitatem nimiam vix creduntur. Hæc porro tragœdia multos sacerdotes auctores habet. O exsecrandam audaciam ! O intoleranda jura ! quibus exordium sacerdotii ac magisterii fuit dulcissimum illud dictum : Pax omnibus : quorum opus est prædicationem circumquaque ferre, multis verbis mansuetudinem commendare, ut obtemperent illi, D « Cum mansuetudine erudire adversarios [27],» probe annuntiant illud :« Nos qui fortes sumus, debemus infirmitates infirmorum portare [28]. » Admodum enim sancte observant hæc sapienter a Paulo dicta : « Quis infirmatur, et ego non infirmor ? Quis scandalizatur, et ego non uror [29] ? » et : « Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifaciam [30]. » Ubi

[26] Psal. XLVIII, 13. [27] Tit. II, 15. [28] Gal. VI, 1 ; Ephes. IV, 2. [29] II Cor. XI, 29. [30] I Cor. IX, 22.

(19) Sic Vatican. Editi vero, παραστῆναι.

(20) Vatican. δραματουργεῖσθαι.

nunc illud : « Ne odio habeatis ut inimicum, sed admonete ut fratrem [31] ? » Ubi illud : « Ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur [32] ? » Ubi illud : « Argue, obsecra, increpa, cum omni patientia et doctrina [33] ? » Indicta causa condemnatio, absque convictione sententia. Audacia pro fortitudine reputatur, crudelitas zelus vocatur, dolus pro sapientia habetur. Quænam tragœdia quibusvis clamoribus usa hisce gestis par fuerit ? Exigua Jeremiæ lamentatio est ad tot tantorumque malorum gravitatem et magnitudinem. At ne videamur ob demonstrationum penuriam planctibus immorari, age ad singula quæ objiciunt,cum veritate simpliciter occurramus. Tametsi factis illi suis, priusquam verbis convicti sunt, juxta illud divinæ legis dictum :« Ex fructibus eorum cognoscetis eos [34]. » Fructus porro operariorum hujusmodi hactenus fuit, dissipare, non colligere ; persequi, non reducere ; dejicere, non excitare ; vulnerare, non sanare ; odisse non errantes, non quærere errantes. Quod igitur absque mendacio scriptum fuit, id manifeste impletum est : « Omnes qui pie volent vivere in Christo Jesu persecutionem patientur ; mali autem homines et seductores proficient in pejus, errantes et in errorem mittentes [35]. » Cæterum confutationis nostræ partes subjiciuntur, atque ordine distinguuntur.

A

B

I

Adversus eos qui ex sola multitudine veritatem dijudicant.

Certamina igitur, Deo auspice, adversus mendacium inituri, ducem et magistrum invocabimus Deum veritatis. Ipse enim est, qui a vanitatis nos mendaciis liberavit, nunc quidem clamans : « Ego sum veritas [36] ;» nunc vero cohortans : « Confidite, ego vici mundum [37]. » Quomodo igitur non miserandi illi, qui vim auctoritatemque doctrinæ, sola multitudine metiuntur : nec considerant Dominum nostrum Christum duodecim discipulos,simplices, illitteratos, pauperes, ignaros, fiducia adversus mundum totum gratis munivisse ? Sic illos instruens non ut duodecim, myriades sequerentur, sed myriades, duodecim illos sequi vellent ? Ita semper vincit veritas,quantumvis apud paucos inveniatur;qui autem quæstionis propositæ rationem dare non audet, nec demonstrationibus instructus est, atque idcirco ad multitudinis confugit præsidium : is hoc ipso se victum profitetur, ut qui nullum alium confidentiæ habeat locum.Quid multitudinem nobis ingeris, quasi alteram turris exstructionem Deo minitans, ad insanæ illius multitudinis exemplum ? Ostendat mihi illa veritatis decus,proxima hæc via erit ad persuadendum. Multitudo autem sua auctoritate sine demonstrationibus comprobans, est illa quidem idonea ad incutiendum

C

D

I.

Πρὸς τοὺς πλήθει μόνῳ κρίνοντας τὴν ἀλήθειαν.

Μέλλοντες δὲ σὺν Θεῷ τῶν κατὰ τοῦ ψεύδους ἀγώνων ἅπτεσθαι, καλέσωμεν εἰς ὁδήγησιν τὸν Θεὸν τῆς ἀληθείας. Αὐτὸς γὰρ ἡμᾶς ἐκ τοῦ ψεύδους τῆς ματαιότητος ἐλυτρώσατο· νῦν μὲν βοῶν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· » νῦν δὲ παρεγγυῶν· « Θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. » Πῶς οὖν οὐκ ἐλεεινοὶ οἱ πλήθει μόνῳ τοῦ λόγου τὴν ἰσχὺν ἀπονέμοντες, καὶ οὐ συνιέντες, ὅτιπερ ὁ Δεσπότης Χριστὸς δώδεκα μαθηταῖς ἁπλοῖς, ἀγραμμάτοις, πένησιν, εὐαλώτοις, τὸ κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου θάρσος δεδώρηται, παρασκευάσας αὐτοὺς οὐ ταῖς δώδεκα μυριάσιν ἀκολουθῆσαι, ἀλλὰ τὰς μυριάδας συνθέσθαι τοῖς δώδεκα ; Οὕτως ἀεὶ τῆς ἀληθείας τὸ κράτος, κἂν παρ' ὀλίγοις τέως εὑρίσκηται. Ὁ δὲ μὴ τολμῶν δοῦναι λόγον τῆς προκειμένης ζητήσεως, μήτ' εὐπυρῶν ἀποδείξεων, καὶ διὰ τοῦτο καταφεύγων εἰς πλῆθος, ὁμολογεῖ τὴν ἧτταν, ὡς οὐδὲν ἔχων παῤῥησίας ἐφόδιον. Τὸ πλῆθος ἡμῖν ἐπισείεις, ὥσπερ ἀπειλῶν τῷ Θεῷ πυργοποιίαν δευτέραν, κατὰ μίμησιν πολυχειρίας φρενοβλαβοῦς. Δειξάτω μοι κάλλος ἀληθείας, καὶ σύντομος εὐθὺς ἡ πειθώ. Πλῆθος δὲ χωρὶς ἀποδείξεων αὐθεντοῦν, φοβῆσαι μὲν ἱκανόν, πεῖσαι δὲ οὐδαμῶς. Ἢ πόσαι μυριάδες πείσουσί με τὴν ἡμέραν νύκτα νομίσαι ; ἢ τὸ χαλκοῦν νόμισμα ὡς χρυσοῦν εἰδέναι, καὶ οὕτω δέχεσθαι ; ἢ προσίεσθαι δηλητήριον πρόδηλον

[31] II Thess. III, 15. [32] Hebr. XII, 13. [33] II Tim. IV, 2. [34] Matth. VII, 20. [35] II Tim. III, 12, 13. [36] Joan. XIV, 6, [37] Joan. XVI, 33.

(21) Sic mss. Editi vero, τὸ χωλὸν εἰ τραπῇ, ἰαθῇ μὴ δὲ μαλλῶν.

ἀντὶ καταλλήλου τροφῆς; Εἶτα γηΐνων μὲν ἕνεκα πραγμάτων οὐκ αἰσθησόμεθα πλῆθος ψευδωνύμων· οὐρανίων δὲ χάριν δογμάτων νεύμασιν ἀναποδείκτοις ἀκολουθήσω, τῶν πάλαι καὶ πρόπαλαι μετὰ πολλῆς συμφωνίας, καὶ τῆς τῶν Γραφῶν μαρτυρίας παραδοθέντων ἀναχωρήσας; Οὐκ ἠκούσαμεν τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Πολλοὶ κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί; » καὶ πάλιν· « Στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν; » Τίς οὖν εὖ φρονῶν οὐκ εὔχεται τῶν ὀλίγων εἶναι τῶν διὰ τῆς στενῆς εἰσιόντων εἰς σωτηρίαν, ἢ τῶν πολλῶν, τῶν διὰ τῆς πλατείας εἰς ἀπώλειαν ὠθουμένων; Τίς δὲ οὐκ ἂν ἐπιθυμήσοι, εἰ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἔτυχεν ὢν τῆς ἀθλήσεως τοῦ μακαρίου Στεφάνου, τῆς ἐκείνου μερίδος γενέσθαι, τοῦ μόνου τοῖς λίθοις βαλλομένου, τοῦ πᾶσιν εἰς γέλωτα προκειμένου, ἢ τῶν ὄχλων τῶν οἰομένων τὸ ἀξιόπιστον ἐκ τῆς κακῆς αὐθεντίας; Εἷς εὐδοκιμῶν προτιμότερος ὑπὲρ μυριάδας αὐθαδείᾳ σεμνυνομένας, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης εὑρίσκομεν· ἐν ᾗ χιλιάδες μὲν ἔπιπτον τοῦ λαοῦ θεηλάτῳ πληγῇ, μόνος δὲ ὁ Φινεὲς ἔστη, καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις. Εἰ δὲ εἶπεν ἐκεῖνος· Πῶς τολμήσει [τις] πρὸς τὰ συμφώνως ὑπὸ τοσούτων γενόμενα; πῶς ἐναντίαν ἐπιθῶμαι ψῆφον τῶν οὕτω κρινάντων ζῆν; οὔτ' ἂν αὐτὸς ἠρίστευσεν, οὔτ' ἂν τὸ κακὸν ἔστησεν· οὔτ' ἂν οἱ λοιποὶ διεσώθησαν, οὔτ' ἂν Θεὸς τὴν εὐμένειαν ἐχαρίσατο. Καλὸν οὖν, καλὸν καὶ τὸ ἕνα δίκαιον παῤῥησιάζεσθαι, καὶ τὸ πολλῶν συμφωνίαν ἀδικον λύεσθαι. Ἀλλὰ σὺ μὲν προτίμησον, εἰ δοκεῖ, τοῦ σωζομένου Νῶε τὸ ὀποβρύχιον πλῆθος· ἐμοὶ δὲ συγχώρησον τῇ τοὺς ὀλίγους ἐχούσῃ κιβωτῷ προσδραμεῖν. Καὶ σὺ μὲν, εἰ βούλει, τάξον σεαυτὸν μετὰ πολλῶν ἐν Σοδόμοις· ἐγὼ δὲ συνοδεύσω τῷ Λὼτ, κἂν μόνος τῶν ὄχλων συμφερόντως χωρίσηται· Πλὴν ἐμοὶ καὶ πλῆθος αἰδέσιμον, οὐ τὸ φεῦγον ἐξέτασιν, ἀλλὰ τὸ παρέχον ἀπόδειξιν· οὐ τὸ πικρῶς ἀμυνόμενον, ἀλλὰ τὸ πατρικῶς διορθούμενον· οὐ τὸ χαῖρον καινοτομίᾳ, ἀλλὰ φυλάττον πατρῴαν κληρονομίαν. Ποῖον δέ μοι καὶ πλῆθος λέγεις; Τὸ μισθωθὲν κολακείᾳ καὶ δώροις, τὸ κλαπὲν ἀμαθείᾳ τε καὶ ἀγνοίᾳ, τὸ πεπτωκὸς δειλίᾳ τε καὶ φόβῳ, τὸ προτιμῆσαν πρόσκαιρον ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἅπερ πολλοὶ φανερῶς ὡμολόγησαν: Πλήθει τὸ ψεῦδος κρατύνεις; ἔδειξας τοῦ δεινοῦ τὴν ἐπίτασιν· ὅσῳ γὰρ πλείους ἐν τῷ κακῷ, τοσούτῳ μείζων ἡ συμφορά.

A metum; sed ad persuadendum, nullo modo. Quot enim myriades mihi persuasuerint ut diem noctem esse statuam? ut æreum numisma pro aureo agnoscam et accipiam? ut apertum virus pro congruo nutrimento sumam? Deinde rerum terrestrium gratia non curamus multitudinem falso nominatorum, et **493** in cœlestibus dogmatibus nulla demonstratione fultum sequar nutum, ab iis scilicet discessurus, quæ magno consensu, multisque Scripturarum testimoniis jam inde ab antiquissimis temporibus sunt tradita? Annon audivimus Dominum dicentem: « Multi sunt vocati, pauci vero electi[38]? » et iterum: « Angusta est, et stricta via, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam [39]? » Quis igitur sana mente præditus non malit in paucorum esse numero, per angustam ad salutem ingredientium, quam multorum per latam ad interitum ruentium? Quis vero, si ætas sua in tempus certaminis sancti Stephani incidisset, non ab illius potius stare partibus exoptasset, qui solus lapidibus obrutus, solus omnibus deridendus fuit propositus, quam a parte vulgi ex prava turbæ auctoritate veram fidem æstimantis? Major honos habendus est, vel uni probatæ fidei viro, quam decem aliorum millibus, qui se insolentius jactitant. Cujus rei exemplum in Veteri quoque Testamento invenire est, ubi aliquot hominum millibus clade divinitus immissa occumbentibus, solus Phinees stetit et Deum placavit, cohibitaque est clades. Quod si dixisset ille: Quid quis adversus tantam sibique ipsi consentientem ausit multitudinem? qui calculo meo improbabo quam illi delegere vitam? non sane aut fortiter se gessisset aut repressisset malum: non reliqui salvi fuissent, non sua eos benevolentia Deus fuisset dignatus. Operæ igitur pretium est, ut sive unus vir probus libere agat et loquatur, sive pravus multorum consensus solvatur. At tu, si lubet, Noe servato demersam multitudinem antepone: mihique concede ut ad arcam paucorum receptaculum accurram. Tu, si placet, cum turba Sodomis sociare, ego Lotho comes ero viæ, etiamsi solus ipse pro salute sua sese a turba segregarit. Cæterum mihi nihilominus veneranda multitudo, non illa quæ disquisitionem fugit, sed quæ probationem affert: non quæ acerbe pugnat, sed quæ paterne corrigit: non quæ gaudet novitate, sed quæ paternam servat hæreditatem. Tu vero qualem mihi multitudinem hominas! Eam nimirum, quæ adulatione et muneribus conducta est: eam, quæ imperitia et inscitia abrepta est, eam, quæ lapsa timiditate et metu, eam, quæ momentaneam peccati voluptatem vitæ præfert æternæ: id quod multi palam sunt confessi. Multitudine mendacium roboras? mali vehementiam innuis. Hoc enim major est calamitas, quo plures malo sunt implicati.

B

C

II.

Πρὸς τοὺς κελεύοντας μὴ δεῖν ἀπὸ Γραφῶν ζητεῖν ἢ λαλεῖν, ἀρκουμένους τῇ παρ' αὐτοῖς πίστει.

Τὸ μὲν οὖν μηδὲν εἶναι τὴν ἄκριτον τῶν πολλῶν συμφωνίαν, οἶμαι μηδὲ τοὺς ἐναντίως ἡμῖν ἔχοντας

D

II.

Adversus eos qui nec quærendum nec loquendum ex Scriptura præcipiunt, sua ipsi fide contenti.

Nullius ergo pretii esse inconsideratum multorum consensum, ne adversarios quidem inficiaturos ar-

[38] Matth. xxii, 14. [39] Matth. vii, 14.

τῶν τὴν ὁδὸν ὑποδειξάντων, παρελογίσαντο, πολλὰς δὲ παρεκτροπὰς μετεδίωξαν, τὰς μὲν πάλαι παρ' ἑτέρων, ἐξευρεθείσας, τὰς δὲ νῦν παρ' αὐτῶν καινοτομηθείσας, οἷά ἐστι καὶ ἡ παράλογος φωνὴ, τὸ, Ἔπαθεν ὁ Θεὸς ὡς ἠθέλησε. Μὴ δυνάμενοι γὰρ δεῖξαι τὴν φύσιν παθητὴν, τὴν βούλησιν συκοφαντῆσαι οὐκ ὤκνησαν· καὶ περὶ φύσεως ἐρωτώμενοι, περὶ βουλήσεως ἀποκρίνονται. Εἰ δεκτικὴ πάθους ἡ φύσις, ἐλέτω χώραν ἡ βούλησις· εἰ δὲ, κἂν μυριάκις δοθείη τὸ θέλειν, ἀμήχανον ἀνατραπῆναι φύσεως νόμον· πῶς οὐ μανία τὸ λέγειν, Ἔπαθεν ὡς ἠθέλησεν; Ἢ τίς τῶν εὖ φρονούντων οὐκ οἶδεν, ὅτι σύμφωνον δεῖ τῇ φύσει τὴν βούλησιν εἶναι; οὐ τὴν μὲν πρὸς ἄλλο ῥέπειν, τὴν δὲ πρὸς ἕτερον σπεύδειν· ἀλλὰ μένειν μὲν τὴν φύσιν ἐν τοῖς ἰδίοις ὅροις, θέλειν δὲ τὴν φύσιν ὅ πρέπει τῇ φύσει καὶ συνέσει· ὡς εἴ τις ἄλλο μὲν ταύτην ἔχειν λέγοι, ἄλλο δὲ θέλειν ἐκείνην, μάχην ἐπήγαγε καὶ πόλεμον· τῆς μὲν ἐγχειρούσης εἰς ἃ μὴ δεῖ, τῆς δὲ μὴ δεχομένης ὅσα μὴ πέφυκε. Τὸ γὰρ πάσχειν πεφυκὸς, καὶ θέλον καὶ μὴ θέλον τῷ πάσχειν ὑπόκειται· τὸ δὲ τοῦ πάσχειν ἐκτὸς κατὰ φύσιν, κἂν τις συγχωρήσῃ τὸ θέλειν, ὅπερ οὐχ οἷόν τε, τίς ποιήσει δέξασθαι τὴν οὐσίαν, ὅπερ οὐ πέφυκε; Πᾶν γένος ζώων φυλάττει τὸν τῆς οἰκείας οὐσίας νόμον ἀσάλευτον, καὶ ὡς γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς, οὕτω διαιτᾶται διὰ παντὸς, καὶ οὐδαμοῦ τὸ θέλειν ἀνατρέπει τὴν τάξιν. Κἂν μυριάκις ἄνθρωπος θέλῃ γενέσθαι πτηνὸς, ἀργεῖ τὰ τῆς βουλήσεως, ἐπειδὴ νικᾷ τὰ τῆς φύσεως· κἂν θέλῃ ψυχὴν ἔχειν ἑνὸς τῶν ἀλόγων, γελᾶται θέλειν, οὐ πληροῦται τὸ ἔργον. Εἶτα, πᾶσα μὲν φύσις ἔχει τὸ ἀτυράννητον, καὶ κρείττων ἐστὶ πάσης ἐναντίας βουλήσεως· μόνη δὲ ἡ ἄτρεπτος τοῦ Θεοῦ καὶ ἀθάνατος οὐσία δέχεται βούλησιν ἐναντίαν, καὶ ἡττᾶται τῇ τῆς θελήσεως ἀνάγκῃ; Ὦ τοῦ θαύματος! ἡ πᾶσαν οὐσίαν ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις φυλάττουσα, αὐτὴ τῶν τῆς ἀπαθείας ὅρων οὕτω ῥᾳδίως ἐξίσταται, καὶ οὐδὲ τοσοῦτον ὁ κτίσας ἅπαντα ἔχει, ὁπόσον κτίσματι δέδωκε; Πόθεν δὲ ὅλως ἐγνώρισται, ὅτι ἠθέλησε; Προφήτης οὐκ εἶπεν, Ἀπόστολος οὐκ ἐκήρυξεν· ἀλλ' οἱ μικρὸν ἡγούμενοι τὸ πάντων ὑπερορᾷν, ξένην φέρειν νομοθεσίαν μόνοι νεανιεύονται. Οὔτε τὸ « ἔπαθεν » ἀνέγνωμεν οὔτε « ὡς ἠθέλησεν » εὕρομεν. Τίς γὰρ τῶν ἁγίων ἢ εἶδε πάσχοντα τὸν ἀπαθῆ καὶ ἀόρατον, ἢ τὴν περὶ τοῦτον θέλησιν κατενόησεν; Ὦ τόλμης τῶν ἀνθρώπων ὑπὲρ τὰς ἀοράτους δυνάμεις πηδώσης! Τίς παρῆλθε τὸν οὐρανόν; Τίς ὑπερέβη τοὺς θρόνους, τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας, τὰς δυνάμεις, τὰς κυριότητας; Τίς ὑπερέπτη τὰ σεραφίμ; Τίς εἶδε τὰ ἐκείνοις ἀθέατα; Τίς κατενόησε φύσιν Θεοῦ καὶ θέλουσαν οὕτω, καὶ πάσχουσαν ἃ παρὰ τῶν Γραφῶν οὐ δεδήλωται; Οὔτε τὸ « ἔπαθεν » εἴρηται, οὔτε τὸ « ὡς ἠθέλησε » γέγραπται. « Ἐποίησεν ὅσα ἠθέλησεν, » ἀκηκόαμεν· ὅτι δὲ ἔπαθεν ὡς ἠθέλησεν, οὐδαμοῦ μεμαθήκαμεν. Τί οὖν εἰς βεβαίωσιν τὸ ἄδηλον φέρουσι; Τοῦτο προσθήκη τῆς ἀπονοίας, οὐκ ἀπόδειξις ἀληθείας. Ἀλλ' ἔπαθεν ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν τῶν θνητῶν σάρκα, οὐ κατὰ τὸν ἀθάνατον Λόγον.

A strarunt) indicia depravarunt, multaque diverticula insecuti sunt, cum olim ab aliis adinventa, tum, a se nunc excogitata, cujusmodi est absurda ista vox. Deus passus est ut voluit. Cum enim naturam passibilem minime **501** demonstrare possent, de voluntate falsa spargere non dubitarunt : ac de natura interrogati de voluntate respondent.Si passionis capax est natura, locum habeat voluntas.Quod si vel sexcenties talis voluntas fuisse concedatur,non poterit tamen naturæ lex inverti ; qui non insania fuerit, dicere, Passus est ut voluit? Aut quis eorum qui recte sentiunt, non perspicit, oportere voluntatem cum natura consentire : neque debere hancad aliud declinare, illam ad aliud vergere ; sed manere quidem naturam in suis terminis, velle autem naturam quod ipsam naturam et intelligentiam deceat: ita ut si quis dixerit eam aliud quidem habere, aliud velle,is pugnam inducat et bellum ; cum hæc illa aggediatur quæ minime oportet ; illa minime recipiat quæ sibi non conveniunt. Id enim in quod passio cadit, velit nolit, passioni obnoxium est. Quod autem ex sua natura passionem non admittit; etiam si quis concesserit velle illud pati, quod tamen fieri nequit, quis deducet ad illud admittendum quod substantia ejus minime capit? Omne animantium genus firmam naturæ suæ servat legem, atque ut ad initio factum est, ita remanet semper, nec unquam voluntas ordinem subvertit. Quamvis sexcenties homo avis esse vellet, irrita voluntas est, quia vincit natura. Etiamsi velit alicujus bruti anima habere, deridetur voluntas, neque res illa completur. Præterea quælibet natura est a tyrannide libera, estque omni adversa voluntate superior.Num sola immutabilis immortalisque Dei substantia voluntatem admittit contrariam, et vincitur a voluntatis necessitate? O rem miram! quæ quamlibet substantiam in propriis continet limitibus, ea impassibilitatis terminis tam facile dimovetur, nec tantum habet qui creavit omnia, quantum creaturæ dedit. Sed unde tandem compertum fuit cum id voluisse. Propheta non dixit, Apostolus non prædicavit ; sed qui pro nihilo habent omnia contemnere, ii soli insolentem illam ferre legem temere aggrediuntur. Neque illud, « passus est, legimus, neque id, « ut voluit, » invenimus. Quis enim sanctorum, aut eum pati vidit qui impassibilis et invisibilis esset aut ejusmodi voluntatem cogitavit? O audaciam hominum! supra invisibiles potestates exsilire! Quis transcendit cœlum? Quis transgressus est thronos, principatus, potestates, virtutes, dominationes? Quis supra seraphim volavit? Quis ea vidit quæ ipsis sunt invisibilia? Quis naturam Dei intellexit ita velle, et pati eam quæ a Scripturis non sunt declarata? Neque illud, « passus est, » dicitur; neque id, « ut voluit, » scriptum est. Audivimus : « Quæcumque voluit fecit [89], » quod autem passus sit ut voluit nusquam didicimus. Cur itaque ad confir-

[89] Psal. cxxxiv, 6.

mationem quod occultum est afferunt ? Dementiæ accessio hæc est ; non veritatis demonstratio. Sed passus est Christus secundum mortalem carnem, non secundum immortale Verbum.

IX.

Adversus eos qui dicunt, ita accipiendas esse (Scripturæ) voces, ut non consideretur quænam illæ significent; cum omnium captum excedant.

Vix reperti sunt qui omnia quæ ad homines attinent evertere contenderent, ac satagerent ut homines non ultra rationales essent, neque ea quæ naturaliter bona sunt accurate ediscerent ; quique dicerent omnibus perutile esse, ut simpliciter et absque prævio examine, sacrorum librorum voces acciperent ; nulla habita consideratione vel correctione, nec juxta pium scopum quo dictæ sunt. Nam si, ut jubent illi, eorum sigdificationes quis non expendat, simpliciterque **502** et absque prævio examine quæ dicuntur auscultet : restat ut prophetæ et apostoli auribus nostris fustra personent, ac quivis sermo inutilis et inefficax permaneat, auditoresque in cordium suorum penetralia nihil fructus transmittant. Sic enim præcipiunt auribus quidem audire, corde autem non intelligere, nec dictorum consequentiam perpendere, juxta illam comminationem : « Auditu audiatis, et non intelligatis [70]. » Quamobrem ad illud : « Verbum caro factum est [71], » audiendum compellunt, nec pie intelligere permittunt, quasi qui potestatem habeant cujusque mentem arbitratu suo trahendi, non ad id quod decorum et utile est. An Verbum audiam, nec congruentem sensum requiram ? Ubi igitur aut sermonis consequentia, aut auditoris utilitas ? Fortassis et ad brutorum morem homines mutari præcipiunt, siquidem verborum sonos auribus quidem percepturi sunt, ex sensu vero nihil fructus animo admissuri. Non hæc Paulus jussit, hujusmodi scilicet rerum doctor, neque vult ut quidpiam admittatur sine ratione et judicio : sed quomodo ? « Perfectorum est solitus cibus, qui propter habitum sensus habent ad boni malique discretionem exercitatos [72]. » Perfectionem suadet, exercitationem laudat, pervigilem boni malique discretionem suadet. Qua ergo ratione quis poterit recte discernere, si dictorum intelligentiam non acceperit ? Sicut enim qui morbo corporis laborat, germanum ciborum gustum non experitur, neque accurate percipit cujusque qualitatem ; ita et homo qui sive ex ignavia, sive ex animi stupore, inexercitatos habet animi sensus, degustat quidem verba ; sed nec eorum vim sentit, nec cogitationum cognoscit rationem : ac more brutorum stulte omnia et incaute admittit, damnosa et utilia ut se forte offerunt, recipiens, nec mundis quidem animalibus annumerari potest : quippe qui non ruminet, nec comminutum rationalem cibum in interiorem hominem transmittat, sed indigestum illum atque incongruum absumat, potiusque detrimentum ex vitio demissi cibi, quam quid boni ad vitam confir-

[70] Isa. VI, 9. [71] Jsan. I. 14. [72] Hebr. v, 14.

A

IX.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι χρὴ δέχεσθαι τὰς φωνὰς, καὶ μὴ σκοπεῖν τὰ δι' αὐτῶν σημαινόμενα, ὡς ἅπαντας ὑπερβαίνοντα.

Μόλις εὑρέθησαν οἱ πάντα ἀνατρέπειν ἀγωνιζόμενοι τὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σπουδάζοντες μήτε τοὺς ἀνθρώπους ἔτι λογικοὺς τυγχάνειν, μήτε τὰ τῇ φύσει καλὰ μετ' ἀκριβείας καταμανθάνειν, ἁπλῶς δὲ πᾶσι καὶ ἀδοκιμάστως συμφέρεσθαι, ἐκ τοῦ δέχεσθαι τὰς τῶν ἱερῶν βίβλων φωνὰς ἀνεπισκέπτως καὶ ἀδιορθώτως, καὶ μὴ κατὰ τὸν εὐσεβῆ σκοπόν, καθ' ὃν ἐρρέθησαν. Εἰ γάρ τις, ὡς ἐκέλευσαν, μὴ σκοποίη τὰ δι' αὐτῶν σημαινόμενα, ἁπλῶς δὲ καὶ ἀβασανίστως ἀκούοι τῶν λεγομένων· λείπεται καὶ τοὺς προφήτας, καὶ τοὺς ἀποστόλους μάτην ταῖς ἀκοαῖς ἐνηχεῖν, καὶ B πάντα λόγον ἀνωφελῆ καὶ ἀνενέργητον μένειν, καὶ τοὺς ἀκούοντας μηδεμίαν ὄνησιν εἰς τὰ ταμιεῖα τῶν καρδιῶν παραπέμπειν. Οὕτω γὰρ προστάττουσι τοῖς μὲν ὠσὶν ἀκούειν, τῇ δὲ καρδίᾳ μὴ συνιέναι μήτε τὸ ἀκόλουθον τῶν λεγομένων σκοπεῖν, κατὰ τὴν φάσκουσαν ἀπειλήν· « Ἀκοῇ ἀκούσητε, καὶ οὐ μὴ συνιῆτε. » Διὰ τοῦτο καὶ τὸ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » ἀκούειν μὲν ἁπλῶς ἀναγκάζουσι, νοεῖν δὲ εὐσεβῶς οὐκ ἔτι ἐπιτρέπουσιν, ὥσπερ ἐξουσίαν ἔχοντες τὴν ἑκάστου διάνοιαν πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἕλκειν, οὐ πρὸς τὸ πρέπον καὶ τὸ συμφέρον. Ἀκούσω τοῦ ῥήματος, καὶ μὴ ζητήσω τὸ εὐπρεπὲς τοῦ φρονήματος ; Ποῦ οὖν ἡ τοῦ λόγου τὸ ἀκόλουθον, ἢ τοῦ ἀκούοντος ὠφέλιμον ; Τάχα καὶ πρὸς ἀλόγων ἕξεις μεθίστασθαι τοὺς ἀνθρώπους προστάττουσιν, εἴπερ μέλλοιεν ψόφον μὲν ῥημάτων τῇ ἀκοῇ δέχεσθαι, κέρδος δὲ νοημάτων μηδὲν τῇ ψυχῇ προσίεσθαι. Οὐχ οὕτω Παῦλος ἡμῖν παρεγγύησεν ὁ τῶν τοιούτων διδάσκαλος· οὐδὲ μετέχειν τινὸς ἀλόγως καὶ ἀδιακρίτως δεῖν ἀπεφήνατο· ἀλλὰ πῶς ; « Τελείων ἐστὶν ἡ στερεὰ τροφὴ τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. » Τελειότητα συνεβούλευσε, γυμνασίαν ἐπῆνεσε, διάκρισιν ποιεῖσθαι νηφάλιον καλοῦ τε καὶ κακοῦ συνεβούλευσε. Πῶς οὖν ἄν τις διακρῖναι καλῶς δυνηθείη, μὴ λαμβάνων τῶν λεγομένων σύνεσιν ; Ὥσπερ γὰρ ὁ καχεξίαν νοσῶν ἐν τῷ σώματι, οὐχ εὑρίσκει γνησίαν τῶν ἐδεσμάτων τὴν ἑκάστου ποιότητα· οὕτω καὶ ἄνθρωπος ἀγύμναστα ἔχων ἐκ ῥᾳθυμίας ἢ ἀλογίας τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια, γεύεται μὲν λόγων, οὐκ αἰσθάνεται δὲ τῆς τούτων δυνάμεως, οὐδὲ γινώσκει τὴν τῶν νοη- D μάτων ποιότητα· μετέχει δὲ πάντων ἀνοήτως καὶ ἀφυλάκτως δίκην ἀλόγων, τὸ βλάπτον καὶ τὸ ὠφέλιμον, ὡς ἔτυχε, προσιέμενος, καὶ μηδὲ ἐν καθαροῖς ἀριθμεῖσθαι ζώοις δυνάμενος· ὡς οὐ μηρυκίζων, καὶ λεπτυνομένην τὴν λογικὴν τροφὴν παρακέμπων εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀκατέργαστον αὐτὴν καὶ ἀκατάλληλον ἀναλίσκων, μᾶλλον δὲ βλαβὴν ἐκ τῆς περὶ τὴν πέψιν πλημμελείας ἢ τινα πρὸς σύστασιν ζωῆς εὐεργεσίαν δεχόμενος. Ἤ τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι

καὶ τὸν κληθέντα δειπνεῖν ἐπὶ τραπέζης δυνάστου, A
νοητῶς τὰ παρατιθέμενα νοεῖν ἐγκελεύεται ὁ θεῖος
νόμος; Οὕτως οὐ δεῖ γυμνὰ νοημάτων ἁρπάζειν τὰ
ῥήματα, σκοπεῖν δὲ ἐπιμελῶς τὸ πρέπον Θεῷ, τὸ
συμφέρον ἡμῖν, τὸ δυνατὸν τῆς ἀληθείας, τὸ σύμφω-
νον τῷ νόμῳ, τὸ κατάλληλον τῇ φύσει, τὸ γνήσιον
τῆς πίστεως, τὸ βέβαιον τῆς ἐλπίδος καὶ ἀνόθευτον
τῆς ἀγάπης, τὸ ἀνύβριστον τῆς δόξης, τὸ κρεῖττον
τοῦ φθόνου, τὸ τῆς χάριτος ἄξιον· ἅτινα πάντα
σύνεστι μὲν ταῖς εὐσεβέσιν ἐννοίαις, καθὼς ἐγνωρίσθη
καὶ ἐπὶ τοῦ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· » λείπει δὲ,
ὡς εἰκὸς, ταῖς ἀτόποις καινοτομίαις, ἐπὶ τοιαύτας
ματαιολογίας ἐξ ἀνάγκης καταφευγούσαις. Κεφάλαιον
δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, ὁ τὰς λέξεις δεχόμενος καὶ
μὴ καταμανθάνων τὰ σημαινόμενα, πῶς νοήσει τὰ
μάχεσθαι ἀλλήλοις δοκοῦντα κατὰ τὸ πρόχειρον; Πῶς B
εὑρήσει τὴν ἁρμόζουσαν λύσιν; Πῶς ἀπόκρισιν δώσει
τοῖς ἐπερωτῶν βουλομένοις; Πῶς φυλάξει τὸ γεγραμ-
μένον· « Τὸ εἰδέναι πῶς δεῖ ἡμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀπο-
κρίνεσθαι; »

mandam percipiat. Aut quis ignorat eum qui vocatus sit cœnatum ad mensam magnatis, quæ apposita sunt spiritualiter considerare juberi a divina lege? Similiter et verba sensu nuda abripienda non sunt, sed accurate considerandum quid Deum deceat, quid nobis conducat, quæ sit vis veritatis, qui consensus in lege, quid naturæ congruens, quæ sit germana fides, quæ spes firma, quæ inviolabilis charitatis sinceritas, quæ sit gloria nullis obnoxia contumeliis, quid sit invidia superius, quæ dignitas gratiæ: quæ omnia piis quidem insunt cogitationibus, ut in explicatione dicti, « Verbum caro factum est, » explanavimus; sed desunt scilicet in absurdis illis innovationibus, quæ ad ejusmodi vaniloquentiam necessario confugiunt. Summa hujus orationis est: qui dictiones excipit, nec significationem earum ediscit, qui intelliget ea quæ primo intuitu inter se pugnare videntur? Quomodo congruentem inveniet solutionem? Quo pacto interrogantibus respondebit? Quomodo custodiet illud quod scriptum est: « Scire quomodo oporteat nos unicuique respondere [73]? »

X.

Πρὸς τοὺς λέγοντας· Ἔπαθεν ὁ Θεὸς λόγον σαρκί.

Θαυμάζειν ἔπεισί μοι, πῶς, τοσούτους νεωτερι-
σμοὺς ἐπεισάγοντες οἱ τῶν καινῶν δογμάτων εὑρεταί,
κόρον λαβεῖν τῆς τοιαύτης καινοτομίας οὐκ ἠδυνήθη-
σαν· ἀλλὰ εἴ τι ξένον ἐπινοεῖν πρὸς ἀπάτην τῶν ἁπλου-
στέρων νεανιεύονται, οἷον καὶ τὸ προκείμενον νῦν εἰς
ἐξέτασιν· « Ἔπαθεν ὁ Θεὸς Λόγος σαρκί. » Πάλιν ἐν-
ταῦθα πολὺ μὲν τὸ ἄλογον, πολὺ δὲ τὸ ἄτοπον. Ἀλο-
γίας μὲν γὰρ τὸ λέγειν, ἕτερον ἑτέρῳ πάσχειν· ἀτο-
πίας δὲ τὸ, « Ἔπαθεν ὁ Λόγος. » Ὅπερ γυμνὸν προ-
καλύμματος εἰπεῖν οὐ τολμῶντες, ἐπήγαγον τὸ
« σαρκί, » καθάπερ πρόσωπον αἰσχρὸν τὸ ἀπρεπὲς
τοῦ φρονήματος δολερῷ προσωπείῳ καλύπτοντες. Εἰ
ὁ Λόγος ἔπαθεν, ἑαυτῷ ἔπαθεν· εἰ δὲ ἕτερον τὸ πα-
θὸν, οὐδὲν πρὸς τὸν Λόγον, εἰ μὴ μόνη ἡ ὕβρις κατὰ
ἀναφορὰν τοῦ πάσχοντος σώματος εἰς τὸν ἡνωμένον
ἀνατρέχουσα Λόγον. Τὸ δὲ λέγειν, « Ὁ Λόγος ἔπαθε
σαρκί, » ἄγραφον, ἀνοίκειον, ἀσύστατον, ἀνακόλουθον.
Ἀλλ' ἐπειδὴ βλασφημεῖν μὲν ἀπαύστως ἔκριναν, τὸ
δὲ, « Ἔπαθεν ὁ Λόγος, » ἔγνωσαν ἀπαράδεκτον ἀκοαῖς
εὐσεβέσι, φάρμακον προσθεῖναι τὸ « τῇ σαρκὶ » τοῖς
ῥημάτων τραύμασιν ἐδικαίωσαν· δέον μήτε τὴν νόσον
ἐπάγειν, μήτε φαρμακείας ἀπατώσης φροντίζειν. D
Οὐδὲν γὰρ τῶν παραλόγων τεχνασμάτων εὑρίσκεται
τῇ ἀληθείᾳ συναρμοζόμενον· ἀλλ' αὐτὸ τὸ πολλάκις
ἑαυτῷ μαχόμενον, καὶ μὴ εὑρίσκον στάσιν παρὰ τοῖς
συνετῶς ἐπαΐουσιν. Οὔτε ὁ Λόγος παθητὸς τῇ σαρκὶ,
οὔτε ἡ σὰρξ ἀπαθὴς τῷ Λόγῳ· ἀλλὰ καὶ ἡ σὰρξ κατὰ
τὴν οἰκείαν φύσιν τὸ πάθος προσίεται, καὶ ὁ Λόγος
ἀχώριστον τῆς ἰδίας οὐσίας ἔχει τὸ ἀπαθές. Εἰ οὖν
οὗτος τῇ σαρκὶ πάσχει, περὶ τῆς σαρκὸς τί ἂν εἴποι-
μεν; ὅτι πάσχει τῷ Λόγῳ, ἢ οὐ πάσχει; Εἰ μὲν
οὐ πάσχει, ταύτῃ τὸ ἀπαθὲς ἐχαρίσθη· εἰ δὲ πάσχει,

X.

Adversus eos qui dicunt, Passus est Deus Verbum carne.

Mirari subit quæ causa sit cur tot et tantas induentes novitates, insolentium dogmatum inventores nullarum rerum novandarum satietas ceperit; sed si quid insolens est, illud petulanter ad simpliciores circumvieniendos proponunt, quale est quod jam nobis 503 disquirendum proponitur: « Passus est Deus Verbum carne. » Hic rursum multa rationi non consentanea, multaque absurda. Rationi non consentit quod dicitur, alterum alteri pati; absurdum est illud: « Verbum est passum. » Quod cum nudum absque velamine proferre non auderent, adjecerunt illud, « carne, » et quasi turpem faciem, dolosa larva sententiæ absurditatem obvelarunt. Si Verbum passum est, sibi ipsi est passum: sin aliud est quod passum est, nihil ad Verbum, nisi sola injuria quæ patiente corpore ipsi conjuncto, ad ipsum recurrit Verbum. Dicere autem, « Verbum passum est carne, » minime scriptum est, ac improprium, incompositumque est, nec aliunde consequitur. Sed quia nullum blasphemandi finem sibi præscripserunt: illudque, « Passum est Verbum, » pias aures nullo modo recepturas norunt; verborum vulneribus remedium apponere, addendo illud, « carne, » æquum censuerunt: cum satius fuisset, nec morbum inducere, nec fallax remedium adhibere. Nam absurdorum commentorum, nullum reperire est quod veritati sit accommodatum; imo potius idem plerumque secum pugnat, nec apud probe sentientes habet ubi consistat. Neque Verbum est carne passibile, neque caro est Verbo impassibilis. Sed et caro juxta propriam sibi naturam passionem admittit, et Verbum a sua substantia in-

[73] Coloss. IV, 6.

separabile cum sit, est impassibile. Si ergo Verbum carne patitur,de carne quid dixerimus? Patitur Verbo, annon patitur? Si non patitur, impassibilitas illi attributa fuit, sin patitur, utriusque passionem constituerunt; siquidem, ut aiunt, Verbum quidem carne patitur,caro autem patitur Verbo in propria natura. Sed fortasse dicent : Cur ergo dictum fuit : « Ex quibus Christus secundum carnem [74]? » Dic Christum passum, et eodem recurret nomen carnis.Qui dicit Deum Verbum,substantiam simplicem designat : qui vero Christum dicit, is duarum conjunctionem naturarum declarat. Atque ita congruenter explicari hæc loquendi formula potest, « Christus est passus, » quia vox hæc utrumque simul significat, et impatibile Verbum, et patibilem carnem,quæ et mortem gustavit.Unde nec Paulus ait : Ex quibus nudus Deus, sed, « Ex quibus Christus secundum carnem ; » ut ostendat eum, cujus meminit, secundum quidem carnem ex Israelitis,secundum deitatem vero, ex æterno esse Patre.Non dixit : Ex quibus Deus carne. Idem vero et tu dic,et de tua mihi sententia persuadebis:Passus est Christus secundum carnem. Si vero Deum carne passum esse dicis, erudias me velim dilucide, utrum idem sint Deus et caro secundum naturam, an aliud atque aliud. Si idem sunt, passus est Deus in seipso. Nam carnem dicis idem esse quod Deus est.Sin aliud et aliud,quomodo hæc illo patitur,cum omnis creatura seipsa patiatur non alia substantia? Homo non patitur equo : non moritur anima carne : sed solvitur quidem caro, separatur vero anima, et tamen homo dicitur mortuus, quippe utrumque significans, animam et carnem : mortuus autem intelligitur secundum id quod mori potest,hoc est secundum carnem,et non secundum animam immortalem.Nimirum nemo dicit : Anima cujusdam mortua est carne; sed homo quidam ex anima et corpore constans : animæ autem et post mortem immortalitatem indicare volens, in æternum justos vivere dicit, teste sacra Scriptura. Sed istos libri divini ad unum omnes condemnant.Quot enim prophetæ? quot apostoli? quot evangelistæ? Nusquam tamen hujusmodi vox occurrit : cum contra, Christum passum esse, perspicue ubique doceatur. « Pascha nostrum pro nobis immolatus est, Christus [75]. Si passibilis Christus [76], Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas [77]. » Crux Christi, corpus Christi, sanguis Christi. Quo igitur modo tantam testium turbam prætereunt, et suam ipsorum auctoritatem **504** legi Spiritus anteponunt? vim facientes præcepto clamanti : « Ne transgrediaris terminos antiquos,quos posuerunt patres tui [78] : » nec attendentes, sacrum illum et magnum Patrum in Nicæa chorum, post Dei et Patris confessionem continuo nomen Domini Jesu posuisse : « Et in unum Dominum Jesum Christum ; » et eidem postea, utpote

A τῶν δύο τὸ πάθος κατεψηφίσαντο, εἴπερ, καθὼς φασιν, ὁ μὲν Λόγος πάσχει τῇ σαρκὶ, ἡ δὲ σὰρξ πάσχει τῷ Λόγῳ ἐν τῇ ἰδίᾳ φύσει. Ἀλλ' ἴσως ἐροῦσι· Πῶς οὖν εἴρηται· « Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα ; » Λέγε Χριστὸν παθόντα, καὶ σύνδρομον εὑρήσεις τὸ ὄνομα τῆς σαρκός. Ὁ μὲν γὰρ εἰπὼν τὸν Θεὸν Λόγον, ἁπλῆν οὐσίαν ἐσήμανεν· ὁ δὲ προσαγορεύων Χριστὸν, τὴν συνάφειαν τῶν δύο φύσεων ἐφανέρωσε. Καὶ οὕτως ἁρμόζειν δύναται τὸ λέγειν, « Ἔπαθεν ὁ Χριστὸς, » διὰ τὸ τὴν προσηγορίαν ταύτην τὰ δύο μηνύειν ἅμα, καὶ τὸν ἀπαθῆ Λόγον, καὶ τὴν παθητὴν σάρκα, τὴν γευσαμένην θανάτου. Ἐπεὶ καὶ Παῦλος, Ἐξ ὧν, οὐκ εἶπε, γυμνὸς ὁ Θεὸς, ἀλλ' « Ἐξ ὧν Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα· » ἵνα δείξῃ τὸν μνημονευόμενον, κατὰ μὲν τὴν σάρκα ἐκ τῶν Ἰσραηλιτῶν, κατὰ δὲ τὴν θεότητα
B ἐκ τοῦ αἰωνίου Πατρός. Μὴ εἶπεν. Ἐξ ὧν ὁ Θεὸς τῇ σαρκί. Τὸ αὐτὸ καὶ σὺ λέγε, καὶ πείθομαι· Ἔπαθεν ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα. Εἰ δὲ λέγεις, ὅτι ἔπαθεν ὁ Θεὸς τῇ σαρκὶ, δίδαξόν με σαφῶς, πότερον ταὐτὸ κατὰ φύσιν Θεὸς καὶ σὰρξ, ἢ ἄλλο καὶ ἄλλο. Εἰ μὲν οὖν ταὐτὸ, ἔπαθεν ὁ Θεὸς ἑαυτῷ. Τὸ γὰρ αὐτὸ Θεῷ λέγεις τὴν σάρκα. Εἰ δὲ ἕτερον καὶ ἕτερον, πῶς τοῦτο ἐκείνῳ πάσχει, πάσης φύσεως ἑαυτῇ πασχούσης, οὐχ ἑτέρᾳ οὐσίᾳ ; Οὐ πάσχει ἄνθρωπος ἵππῳ· οὐκ ἀποθνήσκει ψυχὴ σαρκί· ἀλλὰ λύεται μὲν σὰρξ, χωρίζεται δὲ ψυχή. Λέγεται δὲ, ὅτι τέθνηκεν ἄνθρωπος, τὸ τῶν δύο παραστατικὸν ψυχῆς καὶ σαρκὸς, καὶ νοεῖται κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον τεθνηκέναι, τοῦτ' ἔστι, κατὰ τὴν σάρκα, καὶ οὐ κατὰ τὴν ἀθάνατον ψυχήν. Τοιγαροῦν οὐδεὶς εἶπε· Τοῦ δεῖνος ἡ ψυχὴ τέθνηκε τῇ σαρκί· ἀλλ' ὁ δεῖνα ἄνθρωπος, ὁ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συν-
C εστώς· τὴν δὲ ψυχὴν καὶ μετὰ θάνατον μηνύων ἀθάνατον, εἰς τὸν αἰῶνα τοὺς δικαίους ἔφησε ζῆν, ὡς ἡ ἁγία Γραφὴ μαρτυρεῖ. Ἐκείνων δὲ πᾶσα θεία βίβλος κατηγορεῖ. Πόσοι προφῆται ; πόσοι ἀπόστολοι ; πόσοι εὐαγγελισταί ; καὶ οὐδαμοῦ παρ' οὐδενὶ τοιαύτη φωνή. Τὸ δὲ, Χριστὸς ἔπαθε, πανταχοῦ προδήλως κεκήρυκται. « Τὸ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. Εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς Γραφάς. » Ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. Πῶς οὖν τοσοῦτον νέφος μαρτύρων παρατρέχουσι, καὶ τὴν ἰδίαν αὐθεντίαν τῆς τοῦ Πνεύματος νομοθεσίας ἔμπροσθεν ἄγουσι ; κατατολμῶντες τῆς βοώσης ἐντολῆς· « Μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου· » μὴ προσέχοντες, ὅτι καὶ τῶν κατὰ Νίκαιαν
D ἁγίων Πατέρων ὁ ἱερὸς καὶ μέγας χορὸς μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁμολογίαν εὐθὺς ἔταξε τὸ ὄνομα τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· « Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· » εἶθ' οὕτως ἐπήγαγον τά τε ὑψηλὰ τῆς θεότητος, τά τε οἰκονομικὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀνθρωπότητος, ὡς τούτου μόνου τοῦ ὀνόματος οἰκείως καὶ προσφόρως τὰ διάφορα δεχομένου, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν· « Θεμέλιον ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. » Μὴ δὴ καταλείψωμεν τὸν θεμέλιον, ὃς πάντων ἐστὶ δεκτικὸς καθ' ἑκατέραν φύσιν, τήν τε δόξαν, τό τε πά-

[74] Rom. IX, 5. [75] I Cor. V, 7. [76] Act. XXVI, 23. [77] I Cor. XV, 3. [78] Prov. XXII, 28.

θος ἀληθινῶς προσιέμενος. Ἐὰν εἴπῃς Θεὸν μόνον, ποῦ τῶν παθῶν ἐποικοδομήσεις τὴν χρείαν; ἐὰν εἴπῃς ἄνθρωπον μόνον, ποῦ τῆς ἀκαταλήπτου δόξης ἐπιθήσεις τὸν πλοῦτον; Ἀλλὰ Χριστὸν λέγειν καλόν· τῇ μὲν θεότητι τὴν δόξαν καρπούμενον, τῇ ἡνωμένῃ δὲ ἀνθρωπότητι τὸ πάθος δεχόμενον, τῇ δὲ ἀχωρίστῳ ἑνώσει πᾶν θαῦμα κατεργαζόμενον, πᾶν δῶρον τοῖς πιστοῖς χαριζόμενον. Οὕτω δείκνυται καὶ τὸ θεῖον ἀπαθὲς, καὶ τὸ πάθος ἀληθινὸν, καὶ τὸ κέρδος τῶν ἀνθρώπων κοινὸν, καὶ ὁ λόγος τῆς ἀληθείας σαφὴς, καὶ ὁ θεμέλιος τῆς διδασκαλίας ἀσάλευτος, καὶ τοῦ μυστηρίου τὸ μέγεθος ἔνδοξον, καὶ τὸ θαῦμα τῆς ἀρχαιότητος ἀξιόπιστον, καὶ τὸ κάλλος τῆς ὀρθοδοξίας ἀνόθευτον, καὶ τὸ κήρυγμα τῶν ἁγίων ἁπάντων σύμφωνον. Τὸ δὲ λέγειν τὴν μηδέπω ῥηθεῖσαν φωνὴν, καὶ ἀναθεματίζειν ἅπαντας, τοὺς μὴ εἰπόντας Θεὸν Λόγον παθόντα σαρκὶ, τοῦτο οὐ μόνον κατὰ τῶν νῦν ἀνθρώπων φέρει τὸ θράσος, ἀλλ' ἤδη καὶ κατὰ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος κηρύκων καὶ διδασκάλων ἐκτείνειν τὴν τόλμαν. Ἵνατί δὲ καὶ φεύγουσι τὸ ὄνομα τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ἐφ' ᾧ πιστεύειν ἐκελεύσθημεν; Πίστευσον ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ σωθήσῃ. Ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι τὰς ἐλπίδας ἔχειν τῆς σωτηρίας καλόν. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ὄνομα ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. « Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Πατρός. » Αὐτὸς κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν· αὐτὸν ἐπεκαλεῖτο τελειούμενος Στέφανος· « Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου. Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. » Αὐτὸς Σωτὴρ, αὐτὸς Λυτρωτής· Χριστὸς τὰ πάντα. Τί φεύγουσι τὸ πολυπόθητον ὄνομα; Τοῦτο τὰς νόσους ἤλασεν· « Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔγειραι καὶ περιπάτει. « Τοῦτο τοὺς δαίμονας ἐφυγάδευσε· « Παραγγέλλω σοι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζαραίου ἐξελθεῖν ἀπ' αὐτῆς. » Πῶς οὖν, τοῦτο καταλιπόντες ὡς ἀπαρέσκον αὐτοῖς, τὸ παρ' οὐδενὶ τῶν ἁγίων κείμενον τεθείκασι, τὸ, Ὁ Λόγος ἔπαθε σαρκί;

A quod unum apte et commode diversa in se reciperet, tum sublimia deitatis, tum œconomica humanitatis applicasse, secundum divi Pauli sententiam illam :« Fundamentum aliud ponere nemo potest, præter id quod positum est, quod est Jesus Christus [79]. » Ne relinquamus fundamentum, quod omnium est capax, secundum utramque naturam, gloriam et passionem vere admittentes. Si dixeris Deum solum, quomodo ei passionis necessitatem superstruis ? si dixeris hominem solum, quomodo ei incomprehensibilis gloriæ divitias adjicies ? Christum vero rectissime dixeris, gloria quidem secundum deitatem fruentem, passionem vero secundum unitam humanitatem suscipientem: denique secundum inseparabilem unionem omnia miracula operantem, omnia dona fidelibus communicantem. Hac B ratione et deitatis impassibilitas, et passionis veritas, et communis hominum utilitas demonstratur. Atque ita est veritatis sermo perspicuus, fundamentum doctrinæ inconcussum, magnitudo mysterii illustris : admiratio antiquitatis fide digna, pulchritudo orthodoxæ doctrinæ incorrupta, consentiens denique omnium sanctorum prædicatio. At inauditam vocem proferre, et anathemate ferire eos, qui Deum carne negant passum, id vero est non nostræ duntaxat ætatis homines petulanter impetere, sed omnes omnium ætatum præcones et doctores audacter condemnare. Cur vero nomen Christi Domini fugiunt, in quod jussi sumus credere? Crede in Dominum Jesum Christum, et salvus eris. In hoc nomen, pulchrum est salutis spem ponere. Neque enim aliud nomen ullum est sub cœlo C hominibus per quod salvandi simus : « In nomine Domini Jesu Christi omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Patris [80]. » Ipse judex est vivorum et mortuorum : ipsum invocabat, cum jam consummaretur, Stephanus : « Domine Jesu Christe, suscipe spiritum meum [81]. Unus Dominus Jesus Christus per quem omnia [82]. » Ipse Salvator, ipse Redemptor : Christus omnia. Quorsum fugiunt desiderabile illud nomen ? Ipsum morbos sustulit, « In nomine Jesu Christi surge et ambula [83].» Ipsum fugavit dæmones.« Præcipio tibi in nomine Jesu Christi Nazareni, ut exeas ab illa [84].» Quomodo igitur hoc, ut ipsis minime grato relicto, id quod apud sanctorum neminem reperitur, substituunt, Deus Verbum passus est carne?

XI.

Πρὸς τοὺς λέγοντας· Ποίαν δώσουσιν Ἰουδαῖοι δίκην, εἰ μὴ Θεὸν ἀπέκτειναν.

Οὐκ ἔστιν, ὡς ἔοικε, φιλονεικούντων ἀνδρῶν ἄλογον ὁρμὴν λόγοις τισὶν ἐπισχεῖν· ἀλλὰ κἂν μυρίους τις ἐπάγῃ καὶ ἀναντιῤῥήτους ἐλέγχους, τὴν μὲν ἀλήθειαν ἔδειξε, τοὺς δὲ τοῦ ψεύδους ἐργάτας οὐκ ἔπεισεν. Οὕτω γὰρ οἱ τῆς ἀληθείας ἀποκοπέντες μετὰ πολλὰς φανερὰς ἀποδείξεις, οὐκ ἀφίστανται τοῦ οἰκείου σκοποῦ, οὐδὲ ἔρχονται πρὸς τὴν εὐθεῖαν ὁδόν· ἀλλ' ἀτραπιοὺς δεξάμενοι, ἐπὶ κρημνοὺς περιέρχονται, παραλό-

D

XI.

Adversus eos qui quærunt, qualem pœnam Judæi daturi sint, si non occiderunt Deum.

Qui contentionis studio feruntur viri, eorum insanum impetum nulla, credo, potest oratio cohibere Sed licet mille quis, eaque invicta argumenta proferat ; veritatem ille quidem demonstraverit, at operariis mendacii de ea minime persuaserit Sic enim et qui a veritate exciderunt, ii post multa claraque argumenta nec desistunt a proposito suo, nec in viam rectam redeunt : sed vias præcipites

[79] I Cor. III, 11. [80] Philipp. II, 10, 11. [81] Act. VII, 58. [82] I Cor. VIII, 6. [83] Act. III, 6. [84] Act. XVI, 18.

ingressi, hinc inde circumeunt, quæstiones absurdas proponentes; nec erubescunt quærere: Quomodo Judæi punientur, si non occiderunt Deum? O impudentem audaciam! O fraudulentum institutum! ut Christum vindicent, ea quæ Christi sunt traducunt. **505** Ut, aiunt, Judæi dignam sceleribus suis pœnam luant, evertantur omnia, vilipendatur doctrina, blasphemetur Deus, patibilis vocetur, qui est impatibilis, injuria inferatur gloriæ, fines orbis universi seducantur. Tu vero, mi homo, ne cum Dei contumelia Deum vindicato. Odi defensionem quæ cum dedecore conjuncta est : præstat lucrari Judæum, quam Christianos confundi : præstat auctores passionis effugere, quam eum qui passus est hujusmodi patronum nancisci; præstat illos veniam consequi, quam hunc mutabilem et passibilem secundum deitatem existimari. Quorsum Judæis hanc magnifice gloriandi præbes materiem, quasi deitate ipsa superiores fuerint? cum ne templum quidem tenere potuerint, nisi eo qui inhabitat permittente, qui idem solutum illud suscitavit, insolubilis ipse mansit. Quorsum ejus qui passus est voluntati tuo calculo refragaris? cur plus contristas, iis per quæ scilicet injuriam vindicas, quam ii ipsi qui perpetrare facinus ausi sunt, contristarunt? Quorsum verissima Christi verba subvertis? Ipse enim tempore passionis dixit : « Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt [85]. » Et tu pœnas (a Judæis) exigis, perinde ac si Dei præsentiam cognorint, et in Deum ipsum cædem perpetrarint? Desine graviora aggredi, quam ii ipsi qui Christum cruci affixerunt. Illi nudum hominem Christum putantes interemerunt; tu Deum confitens verum, mutabilem, patibilem, mortuum denique, præclara illa tua vindicta asseris. Quanto vero audacia major est in Deum impie insurgere, quam hominem quem esse putes injuria petere; tanto ille, qui Deum Verbum lingua sine causa occidit, miserior est iis qui carnem Domini clavis sine causa perfoderunt. Verumtamen non quoniam tu crudelior es, terribili illos pœna liberamus : sed et deitati Domini Christi impatibilitatem suam servamus : et humanitati illi unitæ passionem suam attestatione nostra tribuimus, et a Judæis pœnas exigi confitemur, eo quod vesana mentis cæcitate in deitatem ipsam manifeste fuerunt impii. Nunquid vero et nunc non videmus eos, qui templis Deo sæpius consecratis nefarias manus inferunt, ut ea vel polluant, vel destruant, licet in ligna duntaxat et lapides sæviant, perinde tamen puniri, ac si contra Deum ipsum audacter se efferant? Nimirum inanimatum templum tam severe vindicatur, templum vero vivum impollutum, templum Deo conjunctum ineffabiliter, indissolubiliter, non multo severius vindicabitur? quod ipsum quidem injuste passum est, sed ita ut in tem-

γους πεύσεις προτεινοντες, καὶ οὐκ αἰσχύνονται λέγειν· Πῶς οἱ Ἰουδαῖοι τιμωρηθήσονται, εἰ μὴ Θεὸν ἀνῃρήκασι; φεῦ τῆς ἀναιδοῦς ἀτολμίας! Φεῦ τῆς ἀπατηλῆς ἐγχειρήσεως! εἰς ἐκδίκησιν Χριστοῦ τὰ Χριστοῦ διασύρουσιν. Ἵνα, φασὶν, Ἰουδαῖοι δίκην ἀξίαν ἀπαιτηθῶσιν, ἀνατρεπέσθω τὰ πάντα, ῥᾳδιουργείτω τὸ δόγμα, βλασφημείσθω Θεὸς, παθητὸς καλείσθω ὁ ἀπαθὴς, ὑβριζέσθω ἡ δόξα, πλανάσθω τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα. Ἄνθρωπε, μὴ ἐκδίκει Θεὸν ἐφ᾽ ὕβρει Θεοῦ. μισῶ συνηγορίαν ἀτιμίας πρόξενον· κρεῖττον Ἰουδαῖον κερδῆσαι, ἢ Χριστιανοὺς αἰσχυνθῆναι· κρεῖττον τοὺς πεποιηκότας φυγεῖν, ἢ τὸν πεπονθότα τοιούτου συνηγόρου τυχεῖν· κρεῖττον ἐκείνους συγγνώμην εὑρεῖν ἢ νοῦτου τρεπτοῦ καὶ παθητοῦ κατὰ τὴν θεότητα δόξαν λαβεῖν. Τί παρέχεις Ἰουδαίοις καύχημα μέγιστον, ὡς θεότητος αὐτῆς περιγενέσθαι δεδυνημένοις; οὐδὲ γὰρ τὸν καὸν ἔχουσιν ἂν, εἰ μὴ ὁ ἐνοικῶν συνεχώρησεν, ὃς καὶ τὸν λυθέντα ἤγειρεν, αὐτὸς δ᾽ ἄλυτος ἔμεινε. Τί παρὰ γνώμην τοῦ πεπονθότος φέρεις τὴν ψῆφον; τί πλέον λυπεῖς, οἷς δῆθεν ἐκδικεῖς, ἢ ἐκεῖνοι τετολμηκότες ἐλύπησαν; Τί τὰς ἀψευδεῖς ἀποφάσεις ἀνατρέπεις τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ; Αὐτὸς ἔλεγε τῷ καιρῷ τοῦ πάθους· « Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. » Καὶ σὺ δίκην ἀπαιτεῖς, ὡς ἐγνωκότας Θεοῦ παρουσίαν, καὶ δεδρακότας κατὰ Θεοῦ μιαιφονίαν; Ἂ ῦσαι χαλεπώτερα τολμῶν τῆς τῶν σταυρωσάντων παρανομίας. Ἐκεῖνοι ψιλὸν ἄνθρωπον νομίσαντες τὸν Χριστὸν, ἀπεκτείναντο· σὺ, Θεὸν ὁμολογῶν ἀληθινὸν, τρεπτὸν, καὶ παθητὸν, καὶ νεκρὸν διὰ τῆς καλῆς ἐκδικήσεως ἀποφαίνεις. Ὅσῳ δὲ τολμηρότερον τοῦ ὡς ἄνθρωπον οἴεσθαι ἀδικεῖν τὸ εἰς Θεὸν ἀσεβεῖν τοσοντῳ γε ἀθλιώτερος ὁ τὸν Θεὸν Λόγον τῇ γλώσσῃ μάτην φονεύων τῶν εἰς τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου τοὺς ἥλους μάτην πειράντων. Ἀλλ᾽ οὐκ, ἐπειδὴ σὺ χαλεπώτερος σῆς φοβερᾶς καταδίκης, ἐκείνους ἁρπάζομεν· ἀλλὰ καὶ τῇ θεότητι τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τηροῦμεν τὸ ἀπαθὲς, καὶ τῇ ἀνθρωπότητι τῇ ἡνωμένῃ προσμαρτυροῦμεν τὸ πάθος, καὶ τοὺς Ἰουδαίους ὁμολογοῦμεν ἀπαιτεῖσθαι (24) δίκην, ὡς εἰς αὐτὴν ἀντικρυς θεότητα διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ἀπονοίας ἠσεβηκότας. Ἢ καὶ νῦν οὐχ ὁρῶμεν τοὺς κατὰ ναοῦ πολλάκις ἀνακειμένου Θεῷ χεῖρας ἀθεμίτους ἐκτείναντας ἐφ᾽ ὕβρει ἢ καταλύσει, καίτοι κατὰ ξύλων ἢ λίθων πράττοντας, οὕτω δεχομένους τὴν τιμωρίαν, ὡς κατὰ Θεοῦ τὴν τόλμαν ἐκτείναντας; Καὶ ναὸς μὲν τοιαύτην δέχεται τὴν ἐκδίκησιν ἄψυχος· ναὸς δὲ ζῶν ἀχραντος, ναὸς Θεῷ συνημμένος ἀῤῥήτως, ἀδιασπάστως, οὐ πολὺ πλέον ἐκδικηθήσεται, ὡς αὐτὸς μὲν ἀδίκως παθὼν, τῆς δὲ ὕβρεως ἀνατρεχούσης εἰς τὸν ἐν τῷ ναῷ Θεὸν, τὸν ἓν γενόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ πολλὰ θαύματα ἐργασάμενον; Μηδὲ γὰρ ἐξεῖναι τοῖς Ἰουδαίοις ἀπολογίαν εὑρίσκειν, ὡς εἰς ἄνθρωπον ψιλὸν ἁμαρτήσασιν, τῶν πολυτρόπων θαυμάτων οὐ συγ-

[85] Luc. XXIII, 34.

(24) Mss., ἀπαιτουμένους.

χωρούντων λανθάνειν τῆς ἐνεργούσης δυνάμεως τὸ θεοπρεπὲς καὶ ἔνδοξον· τίς γὰρ οὐκ ἂν ἔφριξεν ἀπ' ἀρχῆς τὰ γενόμενα; Κατὰ προφητείαν ἡ γέννησις, ὁ τόπος γνώριμος, ὁ τρόπος ἐπίσημος, ὁ χρόνος οὐκ ἄδηλος, πᾶς λόγος ἐργοχειρούμενος, δρόμος ἀστέρος μηνύων ὕμνον ἀγγέλων, μάγοι πόρρωθεν πρὸς δωροφορίαν ἑλκόμενοι, Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ταρασσόμενος· Ἰουδαία ἅπασα συγκλονουμένη, φανέρωσις ἐναργὴς τοῦ ἀΐροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· Σιμεὼν παιδίον κατέχων καὶ Θεοῦ σωτήριον ἑρμηνεύων· Ἄννα προφητεύουσα· μαρτυρῶν Ἰωάννης πρὸς Ἰορδάνην· φωνὴ Πατρὸς οὐρανόθεν, τοῦτον Υἱὸν ἀγαπητὸν πᾶσι γνωρίζουσα· Πνεύματος ἐπιφοίτησις περιστερᾶς ἐν εἴδει τῇ κορυφῇ ἐπιπίπτουσα· μεταβαλλόμενον ὕδωρ εἰς οἶνον· ἄρτοι πέντε πληθυνόμενοι παραδόξως εἰς χιλιάδων ἀπόλαυσιν, καὶ περισσεία κλασμάτων κόφινοι δώδεκα· πάθη λόγῳ φυγαδευόμενα, δαίμονες προστάγματι διωκόμενοι, μᾶλλον δὲ πόρρωθεν ὁμολογοῦντες τὸ τῆς ἐξουσίας ἀφόρητον· νεκροὶ τῆς τοῦ θανάτου τυραννίδος εὐθὺς ἀποσπώμενοι· κράσπεδον ἱματίου τῇ μὲν καμνούσῃ γυναικὶ φέρον τὴν ἴασιν, τῆς δὲ κρυπτομένης θεότητος δημοσιεῦον τὴν δύναμιν. Πᾶσα τῶν στοιχείων ἡ φυσις ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ ὁρωμένου ναοῦ, καὶ τῇ ὕβρει τοῦ ἀχωρίστου Θεοῦ πολυτρόπως ταρασσομένη· ἀνάστασις τοῦ παθόντος ὑπὸ τῶν σταυρωσάντων μαρτυρουμένη. Φυλάσσοντες γὰρ τὸν παθόντα, ἠττήθησαν τῷ παραδόξῳ νεκρῷ. Τοσαῦτα ἦν καὶ πολλῷ πλέον τὰ μηνύοντα τὴν κρυπτομένην θεότητα. Καὶ πῶς φεύξονται τῆς θεομαχίας τὴν τιμωρίαν οἱ πρὸς οὕτω λαμπρὰς ἀποδείξεις τυφλώττειν ὑπ' ἀγνωμοσύνης σπουδάσαντες;

pli inhabitatorem Deum, qui templo unitus est, et miracula multa edidit, injuria recidat. Neque vero excusationem Judæis inde parare licet, quod velut in nudum hominem peccare visi sint : cum divinam et gloriosam operantis potentiæ majestatem multifaria miracula latere non permiserint. Quis enim non stupescat ad ea quæ a principio facta sunt? Juxta prophetiam Nativitas fuit : locus notus : modus illustris, tempus non obscurum est : sermo omnis reipsa impletur, stellæ cursus angelorum concentum indicat : Magi de longinquo ad offerenda munera attrahuntur : rex Herodes perturbatur : Judæa universa concutitur : apparet evidenter is qui mundi peccata tollit : sustinet puerulum Simeon, et salutare Dei pronuntiat : vaticinatur Anna : testificatur Joannes ad Jordanem : vox Patris cœlitus hunc Filium dilectum omnibus manifestat ; adventat Spiritus et in columbæ specie in verticem ejus dilabitur, aqua in vinum mutatur : quinque panes in aliquot millium usum miraculose multiplicantur : fragmentorum reliquiis duodecim cophini implentur : fugantur verbo morbi ; mandato expelluntur dæmones, quin e longinquo intolerabilem illius potentiam confitentur : mortui a martis tyrannide confestim liberantur : fimbria vestimenti **506** ægrotanti cuidam mulieri sanitatem affert, latentis autem deitatis virtutem publice prædicat. Omnis elementorum natura tempore passionis ad destructionem visibilis templi, et contumeliam inseparabili Deo illatam, multis modis conturbatur : resurrectionem ejus qui passus fuerat, ipsi illi confirmant, qui in crucem ipsum egerunt. Cum enim passum custodirent, a mortuo miraculoso victi sunt. Atque hæc multoque plura alia sunt, quæ latentem intus divinitatem indicant. Quomodo igitur pœnam Dei hostibus denuntiatam effugient, qui ad tam lucidas demonstrationes præ nimia improbitate cæcutire volunt?

XII.

Πρὸς τοὺς λέγοντας· Ἰουδαῖός ἐστιν ὁ μὴ ὁμολογῶν Θεὸν ἐσταυρῶσθαι.

Τοσαύτης ἀποδείξεως ἐν τοῖς προλαβοῦσι πᾶσι γεγενημένης, οὕτω πολυτρόπου καὶ φανερᾶς, δέον αἰσθανθήσεσθαι τὸ πλῆθος τοὺς ἀντιλέγοντας τῶν ἐλέγχων, οἱ δὲ καὶ ἄλλας ἀντιθέσεις ἀναισχύντους πλέξαι μάτην οὐκ ὤκνησαν. Ἰουδαῖος, φησὶν, ἐστὶν, ὁ τὸν Θεὸν αὐτὸν μὴ ὁμολογῶν ἐσταυρῶσθαι. Καλῶς ἡμᾶς τῆς αὐτοῖς χρεωστουμένης προσηγορίας ὑπέμνησαν. Αὐτοὶ γὰρ εἰς ἑαυτοὺς ἐπεσπάσαντο τὴν πρὸς ἐκείνους συγγένειαν, ἀρνούμενοι μὲν τὴν σωτήριον ἐνανθρώπησιν, ἀπωθούμενοι δὲ τὴν τῶν δύο φύσεων σύνοδον καὶ ἕνωσιν. Τίς Ἰουδαῖος ὁ τὴν χάριν δεξάμενος, ἢ ὁ τῷ νόμῳ κατὰ τὸ γράμμα παρακαθήμενος. Ἡμᾶς ἡ χάρις ἐδίδαξε Θεὸν ἀόρατον ἐν ὁρωμένῃ φανερωθῆναι σαρκί· ἐκεῖνοι τῇ ἀρχαίᾳ παραδόσει παρέμειναν τὴν θεότητα γυμνὴν ἐν διαφόροις εἴδεσι καὶ σχήμασιν ὑπογραφάσῃ. Πῶς οὖν ἄλλους λέγουσιν Ἰουδαίους, αὐτοὶ τῆς Καινῆς Διαθήκης τὸν πλοῦτον ἀποσεισάμενοι; Οὐκ ἤκουσαν, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπομεν, καὶ οὐκ εἶδον; Τί ἄρα οὐκ εἶδον θεότη-

XII.

Adversus eos qui dicunt : Judæus est, qui non confitetur Deum fuisse crucifixum.

Cum tantæ, tam variæ, tamque perspicuæ demonstrationes superiorum disputationum omnium fuerint ; sentire tandem adversarios argumentorum multitudinem debebant. At illi alias impudentes objectiones sine causa texere non dubitarunt. Judæus est, inquiunt, qui non fatetur, Deum ipsum in crucem esse actum. Pulchre nos nominis ejus quo nuncupandi sunt admonent. Illi enim sunt, qui seipsos affinitate cum Judæis devinxerunt, tum salutarem incarnationem, tum duarum unionem et conjunctionem naturarum rejiciendo. Uter Judæus, qui gratiam suscipit, an qui lege secundum litteram nititur? Nos gratia docuit, Deum invisibilem invisibili manifestatum esse carne : illi permanent in antiqua traditione divinitatem nudam in diversis speciebus et formis delineante. Quomodo igitur alios appellant Judæos, qui ipsi novi fœderis divitias a se repellunt? Annon audiverunt quod multi prophetæ et justi desiderarunt videre quæ nos videmus, et non viderunt? Quid igitur non viderunt? Deitatis

adventum ? Cur igitur scriptum est : Visus est Deus Abrahamo, visus Isaaco, visus Jacobo, visus Moysi, et sexcentis aliis ? Quid igitur desiderarunt, quod tamen non viderunt ? nimirum quod nobis videre licuit, deitatis et humanitatis ineffabilem et inseparabilem unionem ? Quicunque igitur admirandam Verbi et carnis unionem confitentur, iis novum videre spectaculum contigit. Contra qui carnis assumptionem rejiciunt, ii cum veteribus Judæis partem habere suam manifeste convincuntur, qui nec ipsi potuerunt videre oculis suis quæ nos vidimus. Judæorum enim est, Salvatoris in carne œconomiam non suscipere. His seipsos aggregant, qui duas naturas explodunt : quinimo majorum criminum rei efficiuntur. Illi enim cum qui tam stupenda edebat miracula Deum esse ignorantes : hi vero confitentes, indigna contrâ deitatem pronuntiant, omnes carnis assumptæ passiones deitati ascribendas esse contendentes. At enim dicent fortasse (impudenter enim vel manifestissimis didicerunt contradicere) : Non dicimus divinitatem esse passionibus obnoxiam. Et qui non diceretis hoc, qui tam artificiose orationem adornatis ? Passus est, inquiunt, quia voluit : ipsum patibilem esse nequaquam dicimus. Cum rem ipsam non dubitetis affirmare, cur a rei appellatione vos abhorrere fingitis ? Si damnatis eos qui divinitatem passam esse negant, cur non diserte ipsam patibilem esse profitemini ? Si Judæus secundum vos est, qui divinæ naturæ passionem negat : Christianus est, qui asserit. Et cur non Judæum divinam naturam impatibilem confitentem præfertis vobis patibilem ipsam affirmantibus, cum omnino necessum sit, aut Judæos vos vocari, si impatibilitatem esse testificemini ; aut Christianos appellari, ut vos quidem Christianum definitis, patibilitatem sancientes ? Proponite perspicue, quam tenetis sententiam. » Corde enim creditur ad **507** justitiam, ore autem confessio fit ad salutem [86]. » Si Verbum non est passum, igitur caro. Si caro non est passa, igitur Verbum. Si neutrum horum, igitur aliquod tertium. Si nullum omnino, igitur passio ipsa non fuit : si nemine patiente fuit passio, opinio fuit ; opinione salvamur. Igitur ad Manichæos confugistis. Et cur ab eorum nomine refugitis, qui vos pravorum et intolerabilium suorum dogmatum hæredes manifeste habent ? Hinc apparet vos et pejores Judæis esse, et a Manichæis non multum abesse. Sed quid dicimus de Judæis et Manichæis ? Vestra longius progressa est audacia, quam illius ipsius, qui omnis mali auctor est, qui occulte ista vobis inseruit zizania, qui omnibus bonis invidet, diaboli. Ille ubi ad Jordanem divinam Salvatoris gloriam conspexit, invidiæ stimulis agitatus, non ausus est tentando prius ipsum aggredi, quam fame laborantem vidit, quæ humanæ infirmitatis nota est. Agnovit hoc deitatis proprium

A τος ἐπιδημίαν ; Καὶ πῶς γέγραπται· Ὤφθη Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, ὤφθη τῷ Ἰσαὰκ, ὤφθη τῷ Ἰακὼβ, ὤφθη τῷ Μωσῇ, καὶ μύριος ἄλλοις ; Τί οὖν ἐπεθύμησαν, καὶ οὐκ εἶδον ; ὃ ἡμεῖς ἰδεῖν ἠξιώθημεν, θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ἄῤῥητον καὶ ἀδιάσπαστον ἕνωσιν. Οἱ τοίνυν ὁμολογοῦντες τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς τὴν παράδοξον ἕνωσιν, οὗτοι τοῦ ξένου θεάματος τετυχήκασιν· οἱ δὲ τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάληψιν ἀθετοῦντες μετὰ τῶν ἄνωθεν Ἰουδαίων ἔχειν τὴν μερίδα προδήλως ἐλέγχονται, τῶν μὴ κατηξιωμένων ἰδεῖν μήτε ὄψει, ἅπερ ἡμεῖς ἑωράκαμεν. Ἰουδαίων γὰρ τὸ μὴ δέξασθαι τοῦ Σωτῆρος τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν. Τούτοις συνάπτουσιν ἑαυτοὺς οἱ τὸ διπλοῦν τῶν φύσεων ἀπωθούμενοι, μᾶλλον δὲ καὶ μείζοσιν ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνοι γίνονται. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸν τοσαῦτα

B μετὰ σαρκὸς θαυματουργήσαντα Θεὸν εἶναι ἀγνοήσαντες, οὗτοι δῆθεν ὁμολογοῦντες ἀνάξια κατὰ τῆς θεότητος ἀπεφήναντο, πάντα τὰ πάθη τῆς ληφθείσης σαρκὸς εἰς αὐτὸν ἀνενεγκεῖν τὸν Θεὸν Λόγον φιλονεικήσαντες. Ἀλλ' ἴσως ἐροῦσιν (ἔμαθον γὰρ ἰταμῶς μάχεσθαι τοῖς προδήλοις) · Οὐ λέγομεν παθητὸν τὸ θεῖον. Πῶς οὐ λέγετε, ὅτι τέχνῃ τὸν λόγον κατασκευάζετε ; Ἔπαθε, φησὶν, ὡς ἠθέλησεν· οὐ μὴν παθητὸν αὐτὸν λέγομεν. Τί προσποιεῖσθε (25) φείδεσθαι τοῦ ὀνόματος, κατατολμῶντες τοῦ πράγματος ; Εἰ κατηγορεῖτε τῶν λεγόντων μὴ πεπονθέναι τὸ θεῖον, πῶς οὐχ ὁμολογεῖτε λέγειν αὐτὸ παθητόν ; Εἰ δὲ μὴ λέγων θείας φύσεως πάθος, Ἰουδαῖος καθ' ὑμᾶς· ὁ λέγων, Χριστιανός. Καὶ πῶς οὐ ποιεῖτε προτιμότερον τὸν Ἰουδαῖον, τὸν ἀπαθὲς ὁμολογοῦντα τὸ θεῖον, ὑμῶν

C τῶν ἀποφαινομένων αὐτὸ παθητόν ; ὡς εἶναι ὑμῖν ἀνάγκην Ἰουδαίους ὑμᾶς καλεῖσθαι προσμαρτυροῦντας τὸ ἀπαθὲς · ἢ Χριστιανοὺς ὀνομάζεσθαι κατὰ τὸν ὑμέτερον ὅρον νομοθετοῦντας τὸ πάθος ; Γνωρίσατε φανερῶς ἣν ἔχετε δόξαν. « Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην· στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. » Εἰ μὴ πέπονθεν ὁ Λόγος, οὐκοῦν ἡ σάρξ. Εἰ μὴ ἡ σὰρξ πέπονθεν, οὐκοῦν ὁ Λόγος. Εἰ μηδέτερον τούτων, οὐκοῦν ἄλλο τρίτον. Εἰ μηδὲν μηδόλως, οὐκοῦν τὸ

D πάθος οὐ γέγονεν. Εἰ, μηδενὸς παθόντος, τὸ πάθος γέγονε, δόκησις γέγονε· δοκήσει σωζόμεθα. Πρὸς Μανιχαίους οὐκοῦν ηὐτομολήσατε. Καὶ πῶς φεύγετε τὴν ἐκείνων προσηγορίαν, ὧν φαίνεσθαι κληρονόμοι τῆς ἀφορήτου κακοδοξίας ; Οὕτω δὲ Ἰουδαίων χείρους φανήσεσθε, καὶ Μανιχαίων οὐ πόῤῥω. Καὶ τί λέγομεν Ἰουδαίων καὶ Μανιχαίων ; Αὐτοῦ τοῦ πάντων εὑρετοῦ τῶν κακῶν τοῦ ταῦτα ὑμῖν ὑποσπείραντος τὰ ζιζάνια, τοῦ φθονοῦντος τοῖς καλοῖς ἅπασι διαβόλου, τολμηροτέρους ἑαυτοὺς ἀπεφήνατε. Ἐκεῖνος, ὅτε εἶδεν ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου τὴν τοῦ Σωτῆρος ἔνθεον δόξαν, κέντροις τοῦ φθόνου νυσσόμενος, οὐ πρότερον ἐτόλμησε προσαγαγεῖν τὴν πεῖραν, ἕως οὗ εἶδεν ἀψαμένην τὴν πεῖναν, ἀνθρωπίνης ἐνδείας γνώρισμα. Οὗτος ἥδει τῆς θεότητος τὸ ἀπαθὲς ἴδιον καὶ ἀπείραστον· ὑμεῖς δὲ τὴν πεῖναν καὶ τὴν δίψαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τῆς θεότητος αὐτῆς ἀποφαίνεσθε, καὶ τοῦ

[86] Rom. x, 10.

(25) Vulg., προσποιεῖσθαι, ut et paulo infra φανήσεσθαι pro φανήσεσθε. Edit.

σταυροῦ τὸ πάθος αὐτῇ τῇ θεότητι σαφῶς περιφέρετε. Ἐκεῖνος δι' ὑπερβολὴν πονηρίας ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος προσηγορεύθη· ὑμεῖς δὲ δι' ὑπερβολὴν τῆς κατὰ Θεὸν ἀπονοίας θεοκτόνους τοὺς Ἰουδαίους προσαγορεύετε· καὶ οὐκ αἰσχύνεσθε μείζονα δύναμιν τοῦ διδασκάλου τῶν τοιούτων Ἰουδαίοις τοῖς μαθηταῖς ἀπονέμοντες· καὶ κατὰ τὴν ἔγγραφον κατηγορίαν γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν δοξάζετε. Παθητὸν γὰρ εἶναι κατασκευάζετε.

A esse, non pati, non tentari. Vos contra et famem et sitim, et si qua hujus generis alia sunt, deitati ipsi tribuitis, et eidem deitati passionem crucis manifeste ascribitis. Ille propter summam malitiam homicida ab initio dictus est : vos propter summum adversus Deum furorem Judæos Dei interfectores dicitis : nec majorem potentiam Judæis discipulis, quam ipsorum magistro diabolo tribuere veremini: denique ut habet Scripturæ accusatio, cum Deum noveritis, tamen ut Deum non glorificatis. Patibilem enim eum esse contenditis.

XIII.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ ἄγγελοι ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἐσθίοντες οὐ πάντως σαρκὸς ἐπέφερον φύσιν.

Πολλῶν καὶ πονηρῶν τεχνασμάτων γεγονότες πατέρες, οἱ τὰ αἰώνια ὅρια τῶν ἐνθέσμων πατέρων μετᾶραι φιλονεικήσαντες, οὐκ ἠρκέσθησαν τοῖς ἰδίοις ἐκγόνοις· ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν πάλαι πολεμίων τῆς ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἀμβλωθρίδια δυσγενῆ κακῶς ἀποκλέψαντες, ὡς εὐγενῆ καὶ τέλειον τόκον δογμάτων προβάλλονται, καὶ δι' αὐτῶν τὰ Μανιχαίων ἡμῖν ἐπισείουσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἀγγέλους τῇ οἰκείᾳ φύσει τροφῆς μετεσχηκέναι τερατευόμενοι, καὶ τὴν θεότητα τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον δίχα σαρκὸς τροφὴν καὶ ποτὸν εἰληφέναι ἀποφαινόμενοι· καίτοι τῆς ἁγίας Γραφῆς οὐ τῇ φύσει τοῦτο γεγενῆσθαι, τῇ δὲ ὄψει μόνῃ σαφῶς παριστώσης. Εἰ γὰρ ἦν φύσει τὰ γινόμενα, ἔδει τοὺς τρεῖς ἐκείνους ἄνδρας ὀνομάζεσθαι, ἢ ἀγγέλους προσαγορεύεσθαι (πολὺ γὰρ τῶν δύο γενῶν τὸ διάφορον)· ὡς ἄνδρας μὲν ὄντας, μηδὲν κατὰ φύσιν ἀγγελικὸν ἐπιδείκνυσθαι· ἀγγέλους δὲ ὄντας, κατὰ μηδὲν μέλος σωματικὸν καὶ ἐπιφαίνεσθαι, οἷα δὴ πνεύματα. Πῶς οὖν διδόασιν αὐτοῖς κατὰ φύσιν τροφὴν, ὡς ἀνδράσι; Ψευδῶς τοίνυν ἄγγελοι μνημονεύοντα. Ἀλλ' ὡς ἀγγέλοις; καὶ τίς μετουσία πνεύμασι τροφῆς αἰσθητῆς; ἢ τάχα μυθολογοῦσι καὶ τοὺς ἀγγέλους ἐνανθρωπήσαντας σωματικοῖς ὀργάνοις ἀπολαῦσαι σωματικῶν ἐδεσμάτων; Εἰ δὲ μεταβαλλόμενοι φαῖεν, ἐνδείξεως, οὐ φύσεως, εἶναι τὴν εὐωχίαν, πάντως ἢ καταλείψουσιν ὡς ἀνοίκειον τὸ παράδειγμα, ἢ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος φαντασίαν ἀντὶ τῆς ἀληθείας ἐπεισάγοντες εὑρεθήσονται. Πῶς οὖν τολμῶσιν ἕλκειν, ὡς ὅμοιον τὸ ἀνόμοιον; Τί κοινὸν ἔχει πρὸς τὴν μεγάλην ταύτην οἰκονομίαν ἡ κατὰ τοὺς ἀγγέλους ἐν σχήμασιν ἱστορία; Μὴ φαίνονται; πότε; ἢ ποῦ; ἢ παρὰ τίνος ἐτέχθησαν, ὡς ὁ Δεσπότης Χριστός; Μὴ ἀφῇ κατὰ τὸν ἴσον ὑπεβλήθησαν τρόπον; Μὴ περιτομὴν ἐδέξαντο; μὴ προκοπὴν ἢ αὔξησιν ἐπεδείξαντο; μὴ νηστεύσαντες ὕστερον ἐπείνασαν; μὴ κοπιάσαντες ἐξ ὁδοιπορίας ἐδίψησαν; μὴ τὸν ὕπνον ὡς οἰκεῖον ἐγνώρισαν; μὴ πεῖραν μαστίγων ἔλαβον; μὴ θανάτου παραπλησίως ἐγεύσαντο; μὴ ταφῇ παρεδόθησαν; μὴ κατέλειψαν ἱμάτια εἰς πολλοὺς μεριζόμενα, διδάσκοντα τῇ πείρᾳ, μηδὲν νοεῖν κατὰ δόκησιν, ἀλλὰ πάντα καθ' ὑπόστασιν καὶ ἀληθειαν; Εἰ γὰρ δοκήσει σῶμα εἶχειν ὁ Χριστὸς,

XIII.

Adversus eos qui dicunt, angelos apud Abrahamum edentes, carnis naturam non omnino induisse.

Etsi multorum malorumque commentorum patres facti sunt. qui perpetuos legitimorum patrum fines transferre sunt conati, non satis sunt tamen ipsis fetus proprii : sed male insuper suffurantes eorum qui se olim apostolicæ Ecclesiæ hostes professi sunt: ignobiles fetus abortivos, eos tanquam generosum et perfectum dogmatum partum proferunt, perque illos Manichæorum dogma nobis nituntur excitare, commiscentes angelos qui diverterunt ad Abrahanum propria natura sua alimenti factos fuisse participes, et pari modo deitatem Domini Christi absque carne cibum potumque sumpsisse confirmantes : licet Scriptura sacra, non naturaliter sed apparenter solummodo id factum, diserte comprobante. Si enim naturaliter ista facta sunt oportet tres illos aut viros nominari, aut angelos nuncupari (multum enim inter duo hæc genera est discriminis) etsi quidem viri fuerint, nihil quod ad naturam angelicam ostendere ; sin angeli, nullo corporeo membro more spirituum apparere illos oportuit. Quomodo igitur cibum illis daret secundum naturam ? nunquid ut viris ? falso igitur angeli fuisse memorantur. Nunquid ut angelis ? ecqua spiritibus cum sensibili cibo est communio ? nisi forte et angelos homines factos corporalibus organis cibo corporali frui fabulantur. Si mutata sententia dixerint, non revera et naturaliter, sed apparenter istos epulatos fuisse : aut relinquant oportet exemplum angelorum ut peregrinum, aut in Salvatore, loco veritatis, phantasiam inducere comperientur. Qua igitur fronte dissimile tanquam simile ad Christum audent detorquere? Quid cum stupenda œconomia atque dispensatione commune habet illa angelorum visibili specie apparentium historia (25*)? Conspiciunturne? quando? aut ubi? aut ex qua nati sunt, ut Dominus Christus ? Eum eodem illi modo tactui fuerunt subjecti ? Num circumcisi sunt ? an profecerunt aut creverunt ? num cum jejunassent, tandem erurierunt ? num 508 ex itinere fessi sitierunt ? num naturalem somnum experti sunt ? num flagris cæsi sunt ? num eodem quo ille modo mortem gustarunt? num sepulturæ sunt traditi ? num reliquerunt

(25*) *Forte*, visio.

6. Βλέπε μὴ καταφρονήσῃς ἑκάστῃ ὥρᾳ τὰς λειτουργίας σου ἐπιτελεῖν· αὐτα γὰρ φέρουσι τὸν φωτισμὸν ἐν τῇ ψυχῇ. Εἰ ἀγαθὰ ἐποίησας, μὴ κατακαυχῶ· εἰ δὲ πολλὰ ἐποίησας κατὰ, μὴ ἀμέτρως λυπηθῇς, ἀλλὰ στῆθι, μηκέτι αὐτὰ πράξεις, καὶ σωθήσῃ. Ἐὰν ὀχλήσῃ πορνείας λογισμὸς, εὐχὴν ἀδιάβλητον θῦσον τῷ Θεῷ, καὶ ἀναπαύσε σοι. Ἐὰν ὁ ζῆλος καὶ ὁ φθόνος πολεμῇ τὴν καρδίαν σου, μνήσθησο, ὅτι μέλη Χριστοῦ ἐσμεν πάντες, καὶ ὅτι ἡ τιμὴ, καὶ τὸ ὄνειδος τοῦ πλησίον πάντων ἡμῶν ἐστι, καὶ φεύξεται ἀπὸ σοῦ. Ταῦτα δὲ πάντα συνάγουσα ἡ διάκρισις καὶ ἀναλογιζομένη, τὰς μὲν ἀρετὰς περιπύσεται (*a*), τὰ δὲ πονηρὰ ἐκποδὼν ποιεῖται. Ἀδύνατον δὲ ἐλθεῖν σοι
B τὴν διάκρισιν, ἐὰν μὴ πρῶτον τὰς ἀρετὰς αὐτῆς ἐπιτελέσῃς, πρὸ πάντων δὲ τὴν ἡσυχίαν. Ἡ ἡσυχία τίκτει τὴν ἄσκησιν· ἡ ἄσκησις τίκτει τὴν κατάνυξιν καὶ τὸν κλαυθμόν· ὁ κλαυθμὸς τίκτει τὸν φόβον· ὁ φόβος τίκτει τὴν ταπείνωσιν ἢ ταπείνωσις τίκτει τὸ προορᾶν· τὸ προορᾶν τίκτει τὴν ἀγάπην· ἡ ἀγάπη τίκτει τῇ ψυχῇ τὸ μετὰ ἀγγέλων ὁμιλεῖν. Τότε γιγώσκει ὁ ἄνθρωπος λοιπὸν, ὅτι μακράν ἐστιν ἀπὸ Θεοῦ. Ὁ θέλων οὖν, ἀδελφοὶ, ἐλθεῖν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντίμους ἀρετὰς ταύτας, ἀμέριμνός τε δεῖ εἶναι εἶναι ἀπὸ παντὸς
C πράγματος, καὶ μισῆναι τὸν κόσμον τοῦτον· καὶ λοιπὸν τότε ἀξιοῦται κτήσασθαι τὰς ἀρετὰς ταύτας παρὰ Κυρίου·

7. Τοῦτο δὲ μάθε, ἀδελφὲ, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ἐσθίων καὶ πίνων ἀμέτρως, ἢ ἐμπεριφερόμενος τῷ κόσμῳ τούτῳ, οὐ μὴ ἀξιωθῇ ἐλθεῖν εἰς τὰ μέτρα ταῦτα· εἰ γὰρ κτήματα καὶ ἀμπελῶνα ἔχεις, ἢ οἰκήματα, ἢ τι τοῦ αἰῶνος τούτου, ἵνα τί καὶ γυναῖκα οὐκ ἔγημας; τί ἑαυτὸν φρεναπατῶν· ἀγνοῶν, ὅτι τὸν ἐν ἀκάνθαις σπειρόμενον οὐ τελειοφορεῖ; Καὶ ὁ μὴ σχολάσας, θεὸν γνῶναι οὐ δύναται. Καὶ τοῦτο δὲ παρακαλῶ πάντα ἄνθρωπον βουλόμενον δοῦναι μετάνοιαν τῷ Θεῷ, φυλάξαι αὐτὸν ἀπὸ πολυοινίας· πολλὰ γὰρ αὐτοῦ τὰ πτώματα. Μὴ προσέχῃς οὖν εἰς πάλην, ἕως οὗ ᾖς ἐν τῷ σώματι, μηδὲ πιστεύσῃς ἑαυτῷ. Στῶμεν οὖν, ἀδελφοὶ, στῶμεν ἐν φόβῳ Κυρίου, καὶ μὴ ἐκκακήσωμεν ἐν τῇ πάλῃ. « Οὐ γάρ ἐστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρός τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς
D ἐπουρανίοις. » Περιβαλλωμεθα τὰ ὅπλα τῶν ἀρετῶν, ὡς ὁπλῖται· διότι ὁ κόπος καὶ ὁ μόχθος, καὶ ἡ στενοχωρία, καὶ ἡ στενοτεία, καὶ ἡ εὐδία τῶν ἐπιθυμιῶν εὐ μόνον φυλάττουσιν ἡμᾶς ἀπὸ τῶν βελῶν τοῦ ἐχθροῦ, ἀλλὰ καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονόμους ἀποκαθίστησιν.

8. Ἀγωνιζώμεθα οὖν, ἀδελφοὶ, ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ τὸ βραχὺ, ἅπερ τύχωμεν βασιλείας οὐρανῶν. Ὁ γὰρ διδάσκαλος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὕτως εἴρηκεν· « Ἀγωνίζεσθε ἕως ἐλθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης, καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ. Γρηγορεῖτε οὖν ἐν

πάσῃ ὥρᾳ, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ Κύριος ἔρχεται· μήποτε εἰσέλθῃ ἄφνω, καὶ εὑρήσῃ ὑμᾶς καθεύδοντας. Βλέπετε μή ποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ, καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ ἐπιλεύσεται ὑμῖν ἄφνω ἡ ὥρα. Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. Μὴ κτήσητε χρυσὸν, μήτε ἄργυρον, μήτε δύο χιτῶνας· μηδὲ δειμάσητε ἀπὸ ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα. Εἶδον γὰρ τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα. Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οὐ μὴ ἀδικήσωσιν ὑμᾶς. Καὶ οὐκ αὐτοῖς ἀποστόλοις μόνον τοῦτο δέδωκεν ὁ Κύριος, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις σωθῆναι καὶ ἀκολουθῆσαι τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ. Καὶ βλέπε, ὁ ἀντιλέγων, τὰς μυριάδας τῶν ἁγίων. Ἔδωκε γὰρ ἡμῖν τὴν ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. « Μὴ φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον, ὅτι ηὐδόκησεν ὁ Πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἕξετε βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ποιησάντων δὲ τῶν ἁγίων μαθητῶν αὐτοῦ καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν, εἴρηκε πρὸς αὐτούς· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. » « Ὁ » γὰρ « ἀγαπῶν με τὰς ἐντολάς μου τηρήσει· κἀγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῳ ποιησόμεθα. »

9. Ὑποδεικνύων δὲ ἡμᾶς γενναίως ὑποφέρειν τοὺς πειρασμοὺς καὶ τὰ παλαίσματα, εἴρηκεν· Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε. Ἀλλὰ « θαρσεῖτε· ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. Ὑμεῖς δέ ἐστε οἱ δι' ἐμὲ μεμενηκότες ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου, κἀγὼ διατίθημι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ Πατήρ μου βασιλείαν, ἵνα ἐσθίητέ τε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου. » Ταῦτα δὲ οὐ πᾶσι λέγει, ἀλλὰ τοῖς ὑπομένουσι τοῖς πειρασμοῖς, καὶ ταῖς θλίψεσιν ἐν μακροθυμίᾳ. Ἀπερχόμενος ἐπὶ τὸ ἅγιον πάθος τοῦ σταυροῦ ὁ Κύριος, οὕτως ἔφη· Ὁ θέλων ἐσθίειν καὶ πίνειν ἐπὶ τῆς τραπέζης μου, συμπορεύσαι μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τὸν σταυρόν· τουτέστι νεκρωθήτω καὶ αὐτὸς τῷ κόσμῳ, ὡς ἐγὼ, διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν μου πράξεως. Ἀκούσας δὲ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, καὶ ἐκκόψας αὐτοῦ πάντα τῆς σαρκὸς φρονήματα, ἐτόλμα λέγειν· « Χριστῷ συσταυροῦμαι. Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. » Καὶ γὰρ ἐφ' ὅσον σαρκικὰ περιπατῶμεν, νεκροί ἐσμεν ταῖς ἁμαρτίαις. Φησὶ γάρ. « Οἱ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. » Καὶ εἰ συναποθάνομεν, καὶ συζήσομεν. Εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν αὐτῷ· εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς. Τίς οὖν ἐστιν ὁ ἀρνούμενος ἢ ὁ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς σαρκὸς περιπατῶν; Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ἐνυβρίζων τῷ βαπτίσματι. Καὶ τίς ἐστιν ὁ μὴ ἐνυβρίσας ἐξ ἡμῶν τὸ βαπτισμα διὰ τὰ τοῦ πονηροῦ ποικίλα μηχανήματα; Ἀλλὰ διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἔδω-

A hora Dominus venturus sit : ne forte intret derepente, et inveniat vos dormientes. Videte nequando graventur corda vestra in crapula et ebrietate, et curis hujus vitæ, ac superveniat vobis derepente hora. Ecce mitto vos sicut oves in medio luporum. Nolite possidere aurum, nequo argentum, neque duas tunicas. Neque timeatis ab iis qui occidunt corpus. Videbam enim Satanam, quasi fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici, neque lædent vos. Hoc non solum ipsis apostolis tradidit Dominus, imo vero omnibus qui salutem consequi voluerint, ac ejus exsequi mandata. Vide autem, tu qui his contradicis, sanctorum myriadas. Dedit enim nobis potestatem filios Dei fieri. « Noli timere, pusillus B grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum cœlorum. Vendite quæ possiditis et date eleemosynam, et habebitis saccos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis [19]. » Cum autem sancti ejus discipuli hoc ejus mandatum implessent, ait illis : « Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis [20]. » Nam, « qui diligit me, mandata mea servabit; et ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus [21]. »

9. Docens autem nos tentationes generose ferre atque certamina : In mundo, ait, tribulationem habebitis. Sed « confidite, ego vici mundum [22]. Vos autem estis qui permansistis propter me in C tentationibus meis, et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut comedatis et bibatis super mensam meam [23]. » Hæc autem non omnibus ait, sed iis qui ferunt tentationes et ærumnas cum æquanimitate. Cum accederet ad sanctam passionem crucis, sic ait : Qui vult comedere et bibere super mensam meam, mecum adeat crucem, id est, mortuus et ipse sit mundo sicut et ego, scilicet per mandatorum meorum custodiam. Quæ cum audisset Paulus apostolus, omnesque carnis sensus abscidisset, ausus est dicere : » Cum Christo crucifixus sum. Vivo autem, jam non ego vivit vero in me Christus [24]. » Etenim quandiu carnaliter ambulamus, mortui sumus propter peccata. Ait enim : Qui Christi sunt car- D nem crucifixerunt cum vitis et concupiscentiis [25].» Si una morimur, una vivemus. Si sustinemus, una cum ipso regnabimus ; sin abnegamus, et ipse abnegabit nos. Quis itaque est qui abnegat, nisi qui secundum carnis concupiscentias ambulat ? Ipse namque est qui contumeliam infert baptismati. Ecquis ex nobis est qui non contumeliam inferat baptismati, ob varia maligni illius artificia? Sed propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Dominus noster Jesus Christus, dedit nobis

[19] Luc. XII, 32, 33. [20] Joan. XIV, 27. [21] ibid. 15, 23. [22] Joan. XVI, 33. [23] Luc. XXII, 28-30. [24] Galat. II, 19, 29. [25] Galat. V, 24.

pœnitentiam usque **524** ad extremum halitum. Nisi enim esset pœnitentia, nequaquam salva fieret omnis caro, ut ait Dominus : « Amen, amen dico vobis, non ita gaudet Deus de nonaginta novem justis, ut de uno peccatore pœnitentiam agente [26]. »

10. Curemus, fratres, pœnitentiam agere, donec sumus in corpore, fleamus, et abluamus occulta cordis vulnera. Futurum enim est ut appareant nostra facinora ante tribunal illud tremendum. Appropinquabit enim Dominus, et veniet super thronо sancto gloriæ suæ, ac congregabuntur in conspectu ejus omnes gentes. Et quisque sua lucerna illuminabitur : quisquis autem oleo carebit, ejus lampas exstinguetur, et abibit ipse in tenebras exteriores. Curam itaque habeamus, fratres, et impleamus oleo vasa nostra, ne in tenebras projiciamur et in ignem æternum. Vas enim est pœnitentia ; oleum vero, virtutum exercitium ; splendida lampas, est sancta anima. Decertamus itaque, fratres, quia appropinquavit dies. Beatus homo qui hujusmodi sollicitudinem habet quotidie, et singulis horis. Nam fructus ille serus, vera est messis tempestas. Beatus ille qui fructum servavit suum ; eum colligent angeli in æternum horreum. Væ autem mei similibus, hoc est, zizaniis, quia ignis illos possidebit. Fugiamus ergo, fratres,mundum et omnia quæ in es sunt, et hæreditate accipiemus bona illa, « quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se [27]. » Denique, fratres, in his state, hæc meditamini, nec negligatis ; ut dignetur Dominus præstare ut hoc præceptum nocte dieque custodiatis, et salvos faciat vos in regno suo cœlesti. Quisquis hæc præcepta legit,vel audit, nec servat ea in eo impletur parabola de semine, quod cecidit in petram, et quod terram non haberet statim exsiccatum est.Qui autem legit et facit, similis est semini cadenti in terram bonam, quod fructum attulit, aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula. Amen.

A κεν ἡμῖν τὴν μετάνοιαν ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς. Εἰ μὴ γὰρ ἦν μετάνοια, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ, ὡς φησιν ὁ Κύριος· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ χαίρει ὁ Θεὸς ἐπὶ ἐνενήκοντα ἐννέα δικαίοις, ὡς ἐφ' ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. »

10. Σπουδάσωμεν, ἀδελφοὶ, μετανοῆσαι, ἕως ἐσμὲν ἐν τῷ σώματι, κλαύσωμεν, καὶ πλύνωμεν τὰ τῆς καρδίας κρυπτὰ τραύματα. Μέλλει γὰρ φανεροῦσθαι τὰ ἐν ἡμῖν πεπραγμένα δεινὰ ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος ἐκείνου. Ἤγγικε γὰρ ὁ Κύριος, καὶ ἔρχεται ἐπὶ θρόνου δόξης ἁγίου αὐτοῦ, καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ ἕκαστος φανεροῦται ἐκ τῆς ἰδίας λαμπάδος· ὅστις δὲ οὐ κέκτηται ἔλαιον, σβεσθήσεται αὐτοῦ ἡ λάμπας· κἀκεῖνος πορευθῇ ἐν τῷ ἐξωτέρῳ σκότει. Σπουδάσωμεν οὖν, ἀδελφοὶ, καὶ πλήσωμεν τὰ ἀγγεῖα ἡμῶν ἐλαίου, ἵνα μὴ ῥιφῶμεν ἐν τῷ στότει καὶ αἰωνίῳ πυρί. Τὸ γὰρ ἀγγεῖόν ἐστιν ἡ μετάνοια· τὸ δὲ ἔλαιον τῶν ἀρετῶν ἡ πρᾶξις· ἡ δὲ φωτεινὴ λαμπὰς ὑπάρχει ἡ ἁγία ψυχή. Ἀγωνιζώμεθα οὖν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἤγγικεν ἡ ἡμέρα. Μακάριος ἄνθρωπος ὁ ἔχων τὴν μέριμναν ταύτην καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν. Ὁ γὰρ καρπὸς ὄψιμος γεγονὼς καιρός ἐστι τοῦ θερισμοῦ. Μακάριός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ σώσας τὸν καρπὸν αὐτοῦ· συνάξουσιν αὐτὸν οἱ ἄγγελοι εἰς τὴν αἰώνιον ἀποθήκην. Οὐαὶ δὲ τοῖς ὁμοίοις μου, τουτέστι τοῖς ζιζανίοις, ὅτι τὸ πῦρ αὐτοὺς κληρονομήσει. Φύγωμεν οὖν, ὦ ἀδελφοὶ, τὸν κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, ὅπερ κληρονομήσωμεν τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα, « ἃ ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. » Τὸ λοιπὸν, ὦ ἀδελφοὶ, ἐν τούτοις στῆτε, ταῦτα μελετᾶτε, καὶ μὴ ἀμελήσητε, ὅπερ ἀξιώσῃ ὑμᾶς Κύριος τηρῆσαι τὴν ἐντολὴν ταύτην ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ σώσῃ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον. Ὅστις ἀναγινώσκει τὰς ἐντολὰς ταύτας, ἢ ἀκούει, καὶ μὴ ποιεῖ αὐτὰς, πεπλήρωται ἐν αὐτῷ ὁ σπόρος ὁ πεσὼν εἰς τὴν πέτραν, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν γῆν, παραχρῆμα ἐξηράνθη. Ὁ δὲ ἀναγινώσκων καὶ ποιῶν ἐστιν ὁ σπόρος ὁ πεσὼν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, καὶ ἐκαρποφόρησεν ἐν λ', καὶ ἐν ξ', καὶ ἐν ρ', ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα. Ἀμήν.

[26] Luc. xv, 7. [27] I Cor. II, 9.

MONITUM IN OPUSCULA DUO SEQUENTIA.

Postea sequitur in exscripto Roma nobis transmisso aliud opusculum ex codice ms. Bibliothecæ Vaticanæ, num. 1148, *in charta papyracea in* 4°, *p.* 65, *cujus titulus :* Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου διδασκαλία πρὸς μοναχούς, *imperiti hominis, et infimæ prorsus ætatis. Est autem codex infinitis pene mendis respersus, ut vix erui possit apta sententia.*

Aliud opusculum a fratribus nostris Roma transmissum infacundi hominis et nugacissimi opus est, ex codice Vatican. 1198 *exscriptum : mendis innumeris respersum et nugis plenissimum, cujus titulus est,* Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου ἐξηγητικὸν περὶ τοῦ ἐν Ἀθήναις ναοῦ, *initium vero idem quod* 136 *quæstionis ad Antiochum :* Τοὺς τὰς θείας Γραφὰς μὴ ἐπισταμένους.

Edendum tamen duximus, ut videas, Lector erudite, quousque ineptiarum progredi queat. Græcia mendax. *Prodit autem ex ms. codice Græco bibliothecæ Vaticanæ num.* 1198, *in folio in charta papyracea, ætatis circiter* 200 *annorum.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

Διδασκαλία πρὸς μοναχοὺς πραοτέρα, πνευματική.

SANCTI PATRIS NOSTRI ATHANASII MAGNI

Doctrina ad monachos, lenis, atque spiritualis.

Τὸν πιστεύοντα τῷ Κυρίῳ, καὶ προσιόντα ἑαυτῷ, καὶ ἐπὶ τέλειον εἰς μαθητείαν, μανθάνειν δεῖ πρότερον ἀφίστασθαι παντὸς ἁμαρτήματος· ἔπειτα δὲ καὶ ἀφέλκοντας (26) τοῖς ὀφειλομένοις κατὰ πολλοὺς λόγους εὐπαθεῖν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, κἂν ἀλογοφάνειρος εἶναι δοκῶ σοι. Ἀδύνατον γὰρ τὸν ἁμαρτίαν ποιοῦντα, ἢ ἐμπλεκόμενον ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις ἢ φροντίσι, δοῦναι αὐτὸν τῇ τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων δουλούσει, οὐχ ὅτι μαθητευθῆναι τῷ Κυρίῳ· οὐ πρότερον εἰπόντι τῷ νεανίσκῳ, « Δεῦρο ἀκολούθει μοι, » ἕως ἂν ἐντείλασθαι πωλῆσαι τὰ ὑπάρχοντα καὶ δοῦναι πτωχῷ· ἀλλὰ οὐδὲ τὸ τοῦτο προσέταξε, πρὶν ὁμολογῆσαι αὐτὸν, ὅτι « Πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου. » Ὁ γὰρ μήποτε λαβὼν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν καὶ καταλυθεὶς ἀπὸ τούτων ἐν τῷ αἵματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δουλεύων δὲ τῷ διαβόλῳ καὶ κρατούμενος ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῷ ἁμαρτίας, ἀδυνάτως ἔχει θουλεῦσαι τῷ Κυρίῳ τῷ ἀπαράβατον ἀπόφασιν δεδωκότι τὸ εἰπεῖν· « Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας. Ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα. » Μαρτυρεῖ καὶ ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν Παῦλος, ὅτι « ὁ δοῦλος τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθερός ἐστιν ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης. » Καὶ πάλιν ὁ Κύριος· « Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, » καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν ἐδίδαξε, καὶ ἔδειξεν ὁριστίζων, καὶ εἰπὼν, ὅτι οὔτε οἱ περὶ τὴν ὄντως ἀναγκαίαν τοῦ ζῆν μέριμναν ἐνεχόμενοι, δουλεύειν δύνανται, οὐχὶ τόδε μαθητεύειν, ὅ τι ἔμαθεν Ἀπόστολος πλατύτερον θεωρήσας· εἶπε γάρ· « Τίς μετοχὴ δικαιοσύνης καὶ ἀνομίας, καὶ τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, τίς δὲ σύμφώνησις Χριστοῦ πρὸς Βελίαδ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου, τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ μετὰ εἰδώλου; » Καὶ πάλιν ὁριστίζει· « Ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός, ταῦτα δὲ ἀντίκεινται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε ταῦτα ποιῆτε. » Ῥυσθῆναι δεῖ πρότερον τοῦ καταδυναστοῦ τοῦ διαβόλου ἐνάγοντος ἐπὶ τὴν ἁμαρτίαν τὸν ὑπ' αὐτῆς κρατούμενον. Εφαμεν βούλεσθαι δὲ ἄρα καὶ πότε ἀπαρνησάμενον πάντα τὰ παρόντα καὶ ἑαυτὸν, τῆς δὲ προσπαθείας τοῦ ζῆν ἀναχωρήσαντα μαθητευθῆναι τῷ Κυρίῳ, καθὸ αὐτὸς εἴρηκεν· « Εἴ τις ἐλεύσεται πρὸς μὲ, ἀπαρνησάσθω αὐτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι, » ὅπερ ἐστὶ μαθητής μου ἐνταῦθα. Οὐ μόνον δὲ τῶν ὑπαρχόντων, καὶ τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων καταφρονεῖν προσ-

A Qui Domino credit, et in sese convertitur, ac perfecte ad disciplinam sese tradit, discat oportet, esse primum ab omni peccato abscedendum. Deinde sese pertrahat ad debita officia, probe affectus erga Dominum nostrum. Etiamsi hæc loquendo, absurdus tibi fortasse videar esse. Nam fieri nequit eum qui peccatum admittit, implicaturque hujusce vitæ negotiis, ac sollicitudinibus, servituti earum rerum quæ ad vitam sunt necessariæ sese tradere, aut disciplinam subire Christi; qui non ante adolescenti illi dixit : **525** « Veni, sequere me [28], » quam præcepisset illi, ut suas venderet possessiones, daretque pauperibus : sed neque prius ista jussit, quam ille confessus esset dicendo :« Hæc omnia custodivi a juventute mea [29]. » Etenim qui remissionem peccatorum nondum accepit, neque a delictis absolutus fuit per sanguinem Domini nostri Jesu Christi; sed diabolo obsequitur, atque peccatis ipse suis captus detinetur; nullatenus potest servire Domino,qui nunquam controvertendam protulit sententiam cum dixit : « Quisquis peccatum facit, servus est peccati. Servus autem non manet in domo in sæculum [30]. » Testatur item qui in Christo loquitur Paulus :« Qui servus est peccati, liber est a justitia [31].» Ac rursum Dominus : « Nemo potest duobus dominis servire [32] : » et cætera, quibus docuit palamque ostendit, ne illos quidem qui rerum ad vitam necessariarum sollicitudine tenentur, posse ipsi servire, neque id ediscere, cujus Apostolus consideratione sua, ampliorem notitiam est assecutus : ait enim : « Quæ participatio justitiæ cum iniquitate, et quæ communicatio luci cum tenebris, quis consensus Christi cum Belial? Quæ portio fidelis cum infideli? quæ concordia templi cum idolo [32a] ? » Rursumque ita pronuntiat :« Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem; hæc enim sibi adversantur, ut non quæ volueritis faciatis [33]. » Primum oportet liberari a dominatore diabolo, qui in peccatum inducit eum qui subditus ipsi est. Diximus velle nos, abdicatis omnibus præsentibus atque nobis ipsis, ac relicta vitæ affectione, disciplinam subire Christi, sicut ipse locutus est : « Si quis post me veniat, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me [34],» id est, eum qui discipulus meus est. Non modo bona et vitæ necessaria despicere præcipimur; sed

[28] Marc. x, 21. [29] Luc. xviii, 21. [30] Joan. viii, 34, 35. [31] Rom. vi, 20. [32] Matth. vi, 24. [32a] II Cor, vi, 14-16. [33] Gal. v, 17. [34] Matth. xvi, 24.

(26) Locus vitiosus.

etiam mutua officia quæ secundum naturam et legem sunt, superare et omittere jubemur, dicente Domino :« Qui diligit patrem et matrem plus quam me, non est me dignus [35]. » Similiter quod consequitur, proxime situm est, imo longissime ab iis qui sunt extranei a fide. Quamobrem vehementer hortatur, ut cum perseverantia asceseos labores sustineamus, in nullo metuentes inimici adversum nos paratas insidias. Præterit figura hujus mundi. Ad hæc, fallacia et tribulatio hujus vitæ temporanea est, brevisque temporis : vita vero quæ in Christi servitute agitur est æterna, perpetua et immortalis : quam exspectamus nos qui Christi servi sumus : cujusque causa mundum abdicavimus omnesque concupiscentias ejus. Neque debemus eorum meminisse, quæ ejus præcepti servandi causa dereliquimus; ne temporalia rursum expetentes, vitam æternam amittamus. Mentiri quippe nequit, qui dixit :« Quisquis dimiserit domum » et reliqua, « centuplum recipiet, et vitam æternam possidebit [36].» Neque enim, ut quidam interpretantur, hæc locutus est Dominus de iis qui tempore persecutionum pro nomine ejus martyrium subierunt. Nequaquam enim dixit : Ii solum qui pro nomine meo, in tempore persecutionum corpora sua tradent, vitæ æternæ hæreditatem possidebunt; sed quotquot pro nomine ejus mundum et concupiscentias ejus atque bona abdicamus, cum omnibus, atque iis etiam qui pro nomine ejus martyrium subierint, eam possidebimus. Namque omnes pauperes spiritu, omnes mundos corde, mites, omnesque similiter qui timent nomen ejus beatos esse dixit Salvator :« Quoniam vestrum, inquit, est regnum cœlorum [37].» Martyres enim plerumque vel uno temporis momento concertantes consummati sunt; monachorum vero institutum vitæ, certaminibus suis quotidie martyrium subit, non a sanguine et carne; sed adversus principatus et potestates, mundi rectores tenebrarum sæculi, adversus spiritualia nequitiæ, usque ad extremum halitum luctatur atque dimicat...

A τασσόμεθα, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους νενομισμένων καὶ κατὰ φύσιν καὶ νόμον δι ἴων καθηκόντων ὑπερφρονεῖν παιδευόμεθα, τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Ὁ ἀγαπῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Ὁμοίως καὶ τὸ λοιπὸν ἐγγυτάτω οἰκεῖ, δῆλον δὲ ὅτι πολὺ πορρωτέρω καὶ ξένων τῆς πίστεως. Διὸ παρακαλῶν μεγάλως ἀοργετουμένοις ἐν καρτερίᾳ τοὺς τῆς ἀσκήσεως πόνους, ἐν μηδενὶ δειδότας τὰς καθ' ἡμῶν τοῦ ἐχθροῦ μεθόδους. Παράγει τοῦτο σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. Καὶ ταῦτα ἡ ἀπάτη, καὶ θλῖψις τοῦ βίου τούτου πρόσκαιρός ἐστι καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ τῷ Θεῷ δουλεύειν, ζωὴ αἰώνιος, ἀίδιος καὶ ἀθάνατος, ποῦ ἀναμένομεν οἱ τῷ Χριστῷ δουλεύοντες· δι' ἣν καὶ ἀπεταξάμεθα τῷ κόσμῳ, καὶ πάσαις ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ὀφείλομεν μνημονεύειν ἐκεῖνα, ἅπερ διὰ τὴν ἐντολὴν ταύτην κατ- B ελείψαμεν, ἵνα μὴ πάλιν τὰ πρόσκαιρα ποθήσαντες, τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀποβαλώμεθα. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπὼν ὅτι « πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, » καὶ τὰ λοιπὰ, « ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. » Οὐ γὰρ, ὥς τινες ταῦτα ἑρμηνεύειν δοκοῦσιν, ὅτι περὶ τῶν ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ μαρτυρησάντων εἶπεν ὁ Κύριος, Οὐ γὰρ ἔφη ὅτι, Μόνον οἱ ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου τὰ ἑαυτῶν σώματα παραδώσοντες, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσονται· ἀλλὰ πάντες οἳ διὰ τὸ ὄνομά μου καὶ κύσμῳ, καὶ πάσαις ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ ἀποταξώμεθα, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ ἀποταξώμεθα, ζωὴν αἰώνιον, μετὰ παντων δηλαδὴ τῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου μαρτυρησάντων, κληρονομήσουσι. Πάντας τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, καὶ τοὺς καθαροὺς τῇ καρδίᾳ, καὶ τοὺς C πραεῖς, καὶ τοὺς φοβουμένους τὸ ὄνομα αὐτοῦ μακαρίζεσθαι Σωτὴρ ἔλεγεν, « Ὅτι ὑμῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Οἱ μὲν γὰρ μάρτυρες πολλάκις, καὶ ἐπὶ μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ἀγωνισάμενοι ἐτελειώθησαν· ἡ δὲ τῶν μοναχῶν πολιτεία ἄθλοις καθ' ἑκάστην δι' αὐτὸν μαρτυρεῖ, οὐκ ἀπὸ αἵματος, καὶ σαρκὸς παρατασσόμεθα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς ἐξουσίας πρωτοκοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς τὴν πάλην ἔχουσα, καὶ ἀθλεῖ, καὶ εἰσφανοῦται τῇ πανοπλίᾳ....

....**526** Dei armatura munita : ac omnia potest per eum qui ipsum confortat et miseratur, Christum. Nobis in parabola divitias suas tribuere cum cupiat Dominus, ait :« Simile est regnum cœlorum negotiatori quærenti bonas margaritas [38], » et cætera. Hanc confirmans sententiam, ita loquitur evangelista : « Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo D sunt. Qui enim diligit mundum, non diligit eum qui ipsum dilexit Dominum [39].» Qui vero hunc mundum et scandala quæ in eo sunt odio habuit, et voluntatem Dei diligit, is manet in sæculum. Dominus enim, quo nos a mundi conversatione dejiceret, dixit :« Nemo mittens manum suam ad aratrum, et retro conversus, aptus est ad regnum cœlorum [40].»

.... τοῦ Θεοῦ περιφραττομένη, καὶ πάντα ἰσχύει διὰ τὸν ἐνδυναμοῦντα, καὶ ἐλεοῦντα Χριστόν. Ἡμῖν γὰρ ἐν παραβολῇ τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον θέλων χαρίσασθαι ὁ Κύριος ἔλεγεν· « Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐμπόρῳ ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ταύτην τὴν ἐντολὴν βεβαιῶν οὕτως εὐαγγελιστὴς ἔφη· « Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον μηδὲ τὰ ἐν κόσμῳ. Ὁ γὰρ τὸν κόσμον ἀγαπῶν οὐκ ἀγαπᾷ τὸν ἀγαπήσαντα αὐτὸν Κύριον. » Ὁ δὲ τοῦτον τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ σκάνδαλα μισήσας, καὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἀγαπήσας εὐμένει εἰς τὸν αἰῶνα. Χωρίσαι γὰρ βουλόμενος ἡμᾶς ὁ Δεσπότης τῆς ἐν κόσμῳ διατριβῆς ἔλεγεν· « Οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός

[35] Matth. x, 37. [36] Matth. xix, 29. [37] Luc. vi, 20. [38] Matth. xiii, 45. [39] I Joan. ii, 15. [40] Luc. ix, 62.

ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Ὁ δὲ Ἀπόστολός φησι· « Στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις. » Καὶ πάλιν ὁ Κύριος· « Ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστραφῇ εἰς τὰ ὀπίσω, » τουτέστι μὴ πάλιν μνημονεύειν ἢ ποθεῖν ἐορκεῖν ἀναστροφήν, ἣν διὰ τὸν Θεὸν καὶ τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ μισήσας, κατέλιπε. Μὴ οὖν φοβεῖσθε τοὺς ἐκ τοῦ διαβόλου ἡμῖν ἐπαγομένους πειρασμοὺς, κἂν ποικίλοι ὦσι, γέγραπται γάρ· « Υἱέ μου, εἰ προσέχῃς δουλεύειν τῷ Κυρίῳ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμούς. » Καὶ περὶ τῆς καρδίας τῆς ὑπομονῆς τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ἀναμένων· μείζων γάρ ἐστι τοῦ πολεμοῦντός σε διαβόλου, καθὼς πολλάκις λέγεται· Μείζων ἐστὶν ὁ ἐν ἡμῖν, ἢ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ· καὶ ὁ Ψαλμῳδός· « Οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετὰ ἐμοῦ εἶ. » Καί· « Κύριος φωτισμός μου, καὶ Σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; » Καὶ, « Ἐὰν παρατάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου. » Καί, « Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, κἀγω ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου. » Μὴ δεῖ τοίνυν τὸν δουλεύοντα τῷ Κυρίῳ ἀπιστεῖν, ὡς οὐχ ὑπερασπίζεται τοῦτον ὁ Κύριος πάντοτε· αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· « Οὐ μή σε ἀναλείπω, οὐδὲ μή σε ἐγκαταλείπω· » Καὶ γοῦν αὐτὸν ἔθου καταφυγήν σου, « οὐ προσελεύσεται πρὸς σὲ κακὰ, καὶ μάστιξ οὐκ ἐγγίσει τῷ σκηνώματί σου· » καὶ τὰ ἑξῆς. Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς, ὦ ἀδελφοὶ, μὴ ἐνδῶμεν ὅλως τῷ πονηρῷ, μηδὲ θανατώσωμεν ἑαυτοὺς, διὰ οἱασδηποτοῦν ἡδονῆς, ἀλλὰ μεμνημένοι τὰ ἀποκείμενα ἡμῖν ἐν οὐρανοῖς ἀγαθὰ, πάντων τούτων ὑπερίδωμεν. Μὴ οὖν φανῶμεν τῶν πρὸ ἡμῶν αὐχήσαντες παίγνιον. Ἕκαστον γὰρ ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη μένειν ἐν Χριστῷ παραγγέλλει ὁ Ἀπόστολος· ἵνα τὸν τῆς ὑπομονῆς στέφανον παρὰ τοῦ μισθαποδότου Χριστοῦ ἀπολάβωμεν, ὃν ἐπηγγείλατο τῷ ἀγαπῶντι αὐτόν. Γέγραπται γάρ· « Τὴν ἐπιθυμίαν σου διὰ τῆς ὑπομονῆς νίκησον, καὶ ἔσῃ τέλειος ἐν Χριστῷ· » καί· « Τῷ νικῶντι δώσω φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου. » Λέγει Κύριος καὶ πάλιν· Ὅστις διὰ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ πάντα τὰ τῆς σαρκὸς νικήσει πάθη, τούτῳ δώσω στολὴν λευκήν. Εἰ γὰρ φοβοῦμεν τὸν Κύριον, τὰ ἀνεκδιήγητα ἀγαθὰ, καὶ οἱ τῆς δόξης στέφανοι ἡτοιμάσθησαν. Οὐ γὰρ ἐπιτάγματι τῶν ἁγίων ὁ πρὸς τας μεθοδείας τοῦ ἐχθροῦ πόλεμος, καὶ ἡ κατ' αὐτοῦ νίκη, διὰ τῆς τοῦ Κυρίου βοηθείας δέδοται, ἀλλὰ τρισὶν ὡς ἐν τῇ τοῦ σπέρματος παραβολῇ, αὐτὸς Κύριος ἔφη· Ἐδίδου γὰρ, φησὶν, ὁ μὲν τριάκοντα, ὁ δὲ ἑξήκοντα ὁ δὲ ἑκατον. Τούτων δὲ τῶν ταγμάτων τὰς ὑποθεσεις, ε τὰς Γραφὰς ἐρευνήσεις, πολύτροπον ἂν εὑρήσεις· μαρτυρες μὲν οὖν εἰσιν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, οἱ τὸν ἑκατον ποιοῦνται καρπὸν, παρθένοι αἱ τὸν ἑξήκοντα· καὶ οἱ λοιποὶ οἱ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου, σπουδάζοντες ἀμέμπτους ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ ἑαυτοὺς φυλάσσειν, τῷ Κυρίῳ ἀρεσκούσῃ, τριάκοντα. Τῶν σῶν μαθητῶν γένοιτο ἡμὰς ἐνταγῆναι, Χριστὲ Ἰησοῦ, καὶ τῶν ἁγίων σου ἀγαθῶν ἀπολαύειν, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Apostolus vero ait : « Militans implicatur hujus vitæ negotiis [41]. » Ac rursum Dominus : « Qui in agro est, ne retrogrediatur [42]. » Hoc est, ne meminerit eorum, neque cupiat denuo adire conversationem, quam propter Deum et ejus præceptum perosus dereliquit. Ne timete igitur tentationes a diabolo nobis immissas, etiamsi variæ sint; scriptum enim est : « Fili mi, si in animo habeas servire Deo, præpara animam tuam ad tentationes [43]. » Habeas in corde tuo patientiam, exspectans Dei auxilium; major quippe ille est diabolo te impugnante, quemadmodum plerumque dicitur : Major est qui est in nobis, eo qui in mundo est; et Psalmista : « Non timebo mala, quoniam tu mecum es [44]; » et, « Dominus illuminatio mea et Salvator meus, B quem timebo [45]? » Et, « Etiamsi consistant in me castra, non timebit cor meum [46]. » Et, « Dominus mihi adjutor, et ego despiciam inimicos meos [47·48]. » Non oportet igitur eum qui Domino servit diffidere, quasi non ab eo semper protegatur; ipse namque dixit : « Non te deseram, neque te derelinquam [49]. » Si enim illum posuisti refugium tuum, « non accedent ad te mala, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo [50], » et cætera. Quapropter hortor vos, fratres, nullatenus maligno cedamus, neque nos morti tradamus, ob quamcunque voluptatem; sed memores eorum quæ nobis reposita sunt in cœlis bonorum, hæc omnia despiciamus. Ne itaque dum gloriamur eorum qui ante nos fuere, ludibrium esse videamur. Unicuique enim in vocatione qua vocatus fuit manendum esse, in Christo præcipit C Apostolus, ut patientiæ coronam, a remuneratore Christo accipiamus. Scriptum enim est : « Concupiscentiam tuam per patientiam vincito, et eris perfectus in Christo; et : « Vincenti dabo comedere de ligno vitæ, quod est in medio paradisi [51]. Ait iterum Dominus : Quicunque per lignum crucis omnes carnis passiones vicerit, huic dabo stolam albam. Si namque Dominum timeamus, inenarrabilia bona et coronæ gloriæ nobis præparata sunt. Non enim ex sanctorum jussione bellum committitur contra inimici dolos; sed victoria de ipso per auxilium Domini reportatur, et quidem a trium hominum generibus, ut ipse Dominus in parabola de seminibus loquitur : Dedit alius triginta, alius sexaginta, alius centum. Horum vero D ordinum varium statum, si sacras quidem Scripturas evolveris, reperies. Martyres sunt, ut mea fert opinio, qui centesimum faciunt fructum; virgines, quæ sexagesimum; reliqui vero qui secundum mandata Domini curantes sese in omni Deo accepta conversatione inculpatos custodire, tricesimum. Contingat nobis, o Christe Jesu, discipulorum tuorum in numero constitui, et sacris tuis perfrui bonis, nunc et in infinita sæcula sæculorum. Amen.

[41] II Tim. II, 4. [42] Marc. XIII, 16. [43] Eccli. II, 1. [44] Psal. XXII, 4. [45] Psal. XXVI, 1. [46] Ibid. 5. [47.48] Psal. CXVII, 6, 7. [49] Hebr. XIII, 5. [50] Psal. XC, 10. [51] Apocal. II, 7.

527 Περὶ τοῦ ναοῦ, καὶ περὶ τῶν διδασκαλείων, καὶ τῶν θεάτρων τῶν ἐν Ἀθήναις.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΕΞΗΓΗΤΙΚΟΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ ΝΑΟΥ.

—

De templo, de scholis et theatris quæ Athenis exstant.

ATHANASII MAGNI

COMMENTARIUS DE TEMPLO ATHENARUM.

—

Iis qui sacras Scripturas ignorant, suadere de- A bemus, ut ex ipsa rerum natura de Dei cognitione verba faciant. Videmus namque inter res creatas, substantias quasdam, quæ non secundum naturam, sed supra ipsam naturam, sibi mutuo ministrant. Qualis exempli gratia est, aquæ natura, quæ fluida est ac deorsum tendit; quomodo conspicimus tamen eam a siphonibus, ut vocant, a mari ad nubes usque deduci : quodque mirum dictu est, quæ salsa ascendit aqua marina, in pluvia dulcis delabitur? Quomodo item cum corpora natura sua in imum tendant, in aquis tamen Marmaricæ Pentapoleos, neque in imum tendunt, neque demerguntur? Quin etiam cum aqua et ignis contraria sint natura, una tamen aliquando erant (27) in Lyciæ monte quem Olympum vocant, ut innumeri viderunt homines, et hactenus etiam vident qui eo loci B versantur. Et alia his similia in rerum natura videntur et admirationi habentur; quæ sane omnia non ita supra naturam fieri possent, nisi esset aliqua Dei substantia quæ his dominaretur, iisque imperaret non sibi mutuo adversari. O gentiles! qui fit ut ingenti facto tonitru, tota hominum natura tremat, horrescat, obstupescat. Quo utique indicio ostendit se Domino subjici tonitruorum auctori. Et hæc quidem sunt argumenta, quæ gentilium rudiores et imperitiores ad Dei cognitionem deducere possint. Ad illorum autem sapientes dicimus, ex antiquis præstantibusque philosophis, multa de Dei cultu testimonia, quosdam Græcorum sapientes protulisse, imo etiam Christi œconomiam seu Incarnationem præsignificasse. Etenim mul- C tis ante Christi adventum annis, sapiens quidam Apollo nomine, divinitus, ut puto, permotus, templum Athenis exstruxit, in cujus altari hanc inscriptionem posuit : « Ignoto Deo. » Eo igitur in loco convenere primi Græcorum philosophi, ut de templo illo ipsum interrogarent, necnon de prophetia et de Dei cultu, quorum nomina proferemus. Primus, Titon; secundus, Bias; tertius, Solon; quartus, Chilon; quintus, Thucydides; sextus, Menander; septimus, Plato. Hi septem philosophi Apol-

Τοὺς τὰς θείας Γραφὰς μὴ ἐπισταμένους, ἐξ αὐτῆς λοιπὸν τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως, πεῖσαι ὀφείλομεν περὶ θεογνωσίας λέγειν. Ὁρῶμεν γάρ τινας οὐσίας ἐν τῇ κτίσει οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ ὑπὲρ φύσιν μετ' ἀλλήλων ὑπηρετούσας· οἷόν τι λέγω, φύσις ἡ τῶν ὑδάτων, οὐσία ῥευστὴ, καὶ κατωφερὴς ὑπάρχει, πῶς ὁρῶμεν τοὺς λεγομένους σίφωνας ἐκ τῆς θαλάσσης ὕδωρ πρὸς τὰς νεφελὰς ἀνάγοντας· τὸ δὲ θαυμαστὸν ῥητὸν τὸ ἁλμυρὸν ἀνερχόμενον, γλυκὺ ἐπὶ γῆς διὰ τὸν ὄμβρον κατέρχεται; Πῶς δὲ πάλιν ἡ τῶν σωμάτων φύσις βολιστικὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσα, ὁρᾶται ἀβολιστος, καὶ ἄδυτος ἐν τοῖς ὕδασι τῆς Μαρμαρικῆς Πενταπόλεως; οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὕδατος καὶ πυρὸς ἐναντία ἡ φύσις ὑπάρχουσα, ἐν τῷ ἅμα ἦν, ὅτε ἐν Λυκίᾳ τῷ ὄρει τῷ λεγομένῳ Ὀλύμπῳ, καθὼς μυριάδες ἀνδρῶν ἑωράκασι, καὶ μέχρι τυῦ νῦν ἐκείνων βλέπουσι· καὶ ἄλλα παράδοξα ἐν τῇ κτίσει θεωρούμενα, καὶ θαυμαζόμενα, ἅτινα οὐκ ἂν οὕτως ὑπὲρ φύσιν γενέσθαι ἔμελλον, εἰ μὴ οὐσία τις Θεοῦ ἦν τούτων δεσπόζουσα, καὶ τούτοις ἐπιτρέπουσα, ἀλλήλοις μὴ ἀντιτάττεσθαι. Ὦ Ἑλλήνων παῖδες! βροντῆς στερρᾶς γινομένης, πῶς ἅπασα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τρέμει, φρίττει τε καὶ ἐξίσταται, μηνύουσα διὰ τοῦ σχήματος, ὅτι ὑπὸ δεσπότου ἐστὶ, τοῦ τὰς βροντὰς ἐργαζομένου. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς ἀφελεστέρους τῶν Ἑλλήνων, ἤγουν ἀγραμμάτους, εἰς θεογνωσίαν φέροντα ὑποδείγματα. Πρὸς δὲ τοὺς παρ' αὐτοῖς σοφοὺς, ἐκ φιλοσόφων ἀρχαίων δυνατῶν, μαρτυρίας πολλὰς περὶ θεοσεβείας τινὲς Ἑλλήνων σοφοὶ ἔφασαν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν ἀμυδρῶς προεμήνυσαν. Καὶ γὰρ πρὸ πολλῶν χρόνων τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας, σοφός τις ὀνόματι Ἀπόλλων, θεόθεν, ὡς οἶμαι, ἐπικινηθεὶς, ἔκτισε τὸν ἐν Ἀθήναις ναὸν, γράψας ἐν αὐτῷ βωμῷ, Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ἐν αὐτῷ τοίνυν συνήχθησαν οἱ πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων φιλόσοφοι, ἵνα περὶ τοῦ ναοῦ ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, καὶ περὶ προφητείας, καὶ θεοσεβείας, ὧν τὰ ὀνόματα ἐροῦμεν ταῦτα. Πρῶτος Τίτων, δεύτερος Βίας, τρίτος Σόλων, τέταρτος Χείλων, πέμπτος Θουκυδίδης, ἕκτος Μένανδρος, ἕβδομος Πλάτων. Οὗτοι οἱ ἑπτὰ φιλόσοφοι ἔφησαν τῷ Ἀπόλλωνι· Προφήτευσον ἡμῖν, προφῆτα, ὦ Ἄπολλον, τίς ἐστιν ὅδε εἶπον,

(27) Affine est quod ait Aristoteles Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων tom. I, p. 1163 : Καίεται δὴ συνεχῶς περὶ Λυκίαν καὶ μεγάλην πόλιν τὴν ἐν Πελοποννήσῳ. Ubi interpres inerudite, *Megaram Peloponesi urbem*, vertit. Neque enim Megara erant in Peloponeso. Sed hic Megalopolis Peloponesiaca urbs memoratur. — S. Methodius in libro *De resurrectione* (apud nos t. XVIII, col. 286) : *Vidi ego in Olympo (is porro mons est Lyciæ) ignem sponte sua, in montis cacumine, ex imo terræ erumpentem; juxta quem exstat arbor* Agnus *nomine, adeo florida, virens et opaca, ut jugibus potius aquis irrigua nasci videatur.* Edit.

τίνος ἔτι ὁ μετὰ σὲ βωμὸς οὗτος ; Πρὸς οὕς ὁ Ἀπόλλων ἔφη· Ὅσα μὲν πρὸς ἀρετὴν, καὶ κόσμον ὁρᾶτε ποιεῖν, ποιεῖτε. Ἐγὼ γὰρ ἐφετμεύω τρισένη ὑψιμέδοντα, οὗ λόγος ἄφθεγκτος ἐν ἀδείῳ [ἀδέτῳ] κόρῃ ἔγγυμος ἔσται, ὥσπερ πυροφόρον τόξον ἅπαντα κόσμον ζωγρήσας, Πατρὶ, προσάξει δῶρον. Μαρία δὲ τὸ ὄνομα αὐτῆς· ἔστι δὲ ἡ λύσις προφητείας οὕτως... περὶ μὲν τοῦ ναοῦ ἐστιν ὁ πρῶτος λόγος. Ὅσα, φησὶ, πρὸς κόσμον τοῦ ναοῦ, καὶ κάλλος δυνατὸν ὑμῖν ποιῆσαι, τὰ ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Ἐγὼ γὰρ ὑπολαμβάνω εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ τρισυπόστατον μέγαν ὕψιστον βασιλέα. Τούτου ἄναρχος Θεὸς, καὶ Λόγος ἐν ἀγάμῳ κόρῃ σαρκοῦται, καὶ ὥσπερ πυροφόρον τόξον, ἢ ὡς δυναμώτερον ἅπαντα κόσμον φανήσεται, ἁλιεύων τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ ἰχθύα ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς ἀπιστίας, καὶ ἀγνωσίας, οὕστινας προσάξει τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ δῶρον. Μαρία δὲ τὸ ὄνομα αὐτῆς. Καὶ τοῦτο μὲν προφητεύων ὁ Ἀπόλλων εἶπε. Τίτων ἔφη· Ἦξα ἡ ἀνίσχουσα ἡμῖν μέλλων τὸν οὐράνιον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς παῖδα ἡ ἄνανδρος κόρη κύει. Βίας εἶπεν· Οὗτός ἐστιν ἀπὸ δύρανῶν βεβηκὼς, φλογὸς ὑποβαλὼν ἀθάνατον πῦρ· ὃν τρέμει οὐρανὸς, γῆ τε, θάλασσα, τάρταροι, καὶ βύθιοι δαίμονες, αὐτοπάτωρ τρισόλβιος Σόλων εἶπεν· Ὀψέ ποτε ἐπὶ τὴν σχεδὴν ταύτην ἐλάσει Θεὸς γαῖα, καὶ δίχα σφάλματος σὰρξ γενήσεται ἀκαμάτου θεότητος, ἀνιάτων παθῶν λύσεις φοροῦσα, καὶ τούτου μικρὸν γενήσεται φθόνου λαοῦ, καὶ πρὸς ὕψος κρεμασθεὶς, ὡς θανάτου κατάδικος, εἰς πάντα πρᾶος πεσεῖται. Χείλων εἶπεν· Ἀκάματος φύσις Θεοῦ γενήσεται, ἐξ αὐτοῦ δὲ ὁ αὐτὸς οὐσία, καὶ Λόγος. Θουκήδης εἶπε· Θεὸν σέβου καὶ μάνθανε· μὴ ζήτει δὲ τίς ἐστι, καὶ πῶς ; Οὐ γάρ ἐστιν ὅτε οὐκ ἔστιν, ὡς ὄντα τοῦτον σέβου καὶ μάνθανε· ἀσεβὴς γὰρ τὸν νοῦν ὁ θέλων μανθάνειν Θεόν. Μένανδρος εἶπεν· Ὁ παλαιὸς νέος, καὶ ὁ νέος ἀρχαῖος· ὁ Πατὴρ μόνος, καὶ ὁ μόνος Πατήρ· τὸ ἓν τρία, καὶ τὰ τρία ἕν· ἄσαρκον σαρκικόν. Γῆ τέτοκε τὸν οὐρανιον βάσιλέα. Πλάτων εἶπεν. Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἀγαθὸς, οὐ πάντων εἶναι αἴτιος, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσι. Πολλῶν δὲ ἀναίτιος· καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδὲν ἄλλο φαμὲν αἴτιον εἶναι μόνον τῶν καλῶν κακῶν δὲ οὐκέτι. Αὖ πάλιν ἔφησαν οὗτοι οἱ ἑπτὰ καὶ εἶπον· Εἰ μὲν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας, καὶ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Ἄλλος δέ τις τῶν Ἑλλήνων σοφὸς μεθ' ἑτέρων τινῶν, Ἀσκληπιὸς λεγόμενος, αἰτησάντων ἑρμηνείαν τῶν πάντων φιλασόφων φιλοσοφώτερον δοῦναι αὐταῖς λόγον περὶ Θεοῦ φύσεως· ὁ δὲ Ἑρμῆς λαβὼν σιφέριον ἔγραψεν οὕτως· Εἰ μὴ πρόνοιά τις τοῦ τῶν πάντων Κυρίου, οὐ μὴν τὸν λόγον τοῦτον ἀποκαλύψαι ἠβούλοντο· οὐδὲ ἡμᾶς τοιούτοις ἔργοις κατεῖχεν, ἵνα περὶ τούτων ἐρωτήσηται. Οὐ γὰρ ἐφικτόν ἐστιν εἰς ἀμυήτους τοιαῦτα παρασχέσθαι μυστήρια· ἀλλὰ τῷ νοῒ ἀκουσάντων ἀκούσατε. Ἓν μόνον ἦν· φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν αὐτὰ ἕνωσις ἐκ τοῦ νοῦ φωτὶ, καὶ πνεύματι. Τὰ πάντα ἐξ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν, εἰς γόνιμον ἐκ γονίμου, κατελθὼν ἐπὶ γονίμῳ ὕδατι ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησεν. Οἶδας πῶς οἱ τῶν Ἑλλήνων παῖδες προεφήτευσαν, καὶ τὸν προάναργον Θεὸν, καὶ τὸν συνάναρχον

li, dixerunt : Vaticinare nobis, o propheta, o Apollo. Quis est hic, dic, cujus est altare cui tu astas? Tum Apollo ait : Quæ quidem ad virtutem et decorem spectant, quæque vos facere pertimescitis, facite tamen. Ego namque mando ter unum superne regnantem, cujus verbum non vocale, in puella inclusus erit, qui quasi arcus ignita mittens tela, totum mundum captum Patri in donum offeret. Maria autem est puellæ nomen. Prophetiæ vero hæc est explicatio.... de templo primus sermo intelligitur. Quæcumque, ait, ad templi ornatum et decorem præstare poteritis, Deo et hominibus placita erunt. Ego namque arbitror esse in cœlo, in tribus hypostasibus magnum altissimum Regem. Hujus (filius) expers initii Deus et Verbum, innupta in virgine incarnatur, et quasi arcus ignita mittens tela, seu ut quidpiam eo validius, totum mundum piscabitur, homines scilicet quasi pisces ex profundo indifidelitatis et ignorantiæ extrahet, quos Patri in donum offeret. Maria autem nomen ejus erit. Et hæc quidem vaticinando dixit Apollo. Titon dixit.... Cœlestem Dei et Patris **528** Filium viri expers puella in utero gestat. Bias inquit : Hic est qui de cœlo venit, quique flammantem æternum ignem submittet : quem tremunt cœlum, terra, mare, tartari, et in profundo demersi dæmones, imperator felicissimus. Solon ait : Vel sero tandem in hac navicula ad terram appellet Deus, et absque peccato fiet caro infatigabilis deitatis, quæ insanabilibus morbis medelam allatura est. Hic ad tantillum temporis spatium, populi invidiæ subjicietur. In altum suspensus, quasi ad mortem damnatus, erga omnia mansuetus cadet. Chilon inquit : Infatigabilis erit Dei natura, ex ipso autem est qui substantia est atque Verbum. Thucydides ait : Deum venerare, ac disci to illum : ne tamen quæras quis aut quomodo sit. Non enim est tempus quo ille non sit, ut exsistentem cole, atque ita edisce illum. Impius namque mente est, qui velit ediscere quid sit Deus. Menander ait : Antiquus novus, et novus antiquus : Pater solus et solus Pater : Unum tria et tria unum : carnis expers carnale. Terra peperit cœlestem regem. Plato dixit : Quoniam bonus est Deus, non omnium esse causa potest. Multorum non est ille causa. Et bonorum quidem nulla alia causa potest esse : malorum non item. Rursum ii septem dixere, ita quidem de Christi œconomia, et de Trinitate (dictum sit). Alius porro Græcorum fuit, vir sapiens, Æsculapius nomine, cum quibusdam aliis : philosophisque omnibus interpretationem aliquam postulantibus, atque de Deo reconditioris philosophiæ verba audire cupientibus; accepto Mercurius calamo, hæc scripsit : Nisi providentia quædam esset omnium Domini, nunquam hujusmodi sermonem revelare vellent, neque nos ille in ejusmodi operibus detineret, ut de his quæstiones haberentur. Neque enim viris

non in iitiatis inpossibile est ejusmodi tradi mysteria,sed audite,ac mente attenti estote.Unum solum erat. Lux spiritualis ante lucem spiritualem : erantque illa, conjunctio mentis cum luce et cum Spiritu. Omnia ex ipso et in ipsum, in prolificum ex prolifico. Descendens in prolificam aquam, prægnantem effecit aquam. Viden' quo pacto Græci prophetavere, ac eum qui ante omne principium erat, quique una cum illo expers principii est, Filium et Verbum : necnon ejusdem throni participem et consubstantialem Spiritum, itemque venerandam crucis passionem prænuntiarunt. Ipsi gloria et imperium, cum Patre principio carente, et sanctissimo Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

A αὐτοῦ Υἱὸν, καὶ Λόγον, καὶ τὸ σύνθρονον αὐτοῦ καὶ ὁμοούσιον Πνεῦμα προεκήρυξαν, καὶ τὰ τίμια τοῦ σταυροῦ πάθη προεκήρυξαν· αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN TRACTATUM DE CORPORE ET ANIMA MONITUM.

En tibi, Lector erudite, eum sistimus tractatum, quem memoravit Gerardus Vossius in Gregorii Thaumaturgi editione Parisiensi anno 1622, p. 120. Ubi ait ille, exstare Græce Romæ in bibliotheca Sfortiana num. 77, pulchram sancti Athanasii episcopi Alexandrini tractationem, de natura corporis et animæ, et de separatione animæ a corpore. At vereor ut vir eruditus æquus hac in parte rerum æstimator deprehendatur. Tametsi namque quædam hic sunt, quæ non abs re dicuntur, alia tamen sunt futilia et Athanasio magno indigna, cujusmodi est frigida illa animæ definitio, et similia quæ tute advertas. Unde porro jam prodeat hoc opusculum, ex hisce Joannis Guilloti nostri verbis accipe, qui sua manu exscripsit, nobisque transmisit. Ex cod. Græco bibliothecæ Vaticanæ, num. 700, in charta papygracea, videtur habere 400 annos. Est eleganti manu, sed minusculis litteris exaratus. Est collectio diversorum operum, et fragmentorum SS. Patrum. Continet inter cætera sequens opusculum.

—

529 ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΣΩΜΑΤΟΣ ΚΑΙ ΨΥΧΗΣ

—

S. P. N. ATHANASII

DE CORPORE ET ANIMA.

—

Exploratum est corpus constitutionem suam accipere ex elementis, pariterque dissolutionem. Quamobrem corpora sive hominum sive cæterorum animantium facile corrumpuntur ac moriuntur, cum ex quatuor elementis sint composita, nempe terra, sole, aqua et aere, quæ et ipsa nec senio, nec marcore libera manent,quemadmodum et corpora,cum corpora omnia ex terra sint facta. Res autem simplices nec compositæ facile perseverant, et usque ad consummationem indissolutæ manent : qualia sunt, sol, hominis anima, lux, luminaria, aer, aqua ignis, spiritus, omnia demum simplicia. De anima vero hæc dicimus:quod scilicet in illa sint quinque passiones ; quæ passiones animales vocantur. Sunt autem illæ : Ira, tristitia, timor, sollicitudo, invidia.Qui vero sagaci instructus est cogitatione,omnibus potest imperare. Anima vero, secundum se exsistit quasi ignis ardens.Quemadmodum ignis ea quæ in lebetem conjiciuntur concoquit; ita et ignea anima cibos in ventrem immissos comminuit et consumit.Etiamsi porro ψυχή seu *anima* nuncupatur, non ita tamen vocatur, quod sit ψυχρά seu *fri-*

B Σῶμα τῷ ἔχοντι τὴν σύνθεσιν ἐκ τῶν στοιχείων δέχεται, καὶ διάλυσιν, καὶ ἀφανίζεται. Διὰ τοῦτο τὰ σώματα, καὶ ἀνθρώπων, καὶ ζώων, εὔφθαρτά τε καὶ εὔθνητα τυγχάνουσιν, ἐκ τεσσάρων στοιχείων συνιστάμενα, λέγω δὴ, γῆς, ἡλίου, ὕδατος, καὶ ἀέρος, καὶ αὐτὰ οὐκ ἀγήρατα, οὐκ ἀμάραντα ὡς τὰ σώματα μένει, ἀλλὰ θνήσκει καθὰ καὶ τὰ σώματα, ποιηθέντων πάντων σωμάτων ἐκ γῆς. Τὰ δὲ ἁπλᾶ καὶ ἀσύνθετα τῶν πραγμάτων εὐδιάμονα, καὶ ἕως τῆς συντελείας ἀκατάλυτα μένει· οἷον ὁ ἥλιος, ψυχὴ ἀνθρώπου, φῶς, φωστῆρες, ἀὴρ, ὕδατα, πῦρ, πνεῦμα, καὶ πάντα τὰ ἁπλᾶ, καὶ ἐν ἰδίᾳ. Περὶ δὲ ψυχῆς λέγομεν οὕτως· ὅτι εἰσὶ πέντε πάθη ἐν αὐτῇ, ἅτινα ψυχικὰ πάθη καλοῦνται. Εἰσὶ δὲ ταῦτα· ὀργὴ, λύπη, φόβος, φροντὶς, καὶ φθόνος. Ὁ οὖν φρόνιμον ἔχων τὸν λογισμὸν, C δύναται πάντα κρατεῖν. Ἡ δὲ ψυχὴ ὑπάρχει καθ' ἑαυτὴς, ὡς πῦρ καιόμενον. Ὥσπερ τὸ πῦρ τὰ βαλλόμενα εἰς τὸν λέβητα ἕψει, οὕτω καὶ ἡ πυρώδης ψυχὴ τὰ παραπεμπόμενα σῖτα τῇ κοιλίᾳ λεπτύνει, καὶ δαπανᾷ. Κἂν δὲ ψυχὴ λέγεται, οὐ λέγεται διὰ τὸ οὕτως εἶναι ψυχρὰν τὴν οὐσίαν, ὥς τινες τῶν ἁπλουστέρων διενόησαν· ἀλλὰ διὰ τὸ ἐκ πολλῆς θερμό-

τητος ἀναξηραίνειν αὐτὴν τὰ ὑγρὰ, ὡς ἔστι πληροφορηθῆναι, καὶ ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἡλίου· ὧν γὰρ πυρώδης, καὶ θερμώδης πηλὸν ξηραίνει, καὶ πάνυγρον ἀνιμᾶται. Ὅτι δὲ ἡ ψυχὴ θερμή ἐστι κατὰ φύσιν, πείθου τοιγαροῦν ἐκ τῶν ἀποθνησκόντων· ᾗ γὰρ ὥρᾳ ἡ ψυχὴ χωρίσθη· ἀπὸ τοῦ σώματος, πάντα τὰ μέλη εὑρίσκονται κρυσταλλώδη, καὶ οὐδὲν ἧττον πάθοις χειμερίου. Ἕως γὰρ ἔχει ἡ ψυχὴ τὴν τροφὴν εἰς ἀφθονίαν, τὸ σῶμα θάλλει, καὶ ἀνδαίνεται· ὁπόταν δὲ ἀπορήσῃ σιτίων, αὐτὸ τὸ σῶμα ἀντὶ τροφῆς ἀντέχει πρὸς τὴν θερμότητα τῆς ψυχῆς. Ὥσπερ οὔτε ἀγγεῖον χαλκοῦν, ἤτοι λέβης ἐπὶ κλιβάνου, οὐ δύναται ἄνευ ὕδατος φέρειν τὴν σφοδρότητα τοῦ πυρὸς, ἐκφρύγεται γὰρ καὶ διαλύεται τέλειον· οὕτω καὶ ὁ λέβης τοῦ σώματος, μὴ ἔχων τὴν τροφὴν, παρὰ τῆς πυρώδους ψυχῆς ὑπολικμούμενος ἀπολείπεται παντάπασιν. Ἂν θέλῃς δοκιμάσαι μαθεῖν παρά τινος, πῶς διάκειται ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι, ἐρώτησον αὐτόν· Εἰπέ μοι, ἐν ὅλῳ τῷ σώματι κατοικεῖ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου, ἢ ἐν ἑνὶ τόπῳ; Καὶ ἐὰν εἴπῃ σοι ὅτι ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, εἰπὲ αὐτῷ· Καὶ πῶς τέμνουσι τὴν χεῖρα, ἢ τὸν πόδα τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οὐ κόπτεται ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ πάλιν ζῇ ὁ ἄνθρωπος καὶ οὐκ ἀποθνήσκει; Εἰ δὲ εἴπῃ σοι, ὅτι ἐν ἑνὶ τόπῳ, εἰπὲ αὐτῷ ὅτι, Καὶ πῶς εἰσι τὰ ἄλλα μέλη τοῦ ἀνθρώπου χωρὶς ψυχῆς; Πᾶν γὰρ τὸ μὴ ἔχον ψυχὴν νεκρόν ἐστι, καὶ οὐκ οἶδα τί λέγεις. Ἐγὼ δὲ εἴπω σοι ἐν ποίῳ τόπῳ, καὶ ποίῳ τρόπῳ, καὶ τοῦ ἀναπαύεται ἡ ψυχή· ἐν τρισὶ τόποις ἀναγκαίοις τοῦ σώματός ἐστιν ἐνιδρυμένη· καὶ ὥσπερ ἡ ἀκτὶς τοῦ ἡλίου ἀεὶ ἕνα τόπον χωρεῖ, καὶ εἰσέρχεται τὸν οἶκον, φωτίζει δὲ πάντα τὸν οἶκον, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἐν τρισὶ τόποις τοῦ σώματος κατοικοῦσα φῶτίζει τὸν οἶκον ὅλον τοῦ σώματος. Κατοικεῖ δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ, τῷ ὄπισθεν μέρει τῆς κεφαλῆς, ὅπερ κότυλον ὀνομάζουσι, καὶ ἐν ταῖς βασιλικαῖς φλέβαις. Ἐν τούτοις τοῖς τρισὶ μέρεσι κατοικεῖ ἡ ψυχή. Διὰ τοῦτο ᾗ ὥρᾳ κρουσθῇ ἡ κεφαλὴ, ἢ ἡ καρδία, ἢ ἡ βασιλικὴ φλὲψ ἐκρεύσῃ αἷμα πολὺ, καὶ εὐθὺς χωρίζεται τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, καὶ νεκρὸν τὸ σῶμα εὑρίσκεται. Κατοικοῦσα δὲ ἡ ψυχὴ, ἐν τοῖς τρισὶ μέρεσι, μεταδίδωσι ὅλῳ τῷ σώματι τῆς οἰκείας φωτισμοὺς δυνάμεως.

A *gida*, ut ex simplicioribus quidam arbitrantur; sed quia vehementia caloris humida exsiccat, ut ex solis vi et efficacia compertum est: cum sit enim igneus calidusque, lutum exsiccat, et humiditatis plenum quodlibet in exhalationes solvit. Quod autem anima sit natura sua calida; id sane mortuorum exemplum tibi persuadeat: qua enim hora a corpore anima separata est, omnia membra congelata deprehenduntur; nihilo minus quam quis hieme patiatur. Quandiu enim anima cibum copiose recipit, viget corpus ac vegetum est; ubi vero alimento privatur, ipsum corpus cibi loco obsistit animæ calori. Quemadmodum vas æneum, seu lebes in clibano, non potest sine aqua ferre ignis vehementiam; torretur enim ac prorsus dissolvitur; eodem quoque modo corporis lebes, si caret alimento, B ab ignea anima prorsus tabefactus omnino deficit. Si cupias ab aliquo ediscere qui se habeat anima in corpore, sic interrogato illum. Dic mihi, in tetone corpore habitat anima hominis, an aliquo in loco? Quod si dixerit tibi: In toto corpore, dic illi: Et qui fit, ut abscissa manu vel pede hominis, non secetur anima, sed adhuc homo vivat, nec moriatur? Sin dixerit tibi: In uno loco: repone illi: Quomodo ergo subsistunt alia omnia membra? Quidquid enim anima caret, mortuum est, nec scio quid dicere velis. Ergo autem dico tibi, quo loco, qua ratione, et ubi requiescat anima: tribus in locis corporis firma consistit; ac quemadmodum radius solis in unum semper domus locum concedit et ingreditur, illuminatque totam domum; ita et C anima tribus in locis corporis habitans, totam corporis domum collustrat. Habitat porro in corde, in posteriore capitis parte, quam cotylum vocant, et in basilicis seu regiis venis. In hisce tribus partibus habitat anima. Quamobrem qua hora percutitur caput, aut cor, aut ex basilica vena emanat copiose sanguis, statim a corpore anima separatur, ac mortuum corpus invenitur. Anima porro in tribus hisce partibus habitans toti corpori propriæ virtutis illustrationem dispensat.

---

530 IN LIBROS DE TRINITATE

« Multa de hisce libris occurrunt investiganda : nam ut incertus auctor, sic varia eorum forma, diversa omnino operis totius distributio : nec minoris est operæ primigenium et nativum assignare ordinem, quam qui sit antiqui hujusce fœtus pater indicare. In manuscriptis sane omnibus, ut et in editis quos inspicere licuit, opus Athanasio ascribitur. At non par ubique librorum numerus. Discrimen totum ut lectori exhibeamus, qui in manuscriptis, quique in editis sit operis status, quæ conditio, jam enarremus. In manuscripto itaque nostro Sangermanensi, n. 724, sexcentorum circiter annorum, hoc præmisso titulo : » Incipit liber sancti Athanasii episcopi De sancta Trinitate, « hisce verbis inchoatur : » Tu unus Deus Pater, et unigenitus Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. « Atque hic est liber primus. »

« Ad librum secundum hæc est inscriptio : » Incipit liber secundus, De propriis personis, et de unito nomine divinitatis. « Postea sic exordium habet : » Interrogatio. Nunc per singula nomina personarum, ut nomen deitatis mihi exponas postulo.

« Ad librum tertium : » Incipit liber III, De assumptione hominis. « Cujus initium : » Quemadmodum una deitate, eamdemque unam æqualitatem confiteris Filium esse.

« Ad quartum librum : » Incipit liber quartus, De singulis nominibus, adversus novellam hæresim

Potentini. « Cujus principium est : » Interr. Hic jam de singulis nominibus atque personis identidem refers mihi.

« Ad quintum : » Incipit liber quintus, De unita ac sempiterna substantia Trinitatis. « Principium sic habet : » Interr. Hic contradicentis persona est Ariomanitarum. Cur connexus es sempiternum, etc.

« Ad sextum : « Incipit liber sextus. De beatitudine fidei, et præscriptione sectæ pessimæ. « Cujus initium : » Interrog. Posco a te de unito deitatis nomine multifarie dictum, ut identidem repetas.

« Ad septimum : » Incipit liber septimus, De professione Regulæ catholicæ cum increpatione hæreticorum. « Cujus initium : » Propter quod impensissime obsecro tuam sublimitatis gloriam, ut elonges a sensibus nostris.

« Ad octavum : » Incipit liber octavus, De Fidei unitate. « Cujus principium est : » Fidei unius substantiæ Trinitatis, hoc est, Patris et Filii et sancti Spiritus.

« Octavus porro liber in hæc verba desinit : » Corona autem capitis continet purpuram et hominem ; unum imperium virtutis ostendit : sic Pater in Filio et Filius in Patre : Spiritus autem sanctus conjunctio, deitas (Reg. deitatis) virtus et unitas Trinitatis. « Postea hæc leguntur : » Explicit liber octavus Dei Patris et Filii et Spiritus sancti, Athanasii episcopi. Hos libellos VIII transcripsi, qui multa addita et immutata continent. Incipit libellus fidei, Patris et Filii et Spiritus sancti, Athanasii episcopi. « Postea sic incipitur : » Cum legeris per hanc fidem, moneo ut mei memor sis in orationibus tuis. Ne forsitan negligenter quisquam hoc obtrectator contingat, quia scriptum est : « Ne projiciatis margaritas ante porcos [52]. » Credo in Deum Patrem omnipotentem, et in unigenitum, etc. « Post eam fidei confessionem hæc subsequuntur : » Explicit Expositio fidei, incipit ejusdem de Trinitate et de Spiritu sancto. « Initium porro sic habet : » His qui Filium Dei creatum esse profitentur, nequaquam de Spiritu sancto dabimus responsum, etc. « Post huncce librum superioribus prolixiorem, legitur : » Sancti Athanasii episcopi de Trinitate liber explicit. Incipit Altercatio S. Athanasii episcopi contra Arium, Sabellium vel Photinum hæreticos. « Quod opus post libros de Trinitate a nobis codicum vestigio hærentibus reponetur.

« In codice Reg. 3624, idem ordo servatur. In fine porro octo librorum sic legitur : » Explicit liber octavus Fidei Patris et Filii et Spiritus sancti, Athanasii episcopi. « Deinde ita habet : » Expositio fidei catholicæ. Credo in Deum, etc., « uti supra. Reliqua eodem quo Sangermanensis codex ordine. »

« In editione operum Athanasii anno 1556, Basileæ, et in Commeliniana, septem tantum priores libri comparent, omissis iis omnibus quæ post libros de Trinitate in manuscriptis leguntur. »

« In editione autem Parisiensi Græco-Latina, undecim libri habentur : nimirum præmissis septem libris, ut exstant in Commeliniana editione,octavus sic inscribitur :» De Ariana et catholica confessione ad Theophilum. « Cujus initium : » Ariani dicunt,Filium Dei non de substantia Dei Patris genitum, sed extrinsecus creatum : « qui liber non est in manuscriptis nostris, nec qui mox sequitur. Nonus : » De Fide sua ad Theophilum, cujus initium : » Credere jubemur in Dei Patris omnipotentiam, et Filii ejus Jesu Christi. « Decimus, » De unitate Fidei ad Theophilum, « cujus initium, » Fidei unius substantiæ Trinitatis, hoc est, Patris et Filii et Spiritus sancti. « Hic octavus fertur in mss. Undecimus, » De fide unitatis et Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti.« Cujus initium : » Credo in Deum Patrem omnipotentem, et in unigenitum, etc. « Hæc est Fidei confessio quæ in mss. subsequitur post octo libros de Trinitate ad Theophilum. Huic confessioni consequenter adjungitur liber ille sat prolixus qui in manuscriptis sequitur post Fidei confessionem, hisque verbis inchoatur : » His qui Filium Dei creatum esse profitentur nequaquam de Spiritu sancto.

« Petrus Franciscus Chiffletius e Societate Jesu, qui Victoris Vitensis et Vigilii Tapsensis opera edenda curavit anno 1664, hos » de Trinitate « libros Vigilii nomine edidit : jure an injuria ei ascripserit mox expendemus. Jam ordinem quod spectat, octo priores libros ut in manuscriptis digesti habentur, recensuit. Nonus autem est, » Libellus Fidei, « cujus initium :» Credo in Deum Patrem omnipotentem, « illa scilicet Fidei confessio superius memorata. Decimus,» Expositio fidei catholicæ,« cujus initium : » Credere jubemur in Dei Patris omnipotentiam. « Qui liber nonus fertur in editione Paris. Undecimus, » Professio Ariana, et confessio catholica sancti Athanasii,« cujus initium :» Ariani dicunt Filium Dei non de substantia Patris genitum.« Estque liber octavus in edit.Paris. Duodecimus,» De Trinitate,et de Spiritu sancto,« cujus principium est :» His qui Filium Dei creatum esse profitentur,nequaquam,etc.,« qui liber in edit. Paris. consequenter ponitur post fidei confessionem sub uno uterque titulo. Ex hisce porro liquidum est quam multis varietatibus mutationibusque obnoxius fuerit horumce librorum ordo atque numerus.Nec minores in contextum invectæ sunt mutationes et additiones,ut monuit nostri codicis exscriptor, quæ tamen in Athanasianis editis non comparent.Ut autem lectori studioso in promptu sit, eas a primigenio contextu discernere, uncinis inclusimus quidquid novi ex mauuscriptis huc transmissum fuit.Ma-

[52] Matth. VII, 6.

nuscriptorum porro sequimur ordinem, ac librorum numerum, qui Hincmari tempore idem fuisse 531 videtur : nam octo libros Athanasium contra Arianos edidisse testatur ille ; totidem scilicet, quot exstant in codicibus nostris manuscriptis. Ac licet ipse librum Athanasii decimum de Trinitate laudet, pag. 497, non eo id agit quod liber ille decimi inscriptionem ferret in codicibus, alias enim sibi ipsi repugnaret Hincmarus, qui octo tantum alibi recensuit ; sed fortassis tractatum illum de Trinitate vocat decimum, quia post octo libellos supradictos dno sequuntur opuscula Athanasii nomine, quorum postremum de Trinitate nuncupatum, decimum potest dici si cum præcedentibus numeretur. Illa autem postrema duo opuscula, ut nemo non videt, alius sunt argumenti ; atque adeo prioribus libris minime annumeranda ; ut nec duo alii libri qui non comparent in manuscriptis nostris, scilicet qui octavus fertur in editione Parisiensi, incipitque ita : » Ariani dicunt Filium Dei ; « item qui nonus ibidem habetur, cujus initium : » Credere jubemur in Dei Patris omnipotentiam. « Quare hosce libros ad calcem octo priorum rejiciendos censuimus. De scriptore porro horumce operum variæ sunt opiniones : et primum inter omnes convenit non esse Athanasii, quod utique propalam est ex multis loquendi generibus Athanasio minime familiaribus, tum etiam quod nativus horumce libellorum stylus, Latinus non Græcus videatur, nec a quoquam veterum memoretur Græcum ejusmodi Athanasii opus, cujus item nullum vestigium exstat in Græcis Athanasii operum codicibus. Id igitur pro comperto habetur, Athanasii non esse hos libellos. Vigilio Tapsensi ascribunt viri clarissimi, Sirmondus, Labbeus, et Chiffletius, qui postremus duodecim libros de Trinitate Vigilii nomine edidit anno 1664, ac eidem his vindicat de causis. 1° Quod opus illud in codicibus manuscriptis jungatur cum » Altercatione contra Arium, Sabellium vel Photinum hæreticos, « quod opus constat esse Vigilii. 2° Quod in præfatione libri contra Marivadum, Idatius Clarus, seu, ut opinatur Chiffletius, ipse Vigilius larvatus, sese prodat hujusce operis auctorem, hisce verbis : » Dudum, dilectissimi fratres, in Neapoli urbe Campaniæ constitutus, cujusdam Varimadi Arianæ sectæ diaconi propositionibus, a quodam studioso ac religiosissimo viro mihi oblatis, rustico quidem sermone respondens, in uno corpore simul libellos de unitate Trinitatis digessi. « At primum quod affertur leve admodum est ; licet enim in codicibus jungantur hi libri cum » Altercatione contra Arium, Sabellium et Photinum, « nequaquam hinc conficitur utrumque opus ejusdem esse scriptoris ; librarii enim complura in eodem codice etiam disparata opera compingere solent, multoque libentius ea copulant quæ ejusdem scriptoris nomen proferunt, quod hic sane contigit.

Testimonium Idatii quod spectat, sane apertum illud indubitatumque videtur, et fortasse vel solum esset ad Chiffletii sententiam firmandam satis, si perinde exploratum esset, eumdem esse Idatium illum cujus nomen in quibusdam manuscriptis præmittitur, atque Vigilium ; seu potius Vigilium Idatii nomen affectasse. At res minime vacat difficultate. Quæ pro Vigitio afferuntur hæc sunt : In subsequenti » Altercatione adversus Arium, Sabellium et Photinum, « Vigilius illius operis, ut putatur, auctor, hoc scribit t. II, *n.* 45 : » Audiamus autem et beatissimum Paulum, de hoc eodem mysterio apertius disserentem, et tres unum Deum confirmantem ; sicut in libro quem adversus Maribadum, nefandæ hæreseos vestræ diaconum edidimus, plenissime constat expressum ; de quo nunc in hoc loco perpauca interserimus. Dum ergo ille objiceret, quod unio excludat æqualitatis Trinitatem, et æqualitas repellat unionem, inter alia multa hoc ego retuli. Audi, inquam, Apostolum hanc Trinitatis unionem calcatius prædicantem, etc. « Totum ibi locum affert qui n. 45 comprehenditur, ubi quatuor afferuntur ex Pauli Epistolis sententiæ. Putat igitur Chiffetius, Maribadum hic memoratum, illum ipsum esse qui Varimadus vocatur ; cui haud illibenter assentimur, proclivis enim admodum levis illa litterarum commutatio ; cum maxime certum sit alias cum Maribadum illum, tum Varimadum celebrem quemdam fuisse Arianum diaconum, qui contra veram de Trinitate fidem scripsit. Ea igitur in re Chiffletio minime repugnamus. At non æque compertum est, librum » contra Maribadum « superiore loco laudatum, eum ipsum esse tractatum qui inscribitur Idatii Clari » contra Varimadum, « locus quippe ille sat prolixus qui in altercatione contra Arium ex libro » contra Maribadum « affertur, nequaquam exstat in tribus Idatii contra Varimadum « libris. Nec audiendus laudatus vir Chiffletius, qui ut totum illud fragmentum superius allatum, in libris Vigilii reperiat, sententias et Paulina loca hinc inde corradit : imo ex duodecimo » De Trinitate « libro totum initium collegit, qui tamen liber nuspiam inscriptus est » contra Varivadum « vel » Marivadum, « ut nec cæteri de Trinitate libri. Cum igitur locus ille in libris Idatii Clari » adversus Varimadum « minime compareat, consequens plane fuerit librum Vigilii » adversus Maribadum, « ex quo ipse superiorem excerpsit locum, diversum esse a tribus illis Idatii Clari libris. Vir clarissimus Anthelmius erudite isthæc ac fuse persequitur in sua de Symbolo Athanasiano disquisitione, ui lectore m remittimus : nobis enim non licet esse tam prolixis. Hæc tamen, ni fallor, satis erunt, ut liquido constet immerito ascribi libros Idatii Clari Vigilio Tapsensi Afro. Cum igitur Idatio adjudicandi videantur libri tres » contra Varimadum, hinc consequitur libellos de trinitate quos a se digestos memorat Idatius in iisdem » contra Varimadum « libris, ejusdem Idatii, non Vigilii esse. Quia tamen in omnibus codicibus nomen præfertur Athanasii et fortassis ipso scriptoris consilio, nobis religio fuit Athanasii expungere nomen, quod scriptor ipse præmissum voluit. »

« Quis porro sit Idatius iste minime constat. Duo quidem memorantur Idatii scriptores, ambo Hispani ; alter cognomine Clarus, qui adversus Priscillianum scripsit, ac Theodosio seniore et Valentiniano imperantibus diem clausit extremum, teste Isidoro cap. 2. Alter est Idatius provinciæ Gallæciæ episcopus, » Chronicorum « scriptor, Lemicensis a Sigeberto vocatus, qui Leone imperante diem obiit. Prior, adversus Marivadum illum diaconum Arianum, qui, ut ait Victor Vitensis, Hunerico regi familiaris fuit, scripsisse nequit ; nec trium » adversus Varimadum « librorum auctor erit ; si tamen idem ipse sit Maribadus, qui Varimadus, ut vero satis simile est. Alteri ergo, chronologo scilicet, probabilius ascribuntur : cui Clari fortasse nomen a quopiam librario fuerit adjectum. »

« Cæterum opinamur octo tantum priores libros ad Idatium pertinere ; nam sequentia opuscula, quo scriptore prodierint ignoratur ; etenim cui sint ascribenda nullus codex, nullus scriptor qui in manus inciderit nostras, indicat. Sed liber qui postremus in manuscriptis et in prius editis habetur, hoc titulo : « De Trinitate et de Spiritu sancto, « et hisce verbis inchoatur : » His qui Filium Dei creatum esse profitentur, « nobis videtur Athanasii esse, apprime enim convenit cum aliis πολεμικοῖς sive stylum spectes sive argumenta : quare inter germana Athanasii opera tomo primo cusus fuit, ubi de illo fusius. »

—

DE SANCTA TRINITATE

LIBRI XI.

(Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. LXII, col. 237-307, in Vigilio Tapsensi.)

IN DISPUTATIONEM S. ATHANASII CONTRA ARIUM ADMONITIO.

Vigilio Tapsensi hoc opus jamdiu vindicavit Georgius Cassander in edit. Colon. anno 1555, *et post eum druditus vir Chiffletius, ex aperto scilicet ipsius Vigilii testimonio, qui in libro* v adversus Eutychem, *cap.* 2 *hæc habet* : Et quanquam, *inquit*, de conciliorum diversis sanctionibus, et nominum religiose additis novitatibus, plenissime in eis libris, quos adversus Sabellium, Photinum, et Arium, sub nomine Athanasii tanquam si præsentes cum præsentibus agerent, ubi etiam cognitoris persona videtur inducta, conscripsimus, etc. *Hujusce vero operis duæ sunt nec modicum inter se discrepantes formæ. Prior quæ in rius editis Athanasii comparet, altercationem refert Athanasium inter et Arium solum : posterior priore longe auctior a Chiffletio edita disputationi interserit Sabellium et Photinum ; in fine adjicit sententiam judicis Probi. Ambas illas integras reddere visum fuit. Putat Chiffletius, priorem a Vigilio, tum editam fuisse cum adhuc Vandalorum jugo premeretur, adeoque ejus auctor agnosci nollet ; posteriorem vero, cum extra eorum potestatem esset : quippe in qua se et Athanasii personam ementitum esse, et Maribadum ac Palladium Arianos scriptis libris confutasse palam profitetur. Sed palam est hæc conjectando tantum dici. Nec quæ causa sit tantæ inter utramque formam varietatis, satis compertum habetur.*

—

DISPUTATIO ATHANASII CUM ARIO

CORAM PROBO JUDICE.

(Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. LXII, col. 155, in Vigilio Tapsensi.)

—

ALTERCATIO S. ATHANASII

Contra Arium, Sabellium vel Photinum hæreticos.

(Vide ibid., col. 179.)

—

IN SEQUENTES EPISTOLAS MONITUM.

532-597 « En tibi, Lector erudite, sistimus epistolas variorum pontificum ad Athanasium, et vicissim Athanasii ad pontifices, ab otiosis hominibus conscriptas. Duæ priores Græce jamdiu exstant in codicibus Athanasianis, iisque perantiquis, suntque imperiti Græculi opus : nam quæ de Trinitate istic prædicantur, ἀτύστατα plerumque sunt, et ab usitatis Athanasio loquendi formulis prorsus aliena. Prior epistola Liberii ad Athanasium, mutila videtur initio, ut indicat codex Seguerianus, qui habet ad marginem, ζήτει ἀρχήν, *quære initium*. Secunda quæ est Athanasii ad Liberium, nullam præfert epistolæ formam, sed est ceu inepta quædam, et admodum implicata fidei expositio. Estque utrumque opusculum, ut ex verbis conjectare licet, ab eodem scriptore exaratum. Nemo autem, ut opinor, vel tantillum peritus, hæc aut Liberio, aut Athanasio adjudicaturus est. Nam præter styli discrepantiam plane conspicuam, non levis est illud momenti, quod in tanta rerum ecclesiasticarum perturbatione, quanta ineunte Liberio pontificatum, in toto Christiano orbe versabatur; nec de temporum conditione, nec de controversiis Catholicos inter et Arianos, quibus Oriens pariter et Occidens eo tempore conflagrabant, ullam faciant mentionem. In his etiam hæc formula usu venit : Patrem, Filium et Spiritum sanctum, unum esse ὑποστάσει, quæ licet Athanasii tempore nondum proscripta esset, a sancto tamen doctore nunquam usurpatur. Eam nihilominus in confesso esse, ac inter veræ fidei clausulas locum habere, statuere videtur qui ementito Liberii et Athanasii nomine has edidit epistolas.

« Reliquas autem epistolas, quæ Latine postea subsequuntur, hæsimus aliquando dubii, an ederemus, necne : quia nimirum, exceptis prioribus duabus, aliæ omnes a Commelinianis et Parisiensibus, quod nullius pretii, ac ne memorandæ quidem videantur, prætermittuntur. Et sane commentis sunt et mendaciis respersæ, exque variis locis consarcinatæ, ut ne umbram quidem γνησιότητος referant. Verum ne quid in nostra editione lector vel ex spuriis desideraret, visum est eas denuo publicare.

« Ut autem primo conspectu advertet eruditus lector, non sunt isthæc nisi laciniæ, ex *Historia Tripartita*, ex multis synodalibus epistolis, et decretis conciliorum, hinc inde excerptæ, et a falsario quodam consarcinatæ, qui ut fucum legentibus faceret, nomina persæpe propria immutavit, annos arbitratu suo, et consules ascripsit. Ad marginem nos undenam laciniæ ejusmodi prodeant, pro facultate significavimus.

—

ATHANASII ET QUORUMDAM ROMANORUM PONTIFICUM EPISTOLÆ.

Διβερίου, ἐπισκόπου Ῥώμης, ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀθανάσιον, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἔλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος.

A *Liberii, episcopi Romæ, epistola ad Athanasium episcopum Alexandriæ. Quod Deus Verbum, perfectum hominem assumpserit.*

Ἔστιν οὖν ἡμῖν ἡ ὁμολογία, ἐπιπόθητέ μοι Ἀθανάσιε, Λόγος Θεοῦ, Υἱὸς κατὰ φύσιν, ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γεννηθείς, οὐ κτισθείς, ἀλλ' ἀεὶ ὢν συνάναρχος τῷ Θεῷ καὶ Πατρί, καὶ ἀκαταπαύστως τὸ βασίλειον ἔχων εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἀληθῶς ἐν τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν τῇ φύσει (28) Θεὸν, ἀμέριστον ἐκ Θεοῦ κατὰ τὰς ἁγίας Γραφάς· τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸν Πατέρα, καὶ τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸν Υἱὸν, καὶ τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἕκαστον ὄνομα μὴ μεταβαλλόμενον ἐπὶ ἀναθέματι ἐκ τῆς οἰκείας ἐπονομασίας· τοῦ εἶναι τὴν Τριάδα ἀληθῶς Τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι, καὶ ἐν μιᾷ δυνάμει, καὶ ἐν μιᾷ οὐσίᾳ, καὶ ἐν μιᾷ ὑποστάσει. Οὐ γὰρ μερίζεται ὁ Υἱὸς ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῆς πληρούσης τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἔστιν οὖν, καθὼς προεῖπον, ἡ Τριὰς ἐν μιᾷ ὑποστάσει μὴ μεριζομένη, καὶ τῇ οὐσίᾳ ἕν, καὶ τῇ θεότητι ἕν, καὶ τῇ δυνάμει ἕν, καὶ τῇ βασιλείᾳ ἕν, καὶ τῇ δοξολογίᾳ ἕν, καὶ τῇ εἰκόνι ἕν, καὶ τῷ Πνεύματι ἕν· Πνεῦμα γὰρ οὐ μερίζεται. Ἀνάθεμα οὖν λέγω Σαβελλίου τὸ δόγμα καὶ Ἀρείου, καὶ τὰς προαπηγορευμένας αἱρέσεις, εἰς αἰωνίαν κόλασιν, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Ταύτῃ οὖν τῇ ὁμολογίᾳ, ἀδελφὲ Ἀθανάσιε, τῇ οὔσῃ μόνῃ καὶ ἀληθῶς πίστει

Hæc igitur est nostra confessio, optatissime Athanasi, Verbum Dei Filius secundum naturam, ex Deo et Patre genitus, non creatus; sed semper sine initio una cum Deo et Patre, et sine fine imperium habens per infinita sæcula. Amen. Item (credimus) Spiritum sanctum vere ex Deo secundum naturam et natura Deum, indivisum a Deo secundum sacras Scripturas; ita ut sit vere Pater, vere Filius, et vere Spiritus sanctus, vetitumque est sub anathematis pœna quodlibet nomen a propria significatione transferre; ita ut Trinitas sit vere Trinitas in una deitate, in una potestate, in una essentia, et in una substantia. Nequaquam enim dividitur B Filius, neque Spiritus sanctus a paterna substantia, quæ implet cœlum et terram. Est igitur, uti supra dixi, Trinitas in una substantia : estque substantia unum, deitate unum, potestate unum, regno unum, glorificatione unum, imagine unum, Spiritu unum : Spiritus namque non dividitur. Anathema igitur pronuntio in Sabellii et Arii dogma, necnon in antea proscriptas hæreses, ad sempiternum supplicium, juxta Salvatoris vocem. Si igitur, frater Athanasi, in hac confessione, quæ sola et vera fides est in sancta catholica et apostolica Ecclesia, mecum

(28) Ita Seguerianus. In editis, τῇ φύσει deest.

consentis; coram judice Deo et Christo, quæso, mihi rescribas, si perinde atque nos in vera fide sentias; ut confidenter et sine discrimine quæ rogas præstare possim. Illud etiam te non ignorare velim, dilecte, nimirum veritatis filios, impassibilem deitatem confiteri, necnon adventum Verbi et Dei in carne; qui perfectum hominem assumpsit sine peccato, natus ex Spiritu sancto et ex Maria Virgine, secundum Evangelia : in Christo Jesu. Amen.

A ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ εἰ ὁμοφρονεῖς μοι, ὡς ἐπὶ κρίσει Θεοῦ καὶ Χριστοῦ γράψον μοι, εἰ οὕτω φρονεῖς καθὰ καὶ ἡμεῖς, καὶ τὰ ἴσα ἐν τῇ ἀληθινῇ πίστει· ἵνα κἀγὼ πεποιθὼς ὦ, ἀδιακρίτως περὶ ὧν ἀξιοῖς κελεύειν μοι· καὶ τοῦτο δέ σε χρὴ εἰδέναι, ἀγαπητὲ, ὅτι οἱ υἱοὶ τῆς ἀληθείας, ἀπαθῆ τὴν θεότητα ὁμολογοῦσι, καὶ τὴν ἔνσαρκον ἐπιδημίαν τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβε χωρὶς ἁμαρτίας, τὸν γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου (29), καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, κατὰ τὰ Εὐαγγέλια· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

598 *Sancti Patris nostri, Athanasii archiepiscopi Alexandrini, rescriptum ad Liberium, Romæ episcopum. Quod perfectum hominem Deus Verbum assumpserit propter salutem nostram.*

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. ἀντίγραμμα πρὸς Λιβέριον, ἐπίσκοπον Ῥώμης· ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας.

B

Unus Deus immortalis, qui nec videri, nec tangi potest. « Spiritus » enim « est Deus [53]. » Ipse nullo loco potest comprehendi, nec ullus est locus a quo absit. Hujus Verbum immortalis est sapientia, incorruptibilis, invisibilis : Filius primogenitus, operum socius, principio carens, sub tactum non cadens, neque principium habens dierum, neque finem vitæ exspectans : « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [54]. » Ipse est qui hominem efformavit. Hic est qui rationem fabricandæ arcæ monstravit : hic est qui promissionem dedit Abrahæ : hic est qui descendit, ut populum salvum faceret, qui Moysi legem dedit : hic est Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, qui in prophetis locutus est, qui Vetus et Novum Testamentum disposuit, qui in novissimis diebus carnem sumpsit ex Virgine, mortalem, licet non esset ipse mortalis : infirmam, licet non esset ipse infirmus : morti obnoxiam, licet non esset ipse morti obnoxius : visibilem, licet non esset ipse visibilis. Ipsa suspensa est, non autem ille : ipsa sepulta, non ille : ipsa humanas omnes passiones, ut homo sustinuit, non autem ille. Ille autem est virtus Dei, id est Deus. Qui cum ea quæ in in inferno insolubilia erant solvisset, imperiumque diaboli evertisset, ascendit eo unde descenderat, qui corpus suum a morte excitatum, postquam liberasset a morte qua detinebatur, Patri obtulit. In illo Patrem intelligimus. Una enim et ipse res est deitate, virtute, substantia, hypostasi, gloria, Dei appellatione, et in Patre Filium quoque agnoscimus. Hic est qui postquam assumpsisset carnem, Jesus appellatus est, quatenus erat homo; hoc est, assumpsit hominem in seipso, « in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter [55]. » Illum credimus nec a Patre, nec a Spiritu sancto separatum : neque tamen dicimus Patrem descendisse, et in homine fuisse. Ita unus Deus Pater

C

D

Εἷς Θεὸς ἀθάνατος, ἀόρατος, ἀψηλάφητος· « Πνεῦμα » γὰρ « ὁ Θεὸς, » οὗτος ἀχώριστος (30), μὴ ἔχων τόπον ὅπου οὐκ ἔστιν· ὁ τούτου Λόγος, ἀθάνατος σοφία, ἄφθαρτος, ἀόρατος, Υἱὸς πρωτότοκος, συνεργὸς, ἄναρχος, ἀψηλάφητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων, μήτε τέλος ζωῆς προσδοκῶν. « Διὰ τούτου ἐγένετο τὰ πάντα, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. » Αὐτὸς ὁ πλάσας τὸν ἄνθρωπον· οὗτος, ὁ τὴν κιβωτὸν δείξας, πῶς ἵνα γένηται· οὗτος ὁ τὴν ἐπαγγελίαν δοὺς τῷ Ἀβαάμ· οὗτος ὁ καταβὰς ἐπὶ τὸ σῶσαι τὸν λαὸν, ὁ Μωσῇ τὸν νόμον δούς· οὗτος ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακὼβ, ὁ ἐν προφήταις λαλήσας, ὁ διαθέμενος τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Καινὴν Διαθήκην, ὁ (31) ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν σάρκα ἐκ Παρθένου λαβὼν, θνητὴν, οὐκ αὐτὸς ὢν θνητός· ἀσθενῆ, οὐκ αὐτὸς ἀσθενής· ὀφειλομένην θανάτῳ, οὐκ αὐτὸς ὀφειλόμενος· ὁρατὴν, οὐκ αὐτὸς ὁρατός· αὗτη ἐκρεμάσθη, οὐκ αὐτός· αὗτη ἐτάφη, οὐκ αὐτός. αὗτη πάντα τὰ ἀνθρώπινα πάθη ὡς ἄνθρωπος ὑπέμεινεν, οὐκ αὐτός· ἐκεῖνος δὲ δύναμις Θεοῦ, τουτέστι Θεὸς. Ὁ τὰ ἄλυτα τοῦ ᾅδου λύσας, καὶ τὸ κράτος τοῦ διαβόλου καταργήσας, ἀνέβη ὅθεν καὶ κατέβη· ἐγείρας ἐκεῖνο τὸ ταφὲν, προσήνεγκε τῷ Πατρὶ, ἐλευθερώσας οὗ ἐκρατεῖτο θανάτου· ἐν τούτῳ τὸν Πατέρα νοοῦμεν, ἓν γὰρ καὶ τοῦτο τῇ θεότητι, τῇ δυνάμει, τῇ οὐσίᾳ, τῇ ὑποστάσει τῇ δόξῃ, τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸν τὸν Υἱὸν ἐν τῷ Πατρί. Οὗτος ὁ μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν σάρκα Ἰησοῦς κληθεὶς, καθότι καὶ ἄνθρωπος· τουτέστιν, ἀνέλαβεν ἄνθρωπον ἐν ἑαυτῷ, « ἐν ᾧ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος οἰκεῖ σωματικῶς. » Τοῦτον ἔχομεν οὐ διακεχωρισμένον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὐδὲ τὸν Πατέρα λέγοντες καταβεβηκέναι, καὶ ἐν ἀνθρώπῳ γενέσθαι. Οὗτος εἷς Θεὸς Πατὴρ παντοκράτωρ παρ' ἡμῖν πιστεύεται, καὶ διὰ τοῦτο ἡ πίστις ἡμῶν ἐστιν, εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ταῦτα δὲ ἐξ ἑνότητος μιᾶς, δυνάμεως μιᾶς, ὑποστάσεως μιᾶς, οὐ-

[53] Joan. IV, 24. [54] Joan. I, 3. [55] Coloss. II, 9.

(29) Ita Seguerianus. Editi, vere male, ἐκ Πατρός.

(30) Forte ἀχώρητος.

(31) Seguerianus, ἐπ' ἐσχάτου. Editi, ἐπ' ἐσχάτων.

σίας μιᾶς, δοξολογίας μιᾶς, κυριότητος μιᾶς, βασιλείας μιᾶς· εἰκόνος τῆς Τριάδος ὁμοούσιον· « Δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· » οὕτω καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν πιστεύομεν, τουτέστι, τοῦ σώματος ἡμῶν κατὰ τὰς ἁγίας Γραφὰς, τοῦ φθαρτοῦ καὶ θνητοῦ αὐτοῦ μεταβαλλομένου εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἀμήν. A omnipotens a nobis creditur ideoque fides nostra est, in unum Deum Patrem omnipotentem, et in Filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum, et in Spiritum sanctum. Hæc autem ex unitate una, virtute una, substantia una, glorificatione una, dominatione una, regno uno, imaginis Trinitatis consubstantiale : « Per quem omnia facta sunt [56]. » Ita et carnis resurrectionem credimus, hoc est, corporis nostri, secundum sacras Scripturas, commutato eo quod corruptibile et mortale erat, in incorruptibilitatem et immortalitatem, per Deum. Amen.

Incipit Athanasii epistola, et Ægyptiorum pontificum, ad Marcum Papam pro exemplaribus Nicæni concilii, quia Ariani eorum exemplaria incenderant.

Domino sancto, et apostolici culminis venerando, Marco, sanctæ Romanæ et apostolicæ sedis, atque universalis Ecclesiæ papæ, Athanasius et universi Ægyptiorum episcopi.

Ad vos pervenisse non dubitamus, quanta et B qualia ad hæreticis, et maxime ab Arianis, quotidie patimur. Quoniam in tantum ab eis persequimur, ut etiam vivere jam nos tædeat: nam instanti tempore, subito et insperate in nos irruentes, nosque juxta præceptum Domini, qui ait : *Si vos persecuti fuerint in unam civitatem, fugite in aliam* [57]; fugiendo propter cladem populi eos declinantes, nos comprehendere non valuerunt, sed omnia nostra depopulati sunt. In tantum etiam nostro vastaverunt, ut nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaque ornamenta, nec reliqua utensilia nobis dimiserint. Libros **599** vero nostros usque ad minimum incendentes, nec iota unum relinquentes, propter veritatis fidem, Nicænam synodum, qua clerus et populus imbuebatur, et maxime jam imbuti erant, in contumeliam nostram et omnium Christianorum, C incenderunt. Quapropter precamur, Pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Nicæni concilii exemplaria, ut illa nobis, quæ sanctæ recordationis prædecessoris vestri Sylvestri fuerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando prædictæ synodo cum potifice nostro, id est, Alexandrinæ magnæ civitatis episcopo, in diaconatus interfuimus officio, sub nostræ præsentiæ testimonio, per beatos viros, Victorem [Vitionem] et Vincentium presbyteros, apostolicæ sedis apocrisiarios, missa sunt prædicto papæ Sylvestro cum astipulatione subnexa capitulorum septuaginta. Sane præsentibus nobis, octoginta capitula in memorata tractata sunt synodo semel, et quadraginta a Græcis Græca dicta lingua, et quadraginta a Latinis, D similiter dicta Latina lingua. Sed visum est trecentis decem et octo Patribus, sancto Spiritu repletis, in prædicto concilio congregatis, et maxime jam dicto Alexandro, et apostolicæ sedis apocrisiariis, ut decem capitula adunarentur aliis, atque congruis in locis insererentur, et ad formam septuaginta discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum septuaginta, tanti et tam excellentis concilii fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem, et omnes sub sacerdotali nomine, et Christiano degentes, una fides, et una sacerdotatis regeret norma (32), nec quisque a suo dissideret capite. Nunc ergo, quia, ut prædictum est, inimici sanctæ Dei Ecclesiæ, et maxime Ariani, a quibus quotidie expugnamur et opprimimur, præfata septuaginta Nicæni concilii capitula quæ de præfata synodo jam facta, jubente Domino meo Alexandro, omnium episcoporum decreto attuli, quæ etiam coram omnibus recitavi atque transcripsi, sunt igne combusta; optamus ut a vestræ sanctæ sedis Ecclesiæ autoritate, quæ est mater et caput omnium Ecclesiarum, ea ad correctionem et recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præsentes legatos mereamur, quatenus vestra fulti auctoritate, vestrisque precibus roborati, illæsi a memoratis æmulis sanctæ Dei Ecclesiæ et nostris, evadere, nobisque commissos eruere valeamus (33). Vere novimus apostolatus vestri cor gratia sancti Spiritus in tantum esse accensum, ut omnibus oppressis succurratis : quanto magis nobis, qui licet exigui ordinis, tamen vestri sumus, vobisque obedientes cum omnibus nobis commissis, et sumus, et esse semper volumus. Ideo decet, et oportet vos nobis hæc quæ rogamus, et alia quæ necessaria juxta sapientiam quam vobis præstitit Altissimus, esse cognoveritis, absque tarditate præstare, ut tantæ miseriæ squalores a fidelium mentibus detergantur, et quasi vulnus corporis infixum, auditu tantæ miseriæ obserato, salutari curetur antidoto, ut divino freti juvamine, vestraque auctoritate atque auxilio roborati, adversantium tergiversationes evadere valeamus, atque inconfuso vultu, non fraude cujusquam perculsi, assistere æterno judici mereamur, et vocem audire inquientem : *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui* [58].

Et subscriptio: Orantem pro nobis sanctum apostolatum vestrum longævis Dominus conservet temporibus.

[56] Joan. I, 3. [57] Matth. X, 22. [58] Matth. XXV, 21, 23.

(32) S. Leo, ep. 84.

(33) Concil. Romanum anno 721.

Rescriptum Marci papæ, de missione capitulorum Nicæni concilii Athanasio, et omnibus Ægyptiorum episcopis.

Dominis venerabilibus fratribus, Athanasio et universis Ægyptiorum episcopis, Marcus sanctæ Romanæ, apostolicæque Sedis et universalis Ecclesiæ episcopus.

Doleo, fratres, et nimium contristor super afflictione vestra, sed oppido consolor, quod vento agitata non estis arundo, sed recti in fide, inter omnes procellarum et turbinum afflictiones, inter omnes colluctationes, incessanter perduratis. Lectis ergo fraternitatis vestræ litteris, vigorem constantiæ vestræ, quam olim noveramus, agnovimus. Congratulantes vobis, quod ad custodiendum gregem, pastoralem curam vigilantes insequimini. Ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sævitia simplices quasque dilacerent. Qui non ad hoc subintrarunt, ut aliqua correctione proficiant, sed ut ea, quæ sunt sana, corrumpant. Quapropter moneo et hortor dilectionem vestram, ut bonum quod cœpistis, adminiculante divina gratia, usque in finem perducere satagatis, veritatis voce manente : *Beatus qui perseveraverit in finem* [58*]. Unde enim beata perseverantia, nisi de virtute patientiæ? Nam juxta Apostolum : *Omnes qui voluerint pie vivere in Christo, persecutionem patientur* [59]. Quæ non in eo tantum computanda est, quod contra Christianam pietatem, aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscunque suppliciis, cum persecutionum sævitiam suppleant, sed dissimilitudines morum, et contumaciæ inobedientium, et malignarum tela linguarum, quibus conflictationibus ut communia semper membra pulsantur, ut nulla piorum portio conflictatione sit libera, ut nec periculis, nec otio careant, nec labore. Nam hæc, et omnia incrementa probabilium studiorum, et in eis usque in finem perseverantium, atque bonæ voluntatis incrementa, ad Christi gratiam semper sunt referenda, ut in omnibus quæ agimus, Deus omni perfecte laudetur tempore. De capitulorum namque veritate et numero Nicæni concilii, quibus vos interfuisse, litteris vestræ fraternitatis significastis, a nostris, qui una vobiscum interfuerunt, diligentioribus requisivimus collocutionibus. Qui ita, ut vestræ testatæ sunt litteræ, omnem nobis ordinem exposuerunt, et vestram epistolam per omnia veram esse testati sunt, non ut aliquid sinistrum vestra ex parte arbitremur, sed nos et vos, illosque absque ulla in posterum titubatione unum sentire optaremus, et sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, et Domino providente, et beato apostolo Petro opem ferente, in futuro manebit, sine ulla hæreticorum insultatione, firma et immobilis omni tempore persistet. His itaque peractis, diligenter requirentes, in sancto nostræ et apostolicæ sedis scrinio, eadem quæ sanctæ recordationis prædecessori meo Sylvestro sunt directa, septuaginta, sicut significastis, capitula invenimus. Ipsa autem vobis, propter auctoritatem et subscriptionem tantorum Patrum, et ejus magni concilii, minime misimus, sed per eadem, coramque apocrisiariis vestris, alia similia, eumdem numerum, eademque verba, et ipsam subscriptionem continentia, vobis rescribere, et sub ✠✠✠ certa stipulatione et confirmatione mittere curavimus. Et quis est qui fratribus talia negare audeat? Nam non neganda nobis hæc sancti Spiritus dona Dominus docuit, sed fideliter exercenda, et fratribus contradenda, et docenda distribuit (34). Hæc apostolorum viva traditio, hæc est vera charitas, quæ prædicanda est, et præcipue diligenda ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenenda: hæc sancta et apostolica mater omnium Ecclesiarum, Christi Ecclesia, quæ per omnipotentis Dei gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum novitatibus depravanda succubuit; sed ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata fine tenus manet, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus est Evangeliis : *Petre*, inquiens, *ecce Satan expetivit ut cribraret vos, sicut qui cribrat triticum : ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos* [60]. Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita, et in fide recta, atque hæreticis et æmulis Christi repugnare, et nunquam a veritatis tramite declinare. Quoniam Dominus et Salvator omnium, cujus fides est, qui pro nobis mori non dubitavit, et proprio nos suo sanguine redemit, qui fidem beati Petri non defecturam promisit, et confirmare eum fratres suos admonuit. Quod apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse, semper cunctis est cognitum. Quorum et pusillitas mea, licet impar sit et infima, pro suscepta tamen divina dignatione, ministerio pedisequa cupit exsistere. Væ enim erit nobis, qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem Salvatoris nostri Jesu Christi, quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ etiam erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare nummulariis jubemur, id est, Christianos populos imbuere, et docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonis ejus veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, et de officio susce-

[58*] Matth. XXIV, 13. [59] II Tim. III, 12. [60] Luc. XXII, 31, 32.

(34) Agatho ad Const. Augustum, act. 4 concilii VI gen.

pto, rationem justus judex Christus Deus districtam egerit? Ideo, fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor, et moneo, ut qua debetis sollicitudine, vigiletis ad investigandos hæreticos, et inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, et a sanis mentibus ne pestis hæc latius divulgetur, severitate qua potestis, pro viribus exstirpetis. Quantum enim habebit a Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis prosit, fuerit exsecutus; ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicunque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data VII Kal. Novembris, Nepotiano et Secundo, viris clarissimis, consulibus.

Epistola increpatoria Julii papæ ad Orientales episcopos, pro causis Athanasii, et excessibus contra Romanam Ecclesiam.

Venerabilibus fratribus universis Orientalibus episcopis, Julius.

Decuerat vos, fratres, alios ecclesiasticis instruere disciplinis, et non talibus arguere machinamentis, dicente Domino :« Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis [61],» et reliqua. De qua re apostolus Paulus nos instruit, dicens :« Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris [62], » et reliqua. Et alibi Petrus apostolus ait :« Omnes unanimes in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hæreditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, et videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo, et labia sua ne loquantur dolum. Declinet a malo, et faciat bonum, inquirat pacem, et persequatur eam, quia oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum. Vultus autem Domini, super facientes mala [63].» Quid pejus est, fratres, quam quod sacerdotes Domini, qui ab omni mala coinquinatione, et a nocumento omnium Christianorum alieni debent exsistere, quanto magis a fratrum et coepiscoporum insidiis, quos tueri et sublevare debent, quos fovere et diligere summopere oportet, persequuntur eos, ejicere et communi re privare decertant? Nec recordamini Sapientiam, quæ ait:« Perversæ enim cogitationes separant homines a Deo [64],»quanto magis opera iniqua? Quid enim nequius est, quam ut illos, de quibus Dominus ait: «Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei [65],» quisquam evertere, persequi, destruere nitatur? Probata autem virtus portat, protegit, et consolatur oppressos, et docet insipientes.« Est enim testis humani cordis, scrutatorque verus singularum conscientiarum, et linguarum singularum auditor, quoniam spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis [66]. Et alias idem ipse ait: Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si Deus dilexit nos, et nos debemus invicem diligere, Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et charitas ejus in nobis perfecta est. In hoc intelligimus quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, et testificamur, quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem mundi. Quisquis confessus, quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, et ipse in Deo. Et nos cognovimus, et credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii, quia sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, et fratrem oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, quomodo Deum, quem non videt, potest diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum [67].» Nam ipsa Sapientia ait :« Lingua sapientium ornat scientiam, **601** os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos et malos. Lingua placabilis, lignum vitæ : quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Domus justi, plurima fortitudo, et in fructibus impii conturbatio. Labia sapientium disseminabunt sapientiam, cor stultorum dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles sunt Domino, vota justorum placabilia. Qui sequitur justitiam, diligitur a Domino [68].» Item alibi :« Labia justi considerant placida, os impiorum perversa. Simplicitas justorum diriget eos, et supplantatio perversorum vastabit illos Justitia rectorum liberabit eos, et in insidiis suis capientur iniqui. Justus de angustia liberabitur, et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum, justi autem liberabuntur scientia. In bonis justorum exaltabitur civitas, et in perditione impiorum erit laudatio. In benedictione justorum exaltabitur civitas, et in ore impiorum subvertetur [69].» Nec consideratis, qui fratres persequi non cessatis, qualia Job patientissimus inter cætera exorsus, loquitur : « Auris audiens bea-

[61] Luc. III, 14. [62] Galat. VI, 1. [63] I Petr. III, 8-12. [64] Sap. I, 3. [65] Zach. II, 8. [66] Sap. I, 6, 7. [67] I Joan. IV, 9-21. [68] Prov. XV, 2-9. [69] Prov. X, 32; XI, 3-11.

tificabat me,et oculus videns testimonium reddebat mihi,eo quod liberassem pauperem vociferantem,et pupillum,cui non esset adjutor.Benedictio perituri super me veniebat,et cor viduæ consolatus sum;justitia indutus sum,et vestivit me sicut vestimento et diademate,judicio meo.Oculus fui cæco,et pes claudo Pater eram pauperum,et causam quam nesciebam. diligentissime investigabam.Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius conferebam prædam[70]. Et paulo post: Si negavi, inquit, quod volebant, pauperibus, et oculos viduæ exspectare feci. Si comedi buccellam meam solus,et non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea crevit mecum miseratio,et de utero matris meæ egressa est mecum[71]. Nam,si quis hæc recto emnia consideraverit oculo, nequaquam fratres nocere, sed liberare festinabit. Quia nihil deterius est, quam cives civibus invidere, et fratres fratribus insidiari, aut calumnias facere. Talibus enim suffragari volentes insidiis sancti, synodum congregaverunt generalem in Nicæa, vitam corrigere hominum cupientes in Ecclesia commorantium. Licet dudum instituta sanctorum Patrum multa essent conscripta, posuerunt leges, quos sacros canones appellamus. quibus multa pernecessaria ad statum Ecclesiæ sanctæ Dei, et supplementum columnarum ejus, id est, episcoporum,qui eam propriis humeris gestant, ut qui talia tentaverint, aut eis nocere præsumpserint,si quidem clerici fuerint, e proprio gradu decident. Si vero monachi aut laici fuerint, anathematizantur.Quibus armati exemplis, oportere arbitrati sumus ab omnipotente Deo inspirati, ut hanc accensam discordiæ flammam exstinguere debeamus,apostolica auctoritate et non concedere eam ulterius animas depasci humanas. Quapropter una cum omnibus apostolicæ subjectis Regulæ sancimus, ne quisquam deinceps Christianorum talia perpetrare,aut episcopis talia asserere nocumenta,temere præsumat, cum Doctor gentium id ipsum prohibeat,dicens: *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem* [72], et reliqua. Bonum est namque procul dubio, et omnibus timentibus Deum desiderabile, cohibere dissensiones et altercationes. fratribus subvenire, et invicem non invidere, sed adjuvare. Andiatur, inquit, jam dicta in Nicæa civitate synodus, cui et ego ipse conscientiæ meæ cultum decenter exhibui, nihil aliud volens, quam concordiam omnibus fabricare, et præ cunctis arguere, et removere hanc insidiantium altercationem. Quas prævidentes sancti Patres insidias et altercationes,unanimiter in prædicta Nicæna statuerunt synodo, ut nullus episcopus, nisi in legitima synodo, et suo tempore apostolico auctoritate convocata, super quibusdam criminationibus pulsatus audiatur, id est,judicetur, vel damnetur. Sin aliter præsumptum a quibusdam fuerit, in vanum deducatur quod egerint, nec inter ecclesiastica ullo modo reputabuntur.

1. Ipsi vero primæ sedis Ecclesiæ, convocandarum generalium synodorum jura et judicia episcoporum, singulari privilegio evangelicis, et apostolicis, atque canonicis concessa sunt institutis, quæ semper (35) majores causæ ad sedem Apostolicam multis auctoritatibus referri præceptæ sunt. Nec ullo modo potest major a minore judicari. Ipsa namque omnibus major et prælata est Ecclesiis. Quæ non solummodo canonum, et sanctorum Patrum decretis, sed Domini Salvatoris nostri voce, singularem obtinuit principatum. *Tu es* (inquiens) *Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* [73], et reliqua. *Et quæcumque ligaveris super terram, et solveris, erunt ligata et soluta in cælo, et in terra* [74].

2. Porro dudum a sanctis apostolis, successoribusque eorum, in præfatis antiquis statutis decretum fuerat (36),quæ hactenus sancta et universalis apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter sententiam Romani pontificis concilia celebrari, nec episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam Ecclesiam primatem omnium Ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita et hæc Ecclesia suo nomine consecrata Domino instituente, prima et caput sit cæterarum : et ad eam,quasi ad matrem utque apicem, omnes majores Ecclesiæ causæ, et judicia episcoporum recurrant, ejusque juxta terminum sumant sententiam. Nec extra Romanum quidquam ex his debere decerni pontificem, quatenus non ita proterve, et pro libitu cuiquam suo proprio arbitrio quibusque metropolitanis sicut agere solebat, liceat inconsulto Romano pontifice, aut majores Ecclesiæ causas deturbare, aut episcopos damnare ; sed communi sanctæ Romanæ sedis episcopi consilio, et concordi actione, quæque sunt Christi zelo agenda, disponant unanimiter, rectequе sentiant, et ea quæ senserint, non nobis sibimet discrepando, sed Deo placita perficiant.

3. Est etiam in jam fata Nicæna synodo concorditer statutum,ut accusatores et accusationes,quas sæculi leges non admittunt, a sacerdotali funditus avertantur nocumento. *Ecce*, inquit Propheta,*quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum* [75]. Illi vero non in unum habitant, qui a fratum se solatio subtrahunt,aut fratribus insidias præparant. Non aliter, fratres, vos patiamini peccato gravari, quia quod necesse est, nos dicere veremur, id est, ne cujus religio dissipatur, indignrtio provocetur. Præ oculis habete, et tota mentis acie reverenter aspicite beati Petri, gloriam, et cum ipso commu-

[70] Job XXIX, 11-17. [71] Job XXXI, 16-18. [72] I Tim. v, 1. [73] Matth. XVI, 18. [74] ibid. 49. [75] Psal. CXXX, 1.

(35) Innocent. ep. 2.

(36) In decretali epistola Eleutherii papæ.

nes omnium apostolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, qui pro fratrum non destructione, sed confirmatione et veritate in Christo passi sunt.

4. Nos ergo, qui Domini discipuli, et dici, et esse volumus, portare crucem Christi, et compati fratri debemus, et non persequi. Subtrahite, rogamus, actus cogitationesque a talibus nocumentis, si non vultis ipsam suscipere in vos ultionem, quoniam talionem meretur, qui fratri foveam præparat. Et vos scitote deinceps hunc (37) typhum non esse passuros, ut ea, quæ ad hanc specialiter sanctam pertinent sedem, sicut judicia episcoporum, et majores causas, ut paulo superius prælibatum est, vos patiamini nobis inconsultis invadere absque vestri status periculo. Sed si quis ab hodierna die, et deinceps **602** episcopum præter hujus sanctæ sedis sententiam damnare, aut propria pellere sede præsumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum, et proprio carere perpetim honore. Eosque qui absque hujus sedis sunt ejecti sententia, vel damnati sine hujus sanctæ sedis auctoritate, scitote pristinam recipere communionem, et in propriis restitui sedibus. Quoniam et prius a tempore scilicet apostolorum hæc huic sanctæ sedi concessa sunt. Et postea in memorata Nicæna synodo, propter pravorum hominum infestationes, atque hæreticorum persecutiones, et insidiantium molimina fratrum, sunt concorditer ab omnibus corroborata, ut magis singuli provideant, ne talia audeant perpetrare; et caveant, si non propter Dominum et amorem fratrum, tamen propter opprobrium hominum ruborem suum, atque canonicam ultionem, saltem hæc timore et verecundia compressa silentio comprimantur, amputato scilicet totius (38) usurpationis excessu. Quia nullus debet præsumere quæ sibi non videntur esse concessa. Quam culpam potuissetis nullo modo incidere, si unde consecrationem bonoris accipitis, inde legem totius observantiæ sumeretis. Et beati Petri apostoli sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistra rationis. Unde, sicut nos multum ea quæ vobis pie recteque sunt acta, lætificant, ita nimium ea quæ sunt perperam gesta, contristant. Quoniam necesse est, post multarum talium experimenta causarum, hæc in posterum sollicitius prospici, et diligentius præcaveri, quatenus ea quæ sunt ab apostolis eorumque successoribus statuta, nulla desidia negligantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur. *Nam, sicut in uno corpore membra multa habemus omnia autem membra non eumdem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo. Singuli autem alter alterius membra* [76]. Contextio totius corporis, unam sanitatem, unam pulchritudinem facit. Et hæc quidem contextio totius corporis unanimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam sacerdotum. Quibus et si dignitas communis non est, tamen ordo generalis est. Quoniam et inter beatissimos apostolos, in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum ut cæteris præemineret. De qua forma episcoporum, quædam exorta est distinctio, et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli. Quorum inter fratres haberetur prima sententia, et rursum quidam in majoribus uribus constituti, sollicitudinem ejus susciperent ampliorem, per quos ad unam beati Petri sedem, universalis Ecclesiæ cura confluerent, et nihil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse rependat *Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi; doctrinis variis et extraneis nolite abduci* [77], at instituta apostolorum et apostolicorum virorum, canonesque habentes, his fruamini, his circundemini, his delectemini, his armemini, ut his freti, circumdati, delectati, armati contra cuncta inimicorum jacula resistere valeatis. Satis enim indignum est quemquam vel pontificum, vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri fidem veleat et sequi et docere. Multum enim convenit ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibimet observatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, ubi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum, dicente Scriptura: *Ordinavit in me charitatem* [78], Et item: *Omnia cum ordine fiant* [79]. Iterumque Psalmista prædicante: *Circumdate Sion et complectimini eam, narrate in turribus ejus. Ponite corda vestra in virtute ejus, ut enarretis in progenies alterus: quoniam hic est Dominus Deus noster in æterum, et ipse reget nos in sæcula* [80]. Officii enim nostri consideratione, non est nobis dissimulare, non est tacere liberum, quibus major cunctis Christianæ, religionis zelus incumbit, ne per taciturnitatem, aut favere, aut consentire videamur fratrum nocumentis. Datum Kalendis Octobris, Feliciano et Maximiano, viris clarissimis, consulibus.

[76] Rom. XII, 5. [77] Hebr. XIII, 9. [78] Cant. II, 4. [79] I Cor XIV, 40. [80] Psal. XLVII, 13-15.

(37) Africani PP. in ep. ad Bonifacium.

(38) S. Léo, ep. 84.

Epistola Orientalium ad Julium papam causantium quod in communionem receperit Athanasium, et cæteros quos ipsi damnaverunt.

Domino beatissimo, et honorabili Patri Julio, apostolicæ sedis venerabili episcopo, Eusebius, Theogonius, (39) Theodorus, et Berinthus, una cum reliquis fratribus coepiscopis nostris in Antiochia congregatis.

(40) Licet circa omnes Ecclesiam Romanam sciamus esse munificam, et apostolicam habere curam, et matrem semper existere pietatis, quanquam ab Oriente ad eam prædicatores pietatis advenerunt, tamen optaremus vos nobiscum concordare, et quos a communione suspendimus, a vobis esse suspensos. Et quos in ordine confirmamus episcoporum, a vobis esse firmandos, nec nos secundo loco habendos cum iis qui ex his partibus ad vos usque dogmatizantes apostoli pervenerint. Nec enim nos vobis reluctati sumus, quamvis hoc agere potuissemus, quando Novatianus a Romana pulsus est Ecclesia. Quoniam, uti juxta vulgarem consuetudinem loquamur, *inimicitias quærit omnis qui vult recedere ab amico* [81]. Nec crimine carere potest, qui alterius excommunicatum absque ejus licentia, quo communione est privatus, in communionem susceperit, canonibus semel jubentibus, excommunicatus ab aliis, ab aliis non suscipiatur, viventibus illis, a quibus communione privatus esse dignoscitur. Nec solum in his nobis contumeliam irrogatis, sed etiam in his quædam consilia nostra dissolvitis, neque ea recte definitis esse. Sunt namque a nobis, et maximea totius Orientis episcopis damnati, Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Marcellus Anciræ, Asclepius Gazæ, Lucianusque [Lucius] Adrianopolites, pro certis criminibus, quibus adversarii sunt apud nos inscripti, quæ per præsentes hujus epistolæ latores omnia sub certa relatione vestræ innotescere non omittimus sanctitati. Quibus agnitis, si nostris placitis magis quam eorum machinationibus assentire, et ordinatos episcopos in damnatorum loco firmare eligitis, pacem vobiscum, et communionem habere volumus. Si vero aliter egeritis, et eis amplius quam nobis consentire **603** judicaveritis, contraria celebrabimus, et vobiscum deinceps nec congregari, nec vobis obedire, nec vobis vestrisque favere volumus, sed per nos quidquid melius elegerimus agere conabimur. Nam nullus est in hac parte terrarum ætatem habens, qui ignoret prædictorum volumina seductorum. Propter eos enim multa sunt mala peracta, multa concilia diversis et asperis temporibus celebrata, multæ machinationes, multa nobis opprobria illata, et alia multa, quæ enumerare perlongum est. Nam, si his consentire eligitis, tunc liquet, quos nos perdere vultis, et non ut pater filios fovere. Dicunt enim et affirmant, tam cives istorum, quam consacerdotes eorum, hos fovere vos velle, homicidas, sacrorum templorum eversores, virginum stupratores, sacrorum librorum incensores, sacrorumque vasorum, et cæterorum sacrorum ministeriorum fraudatores, officiorum neglectores, imperatorum infidos, gentis et patriæ proditores, et inter sacerdotes maximam generantes discordiam, eo quod substantialitatis vocem, quæ scripta non invenitur in fidei doctrina, posuerunt. Quid plura enumerare necesse est, cum propter eos nobis, et cunctis regionis hujus habitatoribus scientibus, tanta cædes hominum sit perpetrata, ut amplius quam mille homines sint prostrati? Talibus autem favere, quid aliud est, quam scelcribus eorum consentire? Cum sacra Scriptura hæc prohibeat, dicens: *Non solum qui faciunt culpabiles existunt, sed etiam qui consentiunt facientibus* [82]. Talibus enim vos obsistere totis viribus optimum, ne involvamini peccatis eorum, ne excommunicationem eorum suscipiatis. Tales enim a vobis procul abjicite, ne propter animositatem populi, sacrilega dissensione dispereant, itaque optimum vos improbis probe resistere. Quapropter si neglexeritis deturbare perversos, liquet quod eorum protegatis errorem. Nec vero caret scrupulo societatis occultæ, qui manifeste facinoribus disinit obviare. Decet enim vos ad arguendam proterviam eorum, linguam vestram exacuere, et velut venenosos a vobis repellere, ne eorum veneno vos, vestrique inaliquo sauciemini. Sufficiant hæ vobis querimoniæ contra eos delatæ, quoniam derelinquet nos tempus, secundum quod ait Apostolus, si voluerimus omnium obloquentium oblatas contra eos producere querelas, maxime cum hæc nobis sufficiant, quæ superius dicta sunt. Nec nobis necesse iterum eorum divulgare mala, cum ipsa per se prodeant, et maxime omnes orientales testes super eorum malis existant. *In ore enim*, juxta quod scriptum est, *duorum vel trium testium stabit omne verbum* [83]. Quanto magis in multitudine tantorum sacerdotum, populorum, abbatum; vel monachorum, et scripto et voce contra horum pravitatem quotidie acclamantium? Nos vero diu exspectavimus eos per multam patientiam, ut facerent uvas, sed illi e contrario fecerunt labruscas. Vos ergo non optimum de cætero negligere, et differre tales, ne (quod absit!) memorata crimina eorum subimitemini irrationaliter episcopos ponentes. Ipsi enim, nisi cito corrigentur, juxta quod beatus Apostolus protestatur, *Secundum duritiam*

[81] Prov. XVIII, 1. [82] Rom. I, 35. [83] Matth. XVIII, 16.

(39) Theodorus Perinthius.

(40) Hæc ex *Historia tripartita*.

eorum, et cor impœnitens thesaurizant sibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus [84]. Qui corrigendi sunt, per temporalem delectationem, et per mendacia, atque figmenta sua, vobis eis assensum præbentibus, æterna perdent præmia, quæ per veram pœnitentiam consequi possunt. Nec hæc quæ prædicta sunt solummodo Athanasio et sequacibus ejus irrogamus, sed etiam, quod contra regulam egerit, quam nos decreveramus. Quia non decreto communis concilii episcoporum recepit sacerdotium, sed sibimet arrogando, Ecclesiam fuit ingressus, et in sede resedit, cum dudum decretum fuisset nullum a pauciore numero restitui debere, quem depositum fuisse constaret. Deinde, quoniam ejus adventu sit turba commota, plurimique seditione sint mortui, et non solum hæc per eum et A propter eum sint peracta, sed etiam quidam a jam dicto Athanasio cæsi, judicibus dicuntur esse contraditi. Hæc, et alia innumerabilia sunt ab eo suisque sequacibus impudenter perpetrata, quos excommunicatos, communioni, ut audivimus, contra regulam in contumeliam omnium Orientalium sociastis. Præfato itaque debitæ salutationis officio propter beati Petri honorem, impense postulamus, ut deinceps ad vestras hinc venientes aures non tam facile admittatis. Neque a nobis excommunicatos ultra velitis excipere, ne canonum transgressores inveniamini, sed magis salva fraterna charitate, erratum hoc in posterum minime patiamini. Et subscriptio : Orantem pro nobis apostolatum vestrum Dominus ævo custodiat longiore, beatissime Pater. Amen. B

Rescriptum Julii papæ contra Orientales pro Athanasio et cæteris.

Julius sanctæ Romanæ et apostolicæ Ecclesiæ episcopus, Eusebio, Theogonio, Theodoro, Berintho, et cæteris Orientalibus episcopis.

(41) Decuerat vos adversus sanctam Romanam et apostolicam Ecclesiam, limate, et non ironice loqui. Quoniam et ipse Dominus noster Jesus Christus eam decenter allocutus, ait : *Tu es*, inquit, *Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni cœlorum* [85]. Habet enim potestatem singulari privilegio sibi concessam, aperire et claudere januas cœlestis regni, quibus voluerit. Nam si ei detrahere, quæ Domini ore sacrata, atque desuper exaltata est, C non timuistis, nec mirum si fratribus irrogare injurias minime cessatis. Unde jam silentio non tegun tur, quæ vestro concilio turbulento, atque cum potestate decreta sint. Apparet enim, quoniam quadam tumultuosa indisciplinatione veritas est oppressa. (42) Vobis quippe non considerantibus quæ placent Deo, propter jurgia, quæ contra proximos vestros habetis, vota vestra inevitabilia esse contenditis. Sed erit opus divinæ providentiæ, quatenus e contrario a parte deprehensa possint evacuari. Et quidquid illic convenientes, sine ulla qualibet gratia, odio, aut inimicitiarum causa gessistis, funditus repelli. Quapropter, cum omni festinatione vos omnes ad hujus sanctæ sedis reverentiam volo concurrere, quatenus gestorum apud vos D integritatem per vos ipsos possitis ostendere. Nam nec dubitare vos credo Athanasium, sacræ legis doctorem, non solum a nobis, sed etiam a Nicæna synodo, veræ fidei **694** cultorem esse comprobatum. Qui defuncto Alexandro mirabili sene, qui Arii prostraverat blasphemias, post quinque menses Nicæni concilii, Alexandrinorum Ecclesiæ suscepit præsulatum. Adversus quem ejusque sectatores, multa mendacia texentes, et nudas valde calumnias, quasi veras accusationes componentes, nobis multorum malorum cum causam, tum caput esse perhibuistis. Et non solum apud Ægyptum, sed etiam apud Palæstinam et Phœnicem, vicinasque gentes scriptis vestris illam perturbationem esse significastis. Qua de re ecclesiasticam sequentes regulam, vos et illos. Romæ regulariter ad judicium die statuta, non sub angusto temporis spatio, ut excusatio locum non inveniat, litteris et apocrisiariis evocavimus. Illique vocatione suscepta, ad diem præstitutum venere. Sed vos, ne vestris mendaciis caperemini, vestraque calumnia enudaretur, venire distulistis. Nec his machinationibus solummodo contenti estis, sed etiam videntes oves pastoribus desolatas, lupos pro pastoribus super eos posuistis. Decuerat ergo ut ad regularem veniretis convocationem, quo de his et de aliis vestris præsumptionibus redderetis rationem. Quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret. Et nullus dubitat quod ita judicium nocens subterfugit, quemadmodum qui est innocens, ut absolvatur, requirit. Nec suspicione caret, qui alium calumniis objurgat falsa dixisse, cum ipse ad judicium, ut probet quæ intulit, evocatus venire distulerit. Vellem enim vos magis ad jam dictam convenire vocationem, ut coram universali concilio redderetis rationem, cur synodum ad statum Ecclesiarum et fratrum in Antiochia subvertendum, et Nicæni magni concilii destructionem fecistis, aut cur nobis inconsultis episcopos ad eam convocastis, ad quam nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio. Canonibus quippe in Nicæna synodo jubentibus, non debere præter sententiam Romani pontificis, ullo modo

[84] Rom. II, 5, 6. [85] Matth. XVI, 18, 19.

(41) Hæc ex *Historia tripartita* hinc et inde excerpta.

(42) Hæc fere ad verbum in ep. Constantini apud Athan.

concilia celebrari, nec episcopos damnari. Aut cur in prædictorum loco fratrum alios adulteros posuistis, antequam penes nos, aut apocrisiarios nostros, eorum causa canonice esset examinata, finemque perciperet rectum. Isti enim, qui ad memoratam regulam venere, vocationem videntes vos a prædictis subtrahere, calumniis, multa adversus vos lacrymabilia et doloribus plena referunt. Accusantes vos et dicentes, multa se importabilia a vobis esse passos. Vos ergo refugientes venire, illosque perseverantes in vera ratione, suasque calumnias reclamantes, super quibus et Ægyptiorum episcopi litteris nobis missis protestantur, suis, falsa esse, quæ contra Athanasium, suosque sectatores machinantur, cunctaque Arianorum machinata blasphemiis. Talibus namque figmentis liquet eos esse inculpabiles, vosque culpabiles: quia si de vera confideretis innocentia nullo modo a jam dicta vos canonica subtraheretis evocatione, quæ non subito, sed spatiose denuntiata est : sed omni subducta apologia, absque tardatione venire, et causas reddere festinaretis. Quibus ita gestis, scripsi vobis, et omnibus qui in Antiochia contra apostolicam canonicamque regulam nobis inconsultis fueratis, arguens vos primum de injuriis litterarum, demum cur Athanasium quosque consectatores ad vestrum concilium convocassetis ; canonibus semel præcipientibus, nihil extra Romanum decerni pontificem ; cui hæc, et majora Ecclesiarum negotia, tam ab ipso Domino, quam ab omnibus universorum conciliorum Patribus speciali sunt, ut jam dictum est, privilegio tradita. Vobis ergo refugientibus, et ad concilium toties convocatis adesse nolentibus, illis quoque in sua reclamatione, et justa ratione persistentibus, vestraque cognoscentes crimina, et illorum justam examinantes rationem, omnesque eos Nicæno concilio cooperantes, et nostris apostolis jussionibus obtemperantes, visum est nobis, ac universo concilio, ut nos divinis præceptis, et apostolicis monitis informati, qui pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilare debemus effectu, si quidquam reprehensioni usquam invenitur obnoxium, celeri sollicitudine ab ignorantiæ imperitia aut a præsumptionis usurpatione revocemus.

1. His taliter consideratis atque discretis, tanquam omnium curam gerentes, propter sedis propriæ dignitatem, suscepimus eos in orationem, singulisque eum auctoritate hujus sanctæ sedis rebus, proprias reddidimus Ecclesias (43) quoniam huic sanctæ sedi, propter privatorum hominum insidias, ipso Domino instituente, et sanctis apostolis, eorumque successoribus per singula concilia roborantibus, hoc semper licuit, licebitque, Domino auxiliante, in perpetuum. Unde, qui scit se aliis esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obtemperantiam, quam ab aliis requirit, gratis et ipse rependat. Quapropter increpando vobis scribo. Quia non recte tractastis viros inculpatos, et a nobis minime examinatos de suis Ecclesiis communione privatos pellentes, et ecclesiasticæ disciplinæ injuriam irrogantes, constitutumque Nicæni concilii minime servantes, talia indisciplinate agere non formidastis. Idcirco, quoniam dudum venire vocati renuistis, modo ad certum diem, id est, XV Kal. Novembris, vos iterum regulariter litteris, missisque evocamus, ut coram vobis ostendamus nos justam in eos protulisse sententiam, et de cætero non talia esse passuros. Est etenim in antiquis Ecclesiæ statutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione restituat. Unde et in Evangelio scriptum est : *Quod si aliquid defraudavi, redde quadruplum* [86]. In lege quoque cautum est : *Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui, et dicet omnis populus* [87]. *Amen.* Quare miror vos tam audaces esse, et tam imprudenter egisse, et terminos, ac jura beati Petri apostolorum principis invasisse. Sui enim, ut paulo superius comprobatum est, juris erat, ut absque ejus sanctæ sedis auctoritate nullus deberet aut concilia celebrare, aut episcopos ad synodum convocare, vel damnare eos, aut propriis pellere sedibus, aut alios in eorum loco ordinare, quæ omnia vos temerare non timuistis. Quid ergo aliud est talis præsumptio, nisi quod apostolorum suorumque successorum decreta transgredi, et maledictionem superius comprehensam, in lege semel cautam, quam populus uno ore, consonaque responsione per *amen*, id est fiat, confirmavit, suscipere non timuistis? Necnon, ut reor, talibus transgressionum funiculis constricti, nostrum, ne vestra proderentur flagitia, examen declinastis, et ad supradictam vocationem venire distulistis. Sane manifestum est, suum eos confiteri crimen, qui toties evocati absque inevitabili causa venire distulerunt, et purgandi se voluntate non utuntur. Nam si de vestris dictis confideretis, etiam in faciem probare non distulissetis. Tales insidiatores spiritu prævidentes sancti Patres in Nicæa congregati, leges statuerunt, quas nos canones appellamus, ne facile probi ab improbis damnarentur. E quibus nonnullas sententias hic inseri judicavimus, ut tantorum Patrum auctoritate, nostra roboraretur epistola, atque omnes Orientales sive reliquarum partium episcopi, hæc audientes, in tantam foveam non incidant, ne damnationem a Patribus decretam percipiant. Sequuntur enim ex prædicto concilio Nicæno **605** capitula, id est, XVIII, XIX, XXI, XXIII, XXVI, XXVII, XXVIII, XXXVIII, XLI, et V, VII, et

[86] Luc. XIX, 8. [87] Deut. XXVII, 17.

(43) Canones subsequentes ex Sardicensibus et ex aliis consarcinati sunt.

VIII, ac LI, LII, LIII, LIV, LV, LVII, LVIII, LIX, LX, LXI, LXII, LXVII.

2. Et omnes,episcopi qui in quibusdam gravioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, libere apostolicam appellent sedem. Atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea, sicut semper fuit, pie fulciantur, defendantur, et liberentur.Cujus dispositioni omnes majores ecclesiasticas causas,et episcoporum judicia, antiqua apostolorum, eorum successorum, atque canonum auctoritas reservavit. Quoniam culpantur episcopi qui aliter erga fratres egerint quam ejusdem sedis papæ fieri placuerit.

3. Placuit ut accusatus vel judicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopus, licenter appellet, et adeat apostolicæ sedis pontificem. Qui aut per se, aut per vicarios suos, ejus retractari negotium procuret. Et dum iterato judicio pontifex causam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur episcopus. Quoniam,quanquam comprovincialibus episcopis accusati coram eisdem pontificibus acta scrutari liceat, non tamen definire inconsulto Romano pontifice permissum est. Cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit Domino : *Quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlis ; et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cœlis* [88].

4. Si quis putaverit se a metropolitano gravari, apud primatem diœceseos, aut penes universalis apostolicæ Ecclesiæ papam judicetur.

5. Accusatores, et accusationes, quas leges sæculi non asciscunt, et nos unanimiter submovemus, ne fiat indistricta probatione impietas, cum recta sit judicii in electione sententia.

6. Nullus episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare, absque ejus voluntate, vel judicare, salva tamen in omnibus apostolica auctoritate : quia, sicut irrita erit ejus ordinatio,ita et dijudicatio ; quoniam censemus nullam alterius judicis nisi sui sententia teneri : nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit.

7. Si quis erga episcopum vel actores Ecclesiæ se proprium habere crediderit negotium, non prius adeat judices, quam ad eos recurrat,charitatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur. Quod si aliter egerit, communione privetur.

8. Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis exspoliatum rebus,aut a sede pulsum, excommunicare aut judicare præsumat,quia non est privilegium quo spoliari possit jam nudatus.

9. Pari tenore decernimus, non credi accusatori, qui absente adversario causam suggerit,atque utriusque partis discussionem, nec accusatores, vel testes suscipi; qui non sunt idonei.

10. Placuit, ut si accusatus vel damnatus episcopus appellaverit Romanum pontificem, id statuendum quod ipse juste censuerit. Et omnes, qui adversus Patres armantur, infames esse censemus. Neque eos qui cum inimicis morantur, ad accusationem vel ad testimonium recipiendos.

11. Placuit ut semper in accusatione clericorum, primo persona, fides, vita, et conversatio blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet : quia dubius, infidelis est, nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec recte conversationis vitam ducunt ; quoniam tales, et facile, et indifferenter lacerant et criminantur recte et pie viventes. Ideo suspicio eorum discutienda est primo et corrigenda. Neque accusatoribus suspectis, et de inimicorum domo prodeuntibus credendum.

12. Quod non aliæ metropolitanæ Ecclesiæ, vel primates sint, nisi illi, qui prius primates erant, et post Christi adventum auctoritate apostolica et synodali, primatum habere meruerunt. Reliquæ non primates, sed metropoles vocentur, eorumque episcopi non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruantur.

13. Infames esse censemus omnes, qui suam aut Christianam prævaricantur legem, aut canonicam postponunt auctoritatem.

14. Salvo in omnibus Romanæ Ecclesiæ privilegio, nullus metropolitanus absque cæterorum omnium comprovincialium episcoporum astantia, aliquorum ex illis causas, quia irritæ erunt, imo et causam in synodo pro facto dabit.

15. Alienis erroribus sociatum, vel a sui propositi tramite recedentem, aut sacris canonibus inobedientem, suscipere non possumus. Nec impetere recte credentes, vel sanctorum Patrum sanctionibus obtemperantes permittimus.

16. Peregrina judicia generali sanctione prohibemus. Quia indignum est ut ab exteris judicetur, qui provinciales et a se electos debet habere judices.

17. Salva apostolicæ Ecclesiæ auctoritate, nullus episcopus extra suam provinciam ad judicium devocetur, sed vocato eo canonice, in loco omnibus congruo tempore synodali, ab omnibus comprovincialibus episcopis audiatur, qui concilium super eum, canonicamque proferre debent sententiam. Quoniam si hoc minoribus, tam clericis quam laicis, concessum est, quanto magis de episcopis servari convenit ! Nam si ipse metropolitanum, aut judices suspectos habuerit, aut infensos senserit, apud primates diœceseos, aut apud Romanæ sedis pontifices judicetur.

18. Nemini de se confesso credi potest super crimen alienum. Quoniam ejus atque omnis rei professio periculosa, et admitti adversus quemlibet non debet.

19. Incerta nemo unquam pontificum judicare præsumat. Quia quamvis vera sint, non tamen cre-

[88] Matth. XVI, 19.

denda, nisi quæ manifestis judiciis comprobantur, A nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur.

20. Criminationes majorum natu per alios ne fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et irreprehensibiles apparuerint, et actis docuerint publicis omnium se carere suspicione atque inimicitia, et irreprehensibilem fidem atque conversationem ducere.

21. Et provincialis synodus retractetur per vicarios urbis Romæ episcopi, si ipse decreverit.

22. Placuit ut a quibuscunque judicibus ecclesiasticis ad alios judices ecclesiasticos, ubi est auctoritas major, fuerit provocatum, audientia non negetur.

23. Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod B ad suam solummodo propriam pertinet parochiam, sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit, et quod egerit, irritum erit et vacuum. Sed quidquid de comprovincialium episcoporum causis, suarumque Ecclesiarum, et clericorum, atque sæcularium necessitatum agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum. Non aliquo dominationis fastu, sed humillima et concordi administratione, sicut Dominus ait : *Non veni ministrari*, **606** *sed ministrare* [89]. Et alibi : *Qui major est vestrum, erit minister vester* [90], et reliqua. Similiter et ipsi comprovinciales episcopi cum ejus concilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant juxta sanctorum constituta Patrum, et uno C animo, uno ore, concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula

24. Caveant judices Ecclesiæ, ne absente eo cujus causa ventilatur sententiam proferant, quia irrita erit, et rationem pro actione reddent in synodo, et, ut proditoris calumnia, nec eorum postea vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille qui injuriam ejusque sustinuit nequitiam.

25. Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit in provincia, in qua ille consistit qui pulsatur, suas exerceat exactiones. Nec existimet qui eumdem accusat, alibi, aut longius protrahendum ad judicium. Illi vero qui pulsatus fuerit, si judices suspectos habuerit, liceat appel- D lare.

26. Primates accusatum discutientes episcopum; non ante sententiam proferant damnationis, quam apostolica freti auctoritate, aut reus per seipsum, aut per innocentes et canonice examinatos regulariter testes convincatur.

27. Irritam esse injustam episcoporum damnationem, idcirco a synodo retractando retractandam, ita ut oppresso ab omnibus in cunctis subveniatur causis.

28. Detractores, qui divina auctoritate eradicandi sunt, et fautores inimicorum, ab episcopali submovemus accusatione. Similiter ne summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut dispereat, neque in re dubia certa detur sententia, nec ullum judicium, nisi prudenter habitum teneatur.

29. Pura de his ideo hic non inseruimus, ne vacuare, vilemve facere prædictam synodum videremur, aut fastidium legentibus audientibusque prolixa faceret epistola. Si quis autem de his ampliora atque abundantiora scire voluerit, in sacro nostro sedis Ecclesiæ scrinio, et ea quæ prædiximus, invenire poterit : verum me dicere, testis est Divinitas. De receptione vero sedis, et sacerdotii, atque honoris, quæ dixistis Athanasium absque concilii decreto suscipere, non ita invenimus sicut calumniati estis. Sed quorumdam episcoporum concilio atque decreto recepit suum, quod injuste perdiderat, sacerdotium, ac resedit in sede. Quod cum scripsistis, non posse eum a pauciore numero episcoporum restitui, quam depositus fuerat, non ita est. Nec hæc regula orthodoxorum sanctæ Ecclesiæ est episcoporum, sed Arianorum, sociorum videlicet vestrorum hæc adinventio, ad perditionem orthodoxorum episcoporum contexta est. Nam, ut vobis a veracibus est testibus relatum, quando Antiochiæ pro damnatione fidei de consubstantialitate prolata fuistis congregati, odio prædicti Athanasii hanc regulam protulistis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit. Quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ Ecclesiæ legatio interfuit. Canonibus præcipientibus, sine ejus auctoritate concilia fieri non debere, nec ullum ratum est aut erit unquam concilium, quod non fultum fuerit ejus auctoritate.

30. Igitur de fuga, super qua Athanasium reprehenditis, non recte agitis, cum ipse Dominus mandatum hoc nobis dederit : *Cum persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam* [90*]. Et ipse Dominus per semetipsum exemplum nobis demonstravit. Pharisæi consilium fecerunt adversus eum, ut eum occiderent : *Sciens autem Jesus, discessit inde* [91]. Et alibi : *Tulerunt lapides Judæi, ut mitterent in eum. Jesus autem abscondit se, et exivit de templo* [92]. Et : *Transiens per medium eorum abivit, et ita discessit* [93]. Necnon et discipuli propter metum Judæorum recesserunt, celantes semetipsos. Et Paulus in Damasco a principe quæsitus gentis, de muro in sporta positus est, et manus quærentis effugit [94]. Et alii quamplurimi et innumerabiles sancti, tam in Veteri Testamento, quam in Novo, fugisse leguntur. Si ergo fugam improperatis fugientibus, erubescite potius persequi, et quiescite insidiari, quiescentque continuo fugientes. Nam sive perimatis eos, mors contra vos semper exclamat : sive rursus exsilia superponatis, ubique in vos mali memoriam destinare nosci-

[89] Matth. xx, 28. [90] Matth. xxiii, 11. [90*] Matth. x, 23. [91] Matth. xii, 15. [92] Joan. viii, 59. [93] Luc. iv, 30. [94] II Cor. xi, 33.

mur, et illi patiendo sibi proficiunt,unde et Dominus ait : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius eum timete qui potest corpus et animam perdere in gehennam* [95]. Multos enim cognovimus pessimis machinationibus injuste depositos. Ideo summopere mihi, cui vice apostolorum principis universalis Ecclesiæ cura commissa est, providendum; auxiliante ipso summo apostolo,ne deinceps talia fiant. Nempe huic sanctæ sedi præfata privilegia ideo specialiter sunt concessa,de congregandis conciliis, tam de judiciis ac restitutionibus episcoporum, quam de summis Ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes oppressi auxilium,et injuste damnati restitutionem sumant,et talia ab improbis,ne præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque sua damnatione.Non ergo recte egistis, quod prædictos fratres calumniati estis,dicente Domino : *Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum* [96].Non recte egistis quod nobis inconsultis concilium celebrastis, eosque ad concilium vocastis, et damnare præsumpsistis,canonibus,ut præmissum est,jubentibus nihil ex his absque hujus sanctæ sedis auctoritate fieri debere.Non recte egistis,quod regulariter a nobis ad concilium vocati distulistis. Non recte egistis,quod de his rationem reddere, ut vestra erga eos,aut probaretur recta sententia,aut improbaretur,non venistis. Nec rationalem mandastis causam propter quam hæc renuistis. His ergo omnibus perpensis,manifestum est vos reos exsistere, et illos innocentes remanere,et vos recte excommunicatos,illosque juste liberari.Noluit namque Dominus tam leviter suos tractari ministros,sicut facitis, aut a vobis damnari : sed, sicut memoratum est, ab hac sancta sede,cui commissi sunt,aut suo reservari judicio. Ait enim : *Qui vos contristabit, me contristabit* [97]. *Qui fecerit vobis injuriam, recipiet id quod inique gessit* [98]. Et quanta pœna exspectet eos qui Domini scandalizant discipulos, Evangelium sufficienter exponit, ubi de scandalizantibus discipulos loquitur. Nam quod a vobis non sint damnandi, sed aut ab hac sancta, ut præfatum est, sede, aut sibi reservandi, ipse manifeste dat exemplum, quando peccantes sacerdotes, quorum locum modo in sancta Ecclesia episcopi tenent, non per alium, *sed per semetipsum vendentes et ementes ejecit de templo, et mensas nummulariorum primo evertit flagello, et ejecit de templo* [99]. Et ipse alibi ait : *Dominus stetit in Synagoga deorum, in medio autem deos discernit* [1] Et reliqua talia, hisque similia. Et alibi idem ipse ait : *Nolite judicare, ut non judicemini. Nolite condemnare, ut non condemnemini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini* [2].

31. Quapropter non tam temere, ut vos facitis, quisquam suam præsumat emovere iniquitatem,sed judicantem oportet cuncta rimari,et ordinem rerum plena inquisitione discutere. Nec de illis quæ inconcessa sunt, ullo modo judicium præsumere, interrogandi ac proponendi audiendique patientia præbita **607** ab eo, ut ibi actio partium limitata sit pleniter. Nec prius litigantibus sua velit sententia obviare, quam illi peractis omnibus,jam nihil amplius habuerint in quæstione quod proponant. Nec oportet quemquam judicari aut damnari antequam suos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat spatiosum ad abluenda crimina.

32. Simile in jam fata synodo statutum est, ut ultra provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad hanc apostolicam fuerit sedem provocatum. Ad quam omnes qui voluerint, libere et absque ullo impedimento in quibusdam agendis confluere debent.

33. Similiter in præfixa synodo est decretum, ne suspecti, infames, vel criminosi, aut gratiosi, aut calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales qui omni careant suspicione. Qua columnas suas Dominus firmiter stare voluit, nec a quibuscunque agitari.

34. Similiter fata statuit synodus, ut nullum sententia non a suo judice dicta constringat. Judices autem alii esse non debent,nisi quos ipse qui impetitur elegerit,aut quos suo cum consensu hæc sancta sedes, aut ejus primates auctoritate hujus sanctæ sedis delegaverint. In his autem et aliis, quæ tam in hac sancta sede, quam et ab apostolis eorumque successoribus sunt statuta, nihil præfatis episcopis concessistis, sed vim eis inferentes, injusteque, ut superius commemoratum est, eos damnantes, aliquos absentes expulistis,quod omni Christianæ religioni est inimicum. In quibus apparet quod nec Domino sua servastis jura, nec huic sanctæ matri et apostolicæ Ecclesiæ, quæ ut præscriptum est, suo judicio, aut huic sedi voluit reservari, ne a tam pravis, sicut estis, hominibus damnarentur aut ejicerentur. In his omnibus vos stultos et prævaricatores Evangeliorum et canonum esse, nulli sane sapientium est absconditum.

35. Nec his contenti estis in vestra prævaricatione, sed etiam prius expulsos eos et suis exspoliatos rebus vocastis atque damnastis, cum nullus regulariter damnandus sit, nisi fuerit restitutus, et sua omnia ei legibus sint integerrime restituta. Est namque in sæpe jam dicta sancta synodo ab omnibus unanimiter decretum, et auctoritate apostolica reboratum, ut si quis episcoporum suis fuerit rebus exspoliatus, et in accusatione pulsatus, ordinatione pontificum oportet et decet sanctum propositum prima fronte certare; ut omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, legaliter primo potestati ejus ab honorabili concilio redintegrentur, et præsul regulariter prius

[95] Matth. x, 28. [96] Levit. xix, 13. [97] Luc. x, 16. [98] Coloss. iii, 25. [99] Matth. xxi, 12. [1] Psal.lxxxi,1. [2] Matth. vii, 1, 2.

statui pristino reddatur, et ipse depositis ordinatisque rebus suis, tunc ad tempus veniat ad causam. Et si ita juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Quare ergo transgressi estis terminos Patrum, judicantes et damnantes eos quos non debuistis? Quare judicastis eos quos non regulariter approbastis, quod in Regnorum libro scriptum est : *Non quomodo videt homo, videt Deus, quia homo videt in facie, Deus autem in corde videt* [3]. Et in Paralipomenis : *Omnia corda scrutatur Deus, et omnem cogitationem novit* [4]. Et alibi scriptum est : *Non potest humano condemnari examine, quem Deus suo reservat judicio* [5]. Hæc omnia summopere præcavenda sunt, nec accusatio episcoporum facile est recipienda, dicente Domino : *Non suscipias vocem mendacii* [6]. Et apostolus inquit [7], adversus presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris, vel cæteris fidelibus sunt præcavenda, quanto magis de episcopis? Quibus cognitis, magis vos dominari velle manifestum est, quam consulere fidelibus, aut sustentare eos. Quia honor inflat ad superbiam et quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxiam. Decuerat namque vos juxta præfatas regulas, si aliquid egissent contra suum ordinem, mandare nobis et exspectare quid ad vestra consulta rescriberemus, in tantum ut si etiam quidquam grave intolerandumque commisissent, nostra exspectanda censura, et nihil prius aut aliud decernere, quam quod nobis placere cognovissetis, ita ut a regulis præstitutis nulla aut negligentia aut præsumptione recederetis. Cesset hujusmodi pressa auctoritate præsumptio, vitentur hujusmodi nocumenta, quia nequaquam talia patienter ferre possumus machinamenta. Quoniam convenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Merito namque nos causa respicit, si silentio faveamus errori.

55. Est insuper in prædicta sancta Nicæna synodo statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione, nec illi qui nos in suo nolunt recipere querela vel accusatione : cum nos super illos sciamus a Domino constitutos, non illos super nos. Et sicut major non potest a minore judicari, nec ita colligari, quia ratum est omne quod magnum est. Portamus onera omnium qui gravantur; quinimo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, et cujus regula informamur, quatenus ejus fulti auxilio, ab omnibus nunc et in perpetuo tueamur adversis. Data Kal. Novembris, Feliciano et Maximiano viris clarissimis consulibus.

Epistola Athanasii et Ægyptiorum ad eumdem papam de oppressionibus Arianorum.

Domino beatissimæ, et honorabilii sancto Patre Liberio papæ, Athanasius, et universi Ægyptiorum episcopi, in unum synodice apud Alexandriam congregati.

(44) Vestræ beatissimæ paternitatis jura penes Deum sint manifesta, dum prædicationibus scilicet apostolicis, et doctrinis veræ fidei cultura universa repleta sit terra. Per divinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superædificatur orthodoxa Christi Ecclesia, apostolica institutione fundata, et a fidelibus Patribus firmissime roborata. Ad quam omnes beatissimi apostoli, pari honoris et potestatis consortio prædíti, populorum agmina convertentes, pie sancteque de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines divinæ prædestinationis gratia præscitos, salutaribus præceptis ac monitis perduxerunt. Quorum sanctorum apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, et perfectius implens exempla, Ecclesiam Dei morum probitate et actuum sanctitate condecorat, et fide sacra, Christianisque moribus augens, quæ fieri Deo placita præcipit, studiis pontificalibus indesinenter operatur et perficit, servans legis divinæ mandata : *Quia non legis auditores, iusti sunt apud Deum*, sicut narrat Apostolus, *sed factores legis justificabuntur* [8]. Nos enim hæc meditari cupientes, et ea quæ a sancta sede vestra, apostolorum eorumque successorum prædicatione **608** suscepimus, atque quæ in Nicæna synodo roborata cognovimus prædicare, et Arianorum blasphemias, atque aliorum hæreticorum repellere : qui quotidie ab his persequimur, et damnationi tradimur, atque morti destinamur. Qua de re precamur, ut vestris exhortationibus, tam per vos quam et apocrisiarios vestros adjuvemur, ne, dum illi crescunt et nos minuimur, vera fides destruatur, et eorum hæresis ultra fidem nostram crescat. Quoniam timeo ut, postquam abundaverit iniquitas, refrigescat charitas multorum [9]. Pro qua re, multa vestræ sacræ doctrinæ, tam apud Deum quam apud cunctos fideles, merces et laus reposita est, si vestra resecentur auctoritate. Nostram enim fidem, quam a sanctis Patribus accepimus et tenemus, atque docemus, subter inseruimus. Ut si aliquis vobis aliter nos credere, aut docere, aut accusando, aut mussitando retulerit, vel detrahendo scriptis mandaverit, per hanc manifeste nos ita credere et docere agnoscatis. Credimus namque in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium, necnon et invisibilium conditorem. Et in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium

[3] I Reg. XVI, 7. [4] I Paral. XXVIII, 9. [5] I Cor. IV, 3. [6] Exod. XXIII, 1. [7] I Tim. V, 19. [8] Rom. II, 13. [9] Matth. XXIV, 12.

(44) Vide Victoris Carthaginensis epist. ad Theodorum papam.

Dei natum ex Patre unigenitum, hoc est, ex substantia Patris : Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non creatum, homousion, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ. Per quem omnia facta sunt, cœlestia et terrestria. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est, et homo factus, passus est, et resurrexit tertia die. Ascendit in cœlum, inde venturus judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat tempus quando non erat : et, Priusquam nasceretur non erat : et, Qui ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia, dicunt esse convertibilem, atque mutabilem Filium Dei : hos anathematizat catholica et apostolica Ecclesia. Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem et octo, et cognoverunt et amplexi sunt, et consonantes et unanimes scriptis exclamaverunt. Sed modo, quoniam contra hæc ex nostris talia exsurgunt, qualia non debent, venite et vos, dilectissimi fratres, cum Deo, et descendamus ad visitationem, id est, inquisitionem sermonum eorum, et confundamus per approbationem verissimam ibidem linguas eorum elevatas contra scientiam unigeniti Filii Dei, iniquitatem in altitudinem humanitatis ejus loquentes : *Dirumpamus vincula eorum*, per gladium spiritualem, quod est Verbum Dei, *projiciamus a nobis jugum ipsorum* [10], per expugnationem profani sensus illorum. Tunc etenim ipse quoque *Dominus irridebit eos, et subsannabit, et tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos* [11]; secundum beatum Jeremiam, dicens : *Falso prophetæ isti vaticinantur in nomine meo. Non enim misi eos, et non præcepi eis, neque locutus sum ad eos : visionem mendacem, et divinationem, et fraudulentiam, et seductionem cordis sui prophetant vobis. Ideo hæc dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo mendacium : erunt projecti in viis Jerusalem, et conculcatio omnium pie confitentium me, et non erit qui sepeliat eos* [12]. Nemo enim abscondere potest quibusdam subreptionibus commendatitiis, sicut nec foliis fici antiquus transgressor præcepti Adam potuit, qui per propriam linguam inverecunde nudatur : *Laqueus enim fortis viro labia ejus, et captus propriis sermonibus, et opera manuum ejus, retributio autem laborum ejus dabitur ei, et impietatis reprehensio* [13]. *Arguam te*, inquit, *et statuam contra faciem tuam, existimasti inique, quod essem tibi similis* [14]. *Propterea*, sicut dicit Dominus ad Gedeon, *deponamus eos ad aquam veræ discretionis, et probemus eos ibi regulari examinatione in idipsum pronos corruentes* [15], per ostensionem pravi intellectus eorum, utrum ne sint apud se sapientes divini verbi scientiam ignorantes. Quoniam dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam [16] catholicæ Ecclesiæ propria novitate, sive per ea quæ illicite in ejus defensione gesta sunt hæreticam turbulentiam introducentes, illud competenter ad nos retinentes, quod bene ad Jesum Filium Sirachi dictum est : *Usque ad mortem certa pro veritate, et Dominus pugnabit pro te* [17]. Hujus rei gratia universalis vobis a Christo Jesu commissa est Ecclesia, ut pro omnibus laboretis, et cunctis opem ferre non negligatis : *Quia, dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet* [18]. Ideoque tanta urgente necessitate, summopere comprimite vestra summa auctoritate infestos, relevate oppressos, ut absque gravi, Domino opitulante, difficultate, ipsi gratanter omni tempore sacrificare mereamur illæsi. Et subscriptio : Æterna te servet Divinitas, per multos annos, sanctissime Patrum Pater. Amen.

Rescriptum Liberii papæ ad eosdem.

Dilectissimo filio Athanasio, et omnibus in unum congregatis, et de Trinitatis fide recte sentientibus Ægyptiorum episcopis, Liberius papa.

(45) Olim et ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem pro universali Ecclesia ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat statum sanctæ Ecclesiæ commovere ad læsionem recte credentium, absque sui periculo honoris. Epistolam siquidem vestram nobisque directam, ante nos recitari fecimus, tribulationes et persecutiones, quas pro recta fide patimini, intelleximus. Super quibus et nos una vobiscum condolemus, et laborare pro vobis, ut pater pro filiis, parati sumus. Fidem vero Nicæni concilii in eadem epistola rectam reperimus, super qua et Deo gratias uberrimas retulimus. Pro qua non solummodo persecutiones et passiones sustinere vobiscum parati sumus, sed etiam si necesse fuerit, mori pro Christi nomine, in quantum nostra sinit fragilitas, non respuimus. Igitur prædictum sanctum, ut legimus, concilium definivit Nicænum, (46) aliam fidem nulli licere proferre aut conscribere, vel componere, aut sapere, vel docere aliter, nec quidquam in fide sentire aut proferre, quod his Patrum regulis possit obviare. Qui autem præsumpserit aliam fidem componere, aut preferre, vel docere, aut tradere aliud symbolum, ad viam veritatis converti desiderantibus de quacunque hæresi, vel ex Judæis aut paganis Christianos se fieri volentibus; hi si episcopi fuerint aut clerici, alienatos qui

[10] Psal. II, 3. [11] Ibid. 4, 5. [12] Jerem. XIV, 14-16. [13] Prov. VI, 2, 3. [14] Psal. XLIX, 21. [15] Judic. VII, 4. [16] Rom. I, 22, 23. [17] Eccli. IV, 33. [18] Luc. XI, 21.

(45) Leo, epist. 24.

(46) Ex conc. Lateran. anno 649, multa.

dem episcopos ab episcopatu, clericos a clero. Si **609** vero monachi, aut laici fuerint, anathemate feriri. Protestatur enim beatus Apostolus, dicens : *Si quis certat, non coronatur, nisi legitime certaverit* [19]. Et iterum Dominus ait : *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [20]. Videlicet certaminibus sacris propositis nobis, pro defensione catholicæ Ecclesiæ, magnaque salute ex hoc sperata ab omnium bonorum datore Deo, non deficiant manus nostræ, dilectissimi fratres, per occasionem cujuslibet desidiæ dissolutæ, sed fratres efficiamur per gratiam Domini, atque virtutem potentiæ ejus : *Quoniam perfecit pedes nostros tanquam cervorum, et super excelsa* firmius statuit [21], per intellectum summæ ejus humanitatis propter nostram salutem, maxime tamen habentes impositam sanctorum testium nubem : *Disponentes ergo omne pondus, et circumstantem adversariorum novitatem, per patientiam curramus aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Jesum* [22], qui, propositio nobis propter eum negotio, Spiritum suæ veritatis condonet loquentem in nobis, atque perhibentem magnalia fidei, per doctrinam sanctorum Patrum, quos adversarii calumniantur quotidie. In prophetis namque habetur: *Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor Justus ejus, et Salvator ejus ut lampas accendatur* [23]. Profecto catholica Ecclesia, quæ vera consistit Sion, et civitas Christi cœlorum ragis, per annorum spatia expugnata ab adversantibus verbo fidei, qui neque Deum timent, neque hominem reverentur, sed incassum perducentibus pias et canonicas de hoc verbo doctrinas, dum a diversis tantisque scripto, et sine scripto, contestationibus invitati fuissent corrigere propriam et a se pellere hæresim. Sicuti et per anteriorem cognitionem luculentius demonstratum est, tam per libellos, quam per suggestiones reverendissimorum sacerdotum, et venerabilium abbatum, Apostolo protestante nobis, *ut hominem hæreticum, post primam et secundam correptionem, evitare debeamus. Scientes, quia subversus est hujusmodi, et deliquit proprio judicio condemnatus* [24]? Nullo modo oportet nos deinceps tacere aut quiescere, ne quoquo modo iniqui judicemur, odibilem Deo partem amplectentes. Quoniam scriptum est : *Zelavi in peccatoribus pacem peccatorum videns* [25]. Et dicatur etiam de nobis : *Sacerdotes mei contempserunt meam legem, et polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum et profanum non habuere distantiam, et inter pollutum et mundum non intellexerunt* [26]. Sed consurgere nos convenit cum Deo, consistere prompte, induentes arma Spiritus adversus malignantes contra fidem ejus, ut approbemus Spiritus sapienter, id est, verba eorum, si ex Deo sunt. Scriptum est enim in Jeremia : *Probatorem dedi et in populo meo robustum, et scies et probabis viam eorum* [27]. Multa namque nobis necessaria est vigilantia, et tanta divinæ sapientiæ rimatio, quæ occulta tenebrarum revelat ad requisitionem hujusmodi rei, et scrutationem, quæ latet quodammodo et absconditur, vixque comprehenditur, dolosa existens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutantium mentem latere. Quod utique sciens beatus Apostolus, ait : *Nam hujusmodi pseudoapostoli, et operarii subdoli, transfigurant se in apostolos Christi* [28]. Sed non mirum quoniam et *ipse Satanas transfigurat se velut angelus lucis* [29]. Et ideo non mirum si non ministri ejus transfigurantur, velut ministri justitiæ, quoniam finis secundum opera eorum. Sed et Dominus in hoc præmuniens nos, ait : *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimento ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos* [30]. Ergo in idipsum ex toto corde ferentes ante omnia super tali quæstione deprecationem, et dicentes cum David : *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. Lucerna* enim *pedibus meis verbum tuum, Domine, et lumen semitis meis* [31], quoniam ipsius est, sicut ait beatus Daniel propheta : *Sapientia et fortitudo dat sapientiam sapientibus, et scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse revelat profunda et abscondita, et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est. Quia sapientiam,* inquit, *et fortitudinem dedisti mihi, et ostendisti mihi, quæ rogavi te* [32]. Cum ope divina uniuscujusque personæ descripta, eorum qui pro novitatis commento accusati de venerabili nostro scrinio obsecundantibus, et nobis ordinabiliter offerentibus, solertius intendamus, ita ut qui hæc præsumpserint prævaricati, primum quidem subjaceant judicio terribili omnipotentis Dei, deinde autem qualemcunque regalem indignationem revereantur. Per quam siquidem episcopi, qui clerici fuerint, a sui sacerdotii, sive a sui cleri ordine modis omnibus excidant. Si autem monachi sunt, segregentur, et alieni sint a suis locis. Sin autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur eis. Quod si privati, si quidem nobiles consistunt, suarum substantiarum proscriptionem patiantur. Sin autem ignobiles consistunt, non solum in corpore verberentur, sed exilio perpetuo castigentur, ut omnes timore Dei compressi, et comminata eis digna supplicia reverentes, immobilem et sine turbatione pacem sanctarum Dei Ecclesiarum custodiant. Data VIII Kal. Junii, Asclepio et Deodato venerabilibus coss. Explicit Gloria Christo Jesu Domino nostro. Pax vobis. Amen.

[19] II Tim. II, 5. [20] Matth. X, 22. [21] Psal. XVII, 34. [22] Hebr. XII, 1, 2. [23] Isa. LXII, 1. [24] Tit. III, 10, 11. [25] Psal. LXII, 3. [26] Ezech. XXII, 26. [27] Jerem. VI, 27. [28] II Cor. XI, 13. [29] Ibid. 14. [30] Matth. VII, 15, 16. [31] Psal. CXVIII, 18, 105. [32] Dan. II, 21, 22.

Epistola Ægyptiorum pontificum ad Felicem de infestationibus Arianorum.

Domino ter beatissimo, et honorabili sancto Patri Felici sanctæ sedis apostolicæ urbis Romæ papæ; Athanasius, universi Ægyptiorum, Thebaidum et Libyorum episcopi, in sancta Alexandrina synodo gratia Dei congregati.

Vestro sancto suggerimus apostolatui, ut nostri, more solito, sollicitudinem gerere dignemini, juxta vestram prudentissimam sapientiam, quæ omnibus luce clarius manifesta est, quia apostolicis vastra beatitudo visceribus commota, super tribulatione nostra, nos omnes hortata est ad tuitionem catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, in unum convenire, et de nostra canonice oppressione et unanimiter tractare, dum constat nos una cum beato Paulo apostolo eadem compassibiliter dicere : *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror* [33]? Satagentes, ne aliqua de iis, quæ vobis creditæ sunt rationabilibus ovibus, a bestiis capiatur. Ideo, Pater beatissime, quia semper antecessores nostri, et nos a vestra apostolica sancta sede auxilium hausimus, et nostri vos habere curam novimus, præfatam **610** apostolicam et summam expetimus, juxta canonum decreta, sedem, ut inde auxilium capiamus; unde prædecessores nostri ordinationes et dogmata, atque sublevationes traxerunt. Ad eam quoque quasi ad matrem recurrimus, ut ejus uberibus nutriamur, quoniam non potest mater oblivisci infantem suum, Sic et vos nolite oblivisci nos vobis commissos. Quoniam non levibus nos inimici nostri implicuerunt, et quotidie facere moliuntur afflictionibus, et apprehendere, ac (47) ferris nos constringi minantur, nisi eorum consentiamus erroribus, quod nequaquam vobis inconsultis agere præsuminus. Canonibus quippe jubentibus absque Romano pontifice nos de majoribus causis nihil debere decernere. Ideoque ad propositum recurrentes, et ad bravium properantes, vestræ apostolicæ sedis imploramus auxilium. Quia, ut credimus, non despexit Deus preces cum lacrymis sibi oblatas servorum suorum, sed ob id vos prædecessoresque vestros, apostolicos videlicet præsules in summitatis arce constituit, omniumque Ecclesiarum curam habere præcepit, ut nobis succurratis, nosque tuentes; quibus omne episcoporum judicium est commissum, liberare ab hostibus nostris non negligatis. Nam scimus in Nicæna magna synodo trecentorum decem et octo episcoporum, ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Romani pontificis sententia concilia celebrari, nec episcopos damnare, licet hæc synodica capitula alia complura pernecessaria, ab hæreticis, qui nos quotidie infestant et perdere nituntur, ut facilius nos capere possint, sint incensa, nobisque sublata. Qua de re hac inventa occasione, indifferenter omni canonica et apostolica postposita auctoritate, nos vi a propriis, vobis inconsultis, illicite expellunt sedibus, ovesque nobis a Christo Domino apostolica commissas gratia, invadunt, gradibus privant : et quod pessimum est, et omnibus Christianis legibus inimicum, interficere decertant. Vos ergo ut semper vestræ sedi sanctæ consuetudo fuit, periclitantibus subvenite, oppressos roborate, tribulatis manum porrigite, taliaque prohibete, et leges imponite, ut apostolica doctrina, quæ in Deo est, cito ad victorum judicium perducere valeat nostrum, nosque apostolorum principe suffragante Petro, ab imminentibus periculis liberare (48). Novimus namque in jam facta Nicæna synodo generaliter esse decretum, ut nullus passim, vageque episcopos, aut præsumptive lacerare, aut accusare, et qui non sunt rectæ fidei vel bonæ vitæ, vel elaræ conversationis, infamare præsumat. Sed prius si erga episcopos, vel auctores Ecclesiæ quisquam causam habuerit, eos cum charitate mansuete conveniat, ut ab eis vulnus unde agitur, recte sanetur. Aut ipse, si secus egerit, accusator excommunicetur. Quod si ab eis nihil recte valuerit percipere, tunc primo summos adeat primates, et ipsi tempore congruo canonice eos convocare debebunt. Qui si aut suis rebus exspoliati, aut a propriis sedibus ejecti, aut exsiliati, vel oppressi, aut inique tractati fuerint, primo eruantur, et canonice restituantur, atque omnia sibi sublata (49) integerrime eis legibus reddantur. Quoniam priusquam hæc fiant, ut in prædicto constitutum est concilio, nec canonice convocari, nec distringi a quocumque possunt. Quoniam nec sæculi leges hæc fieri permittunt, quanto minus ecclesiasticæ? Similiter et a supradictis Patribus est definitum consonanter, ut si quisquam episcopum, aut metropolitanum, aut comprovinciales, vel judices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellent sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi, ac absolvendi, speciali est privilegio super alios concessa. Ipsa enim (50) firmamentum a Deo fixum et immobile percepit, quoniam ipsam formam universorum titulorum lucidissimam Dominus Jesus Christus veram apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes vertuntur, sustentantur, levantur, et sicut in Christo Christiani, et in petra, id est Christo, Petrus, Petri renovantur Ecclesiæ : *Tu es* enim, sicut divinum veraciter testatur eloquium, *Petrus* [34], et super fundamentum tuum Ecclesiæ columma, id est, episcopi, qui Ecclesiam

[33] II Cor. xi, 29. [34] Matth. xvi, 18.

(47) Stephanus Dorensis ad Martinum papam.
(48) Habetur in epist. decret. Julii contra Orientales pro Athanasio.
(49) Adr. coll. 35.
(50) Sergius Cypri, epist. ad Theod. papam cons. II concil. Lateran.

sustinere, et propriis humeris portare debent, sunt confirmati. Tibique claves regni cœlorum commisit, atque ligare, et solvere potestative, quæ in terra et quæ in cœlis sunt, promulgavit. Tu profanarum hæresum, et impetitorum, atque omnium infestantium depositor, et princeps, et doctor, caputque omnium orthodoxæ doctrinæ et immaculatæ fidei exsistis. Igitur ne despicias Patrum tuorum, Pater, pietatem, bonamque intentionem. Et sicut illi Patres et prædecessores nostros a multis liberaverunt oppressionibus et angustiis, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestræ sanctæ et apostolicæ sedi licentia, injuste damnatos vel excommunicatos, potestative sua auctoritate restituere, et sua eis omnia reddere, et illos qui eos condemnarunt, aut excommunicaverunt, apostolico punire privilegio : sicut etiam nostris et antecessoribus cognovimus actum temporibus. Porro et ipsi primates, qui episcoporum et summorum ecclesiasticorum causas suscipere debent, in præfixa Nicæna synodo sunt dinumerati, ne in posterum ex hoc contentio oriretur. (51) O sanctissime Pater Patrum, abscinde blasphemias et jactantiam vaniloquorum et insidiantium infestationes, nos et fratres nostros opprimentium,atque perdere volentium, qui ad vos quasi ad caput confugimus, ut vestro suffulti auxilio liberemur, et vobis nobisque Christi commissas oves a luporum ore, Domino adminiculante, antequam deglutiantur, rapiamus. Nec enim (52) fas est supplicum apostolicæ sedis scripto, aut sine scripto, preces oblata despicere, sed ut condecet, et privilegium vestræ sedis est, et nos, et illi canonicaliter convocemur, et ante vos de nostris objectionibus canonice cum omni probitate concertemus. Sicut prædecessores nostri penes vestros fecerunt antecessores, et sicut canonica in prædicta sancta synodo docent constituta, et veluti paleati verbi per ventilabrum canonicæ examinationis plenam purgationem, in communi consistentes auditorio, de maturis et nutrientibus catholicæ Ecclesiæ dogmatibus, quæ confirmant cor hominis, per participationem paternarum consequamur institutionum. (53) Antiquis enim regulis sancitum est, ut quidquid, quamvis in remotis aut in longinquis positis provinciis, super episcoporum querelis aut accusationibus ageretur, non prius tractandum vel accipiendum esset, quam ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset pronuntiatio facta, qua infirmaretur, aut firmaretur. Indeque sumerent normam, unde Ecclesiæ sumpsere exordium prædicationis, ne passim ab insidiatoribus columnæ everterentur Ecclesiæ. Certum est enim eidem sanctæ sedi vestræ in honorem beatissimi Petri. Patrum decreta peculiarem decrevisse reverentiam Dei, pro rebus inquirendis atque determinandis, quas sollicite decet justeque ab ipso præsulum examinari vertice apostolico, cujus sollicitudo semper fuit et est tam mala damnare quam probare laudanda. Quoniam humillimum vestro apostolico culmini persolventes obsequium, ut ipse Dominus præcepit, sanctorum decreta Patrum statuerunt, cum lacrymis suggerimus quod sine gemitu cordis reticere non valemus. Nam in tantum a persecutoribus sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisque inimicis persequimur, ut **611** magis nos vivere, quam mori tædeat. Unde præ omnibus fatemur,in tantum cor esse nostrum vulneratum, ut propheticum illum planctum exoptemus, dicentes : *Quis dabit capiti meo aquam,aut oculis nostris fontem lacrymarum, ut sedentes ploremus die ac docte* [35] ? Ecce enim oves, quæ nimis infestantur, atque a pravis amoveri hominibus impelluntur. Christianorum vero voces ac gemitus episcoporum longe lateque resonant, novitates insurgunt, calumniæ crescunt, persecutio grassatur, perditio fit populorum. Vestrum est nobis manum porrigere, vobis enim commissi sumus, vestrum est nos defendere atque liberare, nostrumque est a vobis auxilium expetere, et vestris parere jussionibus. Pro nimio ergo dolore, atque gemitu omnium quæ nos infestant necessario recordari, vobisque significare nequimus. Ideo almum vestrum exoramus apostolatum, ut super his legem, quæ in memorata Nicæna synodo est promulgata, quamvis prædictorum insidiatorum,et aliorum malorum hominum, quo facilius episcopos Dei ministros valeant illaqueare, est suffocata, reparetis : et quæ necessaria fore cognoscitis, vestræ sanctæ sedis auctoritate nos cunctosque fratres informetis, ut malorum insidias hominum, vestra fulti auctoritate illæsi, Domino opitulante, evadere valeamus, quia insidias luporum prævidere, non ovium (54), sed pastorum est.Scimus enim quod id semper vestræ sedis præsules, primo apostoli,deinde successores eorum fecerunt.(55) Vos universalis Ecclesiæ, et maxime episcoporum qui oculi Domini propter contemplationem et speculationem vocantur,curam gerere, ac de revelatione et lege nostra assidue cogitare debetis,sicut scriptum est: *Beatus qui meditatur in lege Domini die ac nocte* [36], Quæ meditatio, non lectione per figuram litterarum tantum conspecta, sed uberante in vobis Christi gratia in vestra cognoscitur conscientia immobiliter insita, et nullatenus de vestro corde recedente lege Christi Dei sacrosanta, sicut in Psalmi dicit Prophe-

[35] Jerem. IX, 1. [36] Psal. I, 2.

(51) Idem Sergius.
(52) Martinus papa, ibidem.
(53) PP. Afric. in ep. ad Theod. papam conc. ateran. ann. 649.
(54) Conc. III Rom. sub Symmacho.
(55) Victor. Carth. ep. ad Theod. papam, unde multa huc invecta sunt.

a : *Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium, lex Dei ejus in corde ipsius* [37], non atramento, sed spiritu Dei vivi vestris in arcanis conscripta, neque in tabulis lapideis sed in tabulis cordis carnalibus, sicut beatissimi apostoli Pauli ad Corinthios missa nos docet Epistola. Quibus præmissis significamus Deo placitæ fraternitati vestræ die septimo Kalendarum Augustarum, indictionis quartæ, nostram humilitatem divina gratia, suo ut præcepit munere præveniente, vestris sanctis ac Deo dignis precibus, in sancta Romana ecclesia pontificalis honoris accepisse consecrationem et stolam, in quo dignitatis fastigio ut Deo omnipotente altissimo regamur, et a malis omnibus liberemur. Ut non sacerdotale nomen tantum, sed Christi Domini nostri Dei protegente auxilio et meritum habeamus, vestris sanctis ac Deo acceptabilibus nos commendantes orationibus, poscimus quatenus et vestris deprecationibus pro nobis ad Deum effusis muniti, et eruditionibus bonis instructi, digni efficiamur cum omni nobis populo Christiano commisso illæsi, protegi velamento divino. Ad salutationem ergo vestræ sanctæ et honorandæ fraternitatis, vice nostra, Benedictum humilem nostrum fratrem vestrum episcopum, et Alexandrum presbyterum, Crispinum quoque diaconum, vestros famulos destinavimus. Propter quos postulamus celerius nobis a vestra beatitudine persolvi, ut vestris cohortationibus roborati, vestris regulis, inimicis videlicet compressis, informati, ad proprias prudenter consolati valeamus ecclesias ante hiemem Domino propitio remeare. Vestrum est quippe, Pater sanctissime, canonica instructione sollicite ecclesasticæ regulæ adversantibus, et fratrum insidiatoribus obviare, nec permittere noviter dici quod Patrum venerabilium auctoritas omnino non censuit. Nos enim humiles corde, sapientes, adjuvante Domino, quæ recta sunt uno vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, veram fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defensantes. Studiosius itaque a Catholicis improbis probe resistere nitendum est, ne torpentes, desidia oppressi, culpæ taciturnitatis teneamur obnoxii, et quasi favorem impendentes judicemur. Unde dictum est: Negligere, cum possis deturbatere perversos, nihil aliud est quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. Manifesta est, Doctor sanctissime venenosa serpentum sine simplicitate astutia, dum manifesta est dolosa inimicorum fallacia. Succurrite, quæsumus, oppressis, liberate nos de manu persequentium, ut cum beato Job cantetis : *Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum, justitia indutus sum, et vestivi me, sicut vestimento et diademate, judicio meo. Oculus fui cæco, et pes claudo. Pater eram pauperum, causamque quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, et de dentibus eorum auferebam prædam* [38], et reliqua. Nos enim, quos tua maxima exspectat cura, id est, episcopi omnes, præcipue tuum debemus mereri judicium, et non ab aliis devorari. Merito ergo nos sacerdotes Domini causa respicit, si silentio (56) faveamus errori. Si quidem corripiantur hujusmodi, nec sit liberum eis pro voluntate habere judicium, desinatque novitas incessere vetustatem, desinat Ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Nam omnes metropolitani, vel reliqui episcopi, sua odia aut vindictas in reliquos episcopos exercere non valeant. Ideo nominatim in Nicæna synodo expressi sunt primates, qui reliquos episcopos audire et judicare debeant, ne ulla fraus in judicio episcoporum possit irruere. Vos ergo qui in summo speculo gratiæ Dei estis depositi, attendere eos, et opprimere oportet, qui in fratres seditiones (57) et scandala excitant. Idcoque exoramus, ut minime despiciatis humilitatis nostræ, et omnium Orientalium orthodoxorum sacerdotum, et populorum afflictiones et damnationes, cum lacrymis oblatas. Sed sicut luminaria universo mundo, verbum vitæ retinentes, introductas exstinguite tenebras nefandissimorum insidiatorum, temporibus etiam nostris procaciter germinatas : quatenus funditus exstincta hujusmodi caligine, lucifer nobis resplendeat per vos, sanctissime Pater, et dogmatica definitio ubique omnes lætificans, qua gloriosi sancti Patres per propria piissime dogmata in æternæ vitæ firmam hæreditatem prædicasse noscuntur. Et subscriptio : Incolumem te, et beneplacitum Deo, sanctissime Pater Patrum, orantem pro nobis Dominus custodiat in ævum. Amen.

Rescriptum Felicis papæ ad eosdem

612 Reverendissimis atque dilectissimis fratribus Athanasio, et universis Ægyptiorum, Thebaidum, Libyorumque episcopis in sancta Alexandrina synodo congregatis, Felix almæ Romanæ urbis et universalis Ecclesiæ episcopus, et sancta synodus, quæ in urbem Romam convenit, in Domino salutem.

Sacram vestram synodicam epistolam per gratiam Spiritus sancti, et Deo placitum studium conscriptam, vestræ a Deo honorandæ sanctitatis gratia libenter suscepimus, atque instanter nostra in synodo recitare per singula jussimus, et omnes intente ejus colligere verba præcepimus. Super quæ dum lætari sperabamus et cupiebamus, *versa est in luctum cithara nostra* [39], et cantatio in plorationem, et omnino totius synodi gaudium in mœ-

[37] Psal. XXIX, 30, 31. [38] Job XXIX, 13-17. [39] Job XXX, 31.
(56) Ex epist. I Cœlestini I ad Gallos.

(57) Stephan. Durensis, ad synodum Lateranensem anno 649.

rorem translatum est, quia non decuerat, ut ii qui corpus (58) Christi quotidie proprio conficiunt ore, tantam paterentur persecutionem. Quoniam Dominus Deus noster salutem providens generis humani, mandavit persecutiones non fieri, neque fluctuationes inferri, aut invideri laborantibus in agro Domini, neque dispensatores magni Regis vexari, aut expelli. Quiescite, inquit sancta magna Nicæna synodus, et nolite persequi eos qui Deo perfecte ministrant, et sincera voluntate superni Dei mandata custodiunt, et nostris legibus subjugantur. Quia nec decet nec ordo patitur, ut iniqui et carnales spirituales persequantur. Omnis enim qui resistit alicui, nunc vertendo, nunc celando veritatem, mentitur adversus eum contra quem litigat. Et qui infestus est alicui, omnia sicut hostis agit, et insuper loqui contendit. Vos enim monemus fratres in speculis esse debere, ut in quantum esse potestis et Dominus auxilium dederit, talibus nostra apostolica vestraque auctoritate resistatis, nec quisquam vestrum a fratris auxilio se subtrahat, sed pro viribus adminiculum præstet. Quoniam licet pauci sitis, si unanimes fueritis, nullatenus, justitia suffragante, Domino quoque opem ferente, superabimini : *Quia funiculus triplex difficile rumpitur* [40]. Nam si officiis sæcularibus (59) humana lex subvenit, quanto magis ecclesiasticis, et Domini sacerdotibus, maximeque pontificibus, qui pupillæ oculorum Domini appellantur, divina atque canonica lex suffragari debet? Ait enim divinum de episcopis eloquium : *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei* [41]. Et si sæculares homines humana multipliciter exploranTur lege, et requisitiones atque induciæ illis multorum mensium conceduntur, ne injuste damnentur; quanto magis episcopis, qui proximiores sunt Deo, et super eos sunt constituti, positique in cœlesti militia, quæ impensius ponderanda est, temporaque sunt concedenda multo ampliora, ne a quibusdam graventur aut opprimantur, vel subito damnentur (60). Inspiciamus ergo, adjuvante Deo et sancto apostolo Petro, per quem et apostolatus et episcopatus in Christo cœpit exordium, quam pluros sæpe emerserunt causæ, quæ in quibusdam non erant causæ, sed crimina. Quia magis, ut comperimus, iniquitate fratribus sunt impositæ, quam charitate. Et ut de cætero sollicitudo sit, ne talia deveniant, capitula quædam, quæ a sanctis Patribus, tam in Nicæna synodo, quam in hac sede constituta sunt, ponamus. Quibus fratres et coepiscopi nostri fulti, insidias inimicorum Domino auxiliante valeant evadere, et prout Dominus dederit posse, paucioribus (61) tantorum malorum verbis imitemur compendium, et strictim quæ in volumen litterarum vestrarum comperimus retractemus, et alia nonnulla instantis temporis necessaria prout petitis ponamus.

(62) 1. Est namque synodicis decretum institutis, ut nemo episcopum penes sæculares arbitros accuset, sed ad summos primates.

2. Si quis adversus episcopum causam habuerit, non prius alios episcopos adeat, ut eum accuset, quam familiariter ei suam indicet querelam, et ab eo justam emendationem, aut rationabilem percipiat excusationem, ipsa nos instruente veritate : *Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te non audierit, adhibe duos vel tres tecum. Et si non audierit, dic Ecclesiæ* [42], id est, accusa eum publice, et non privatim, et reliqua.

3. Si quis episcopum posthac elegerit accusare, summis primatibus episcoporum suam indicet causam, et non sæcularibus, qui magis ad pacem (63) quam ad judicium eos revocent, ut charitas in omnibus et ab omnibus custodiatur. Si primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonice convocatam, non infra angusta tempora canonice convocent, et non priusquam eis per scripta significent quid opponitur, ut ad responsionem præparati adveniant. Nam si aut vi, aut timore ejecti, aut suis rebus exspoliati fuerint, nec canonice evocari ad synodum possunt, nec respondere æmulis debent, antequam canonice restituantur, et sua eis omnia legaliter reddantur.

4. Si quis episcoporum suis fuerit rebus exspoliatus, aut a sua Ecclesia vi aut timore expulsus, quod omni Christiano nomini est inimicum, oportet et decet episcoporum præpositum semper prima fronte sollicitum esse, ut omnia, quæ ei ablata sunt, potestati ejus legaliter reddantur, et præsul prius restituatur. Et postea non statim, sed diu et per spatiosa tempora, suis potestative depositis, ad suam necessitatem præparatis, ad tempus veniat ad causam. Et si juste visum fuerit, accusatoribus respondeat suis.

5. Nulli infami (64) atque sacrilego de quocunque liceat negotio, adversus religiosum Christianum, quamvis humilis servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de quælibet actione vel inscriptione Christianum impetere.

6. Si quis episcopus legitime accusatus, et supradicto ordine ad concilium canonice convocatus fuerit, absque trepidatione ire debebit. Et si ire non potuerit (65), pro se legatum ad synodum mittat.

7. Nullæ causæ a judicibus ecclesiasticis audian-

[40] Eccle. IV, 12. [41] Zachar. II, 8. [42] Matth. XVIII, 15-17.

(58) Hieronym. epist. ad Nepotianum.
(59) S. Greg. ep. 120, l. VII.
(60) Innoc. ep. 2.
(61) Innoc. ep. 7.
(62) Carth. III, c. 9.
(63) Carth. IV, c. 26.
(64) Ex Aniano.
(65) Adr. c. 5 et 11.

tur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur.

8. Si quis aliter non acquieverit, nisi ut episcopum accuset, supra taxato hoc tenore agere debebit, quia aliter rata non potest accusatio exsistere. Tunc primo accusati causam accusator (66) apud primates canonice deferat. Nam a communione prohibeatur accusatus, nisi ad electorum judicium canonice convocatus infra tres aut sex, vel plures menses pro suis rationem redditurus venire distulerit. Quod si probare potuerit quod voluerit, sed non potuerit **613** venire, nihil ei nocebit. Ille vero, qui vi, aut timore a sede pulsus, aut suis rebus exspoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quam ei omnia legibus redintegrentur (67). Et tandiu in sede propria pacifice et potestative cuncta disponens resideat, quandiu expulsus, vel exspoliatus carere visus est rebus. Cum autem ad judicium venerit, si voluerit et necesse fuerit, induciæ ei petenti a Patribus constitutæ absque impedimento concedantur, et judices a se electi tribuantur, ut in loco unde est ille qui accusatur, aut si alibi alicujus temerariæ multitudinis vim metuerit, locum sibi congruum eligat, quo absque timore suos, si necessitas expoposcerit, testes habere, et absque impedimento suam carnonice sententiam finire valeat.

9. Quia multa per subreptionem evenire solent, (68) illis testificandi vel accusandi licentia denegetur, qui Christianæ religionis et nominis dignitatem et suæ legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita, neglexerint.

10. Multum derogatio prævalet, quando derogato creditur. Ideo variis detractionibus atque accusationibus non decet (69) labefactari primatem, sed magis Patrum regulis roborari, nec facile aut indifferenter suscipere accusationes præsumat, dicente Domino : *Non suscipias vocem mendacii* [43]; sed prius probare debet suspicionem et causam, aut quo animo hoc faciat et postmodum suscipere, quia veritatis professionem, propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odii et cupiditatis intentio, impedire, et adversa fratribus irrogare solet.

11. (70) Personæ accusantium tales esse debent, quarum fides et conversatio et vita probabilis, et absque reprehensione sit, et quæ omni careant suspicione. Quia et hoc, te præsente, ut bene nosti, in Nicæna synodo, propter malorum hominum infestationem ab omnibus est definitum, licet pravorum hominum insidiis sint hæc et alia complura deleta.

12. Primates illi, et non alii sunt, quem in præ- A dicta Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui vero, qui metrepolitanas (71) tenent sedes, archiepiscopi vocantur, et non primates, salva in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ab ipso Domino est concessa, et postea a sanctis Patribus roborata.

13. Primo semper in omni episcoporum accusatione, persona, vita et conversatio accusantium enucleatim inquiratur, et postmodum ea quæ objiciuntur, fideliter pertractentur. Quoniam nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius requiratur fides, personæ, vita et actus discutiantur, quia non debet pravorum aut insidiantium hominum pernicie vita lacerari innocentium. Sane sæpissime boni a malis persequuntur, qui non cessant suis calamitatibus aliis derogare. Ideo summopere prævidendum est, ne hæc fiant. B

14. Nullus servus, (72) nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitiis studet, nullus qui frequenter litigat, et ad causandum vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, necnon et universi quos ad causanda publice crimina leges publice non admittunt, permittatur episcopos accusare. Quoniam accusatores et accusationes, quas leges sæculi non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas recipere debeat ordo invenire nequeo, cum hæc et in Nicæna synodo prohibita sint, et illi magis ab istis, non isti ab illis judicari debeant, cum Apostolus dicat : *Spiritualis judicat omnia, ipse vero a nemine judicatur* [44].

15. Hæretici, a quibus nimium opprimimur, excommunicatique, homicidæ, (73) malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, et qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque se contulerint, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi. C

16. Non ita in ecclesiasticis (74) agendum est negotiis sicut in sæcularibus. Nam in sæcularibus, postquam legibus vocatus, et in foro decertare cœpit aliquis, non licet ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis vero, dicta causa recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit.

17. Quotiescumque (75) episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui juste et canonice recipi debeant, legitima in synodo suo in tempore congregata, ab omnibus canonice audiatur, qui sunt in provinciis episcopi. Quod si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur episcopus, quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debent, non ad litigandum. Nec illi, qui throni Dei vocantur, pravorum hominum insidiis D

[43] Exod. xxiii, 1. [44] I Cor. ii, 15.

(66) Carth. iii, 7.
(67) Rom. v, sub Symmacho.
(68) Anianus in c. 1, t. 7, l. 16, cod. Theod.
(69) Damas. epist. ad Illyricos.
(70) Adrian. 4 et 15.
(71) Adrian. col. 23 et 15.
(72) Carth. vii, c. 2.
(73) Adr. col. 63.
(74) Leo, ep. 54.
(75) Adr. 27.

turbari debent, sed libere Christo Domino famulari.

18. Quanquam provincialibus episcopis, una cum eorum metropolitano suæ provinciæ causas episcoporum; liceat charitative et concorditer agitare; non tamen, sicut in prædicta, te præsente, constitutum est synodo, licet definire, absque Romani pontificis auctoritate. Quod si secus a quibusdam præsumptum fuerit, ipsi qui hoc egerunt, suæ præsumptionis suscipiant damnum. Et illi, qui ab eis perperam excommunicati aut damnati fuerint, auctoritate hujus sanctæ sedis, et beati præceptoris nostri clavigeri Petri potestate solvantur atque restituantur. Ipse enim ait Dominus : *Quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in terra et in cœlis* [45].

19. (76) Quoties episcopi se a suis comprovincialibus, vel a metropolitano putaverint prægravari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem. Ad quam eos absque ulla detentione, aut suarum rerum ablatione, obedire liceat. Et dum ad prædictam Romanam matrem appellaverint Ecclesiam, aut ab ea se audiri expoposcerint, nullus eos, aut excommunicare, aut eorum res auferre, aut aliquam vim inferre eis præsumat, antequam horum causa Romani pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed et ipsum in Nicæna synodo constitutum, et antecessores nostros egisse, bene, Athanasi, nosti, quando tu et Paulus Constantinopolitanus, Asclepius Gazæ, et Lucianus [Lucius] Adrianopolites, ab episcopis Orientalibus inconsulto sanctæ memoriæ Julio prædecessore nostro damnati estis, et ad eum, quasi ad totius orbis caput, ut semper huic sanctæ sedi licitum fuit, confugistis. Cognita eorum nequitia, et vestra justitia, vos in communione suscepit, et omnium vestrum curam gerens, propter sedis propriæ dignitatem suas singulis reddens Ecclesias, Orientalibus scripsit, culpans eos quod non recte tractassent, viros inculpabiles de suis Ecclesiis expellentes, et constituta Nicæni concilii minime conservantes. E quibus ad certum diem nonnullos sibimet adesse præcepit, ut de talibus præsumptionibus certam redderent rationem, et coram eis ostenderet justum se super eis protulisse decretum. Determinatum est etiam, non talia deinceps fratres esse passuros. Et nisi ab hujusmodi præsumptionibus cessarent, a propriis esse gradibus eos recessuros. Tibi enim hujus sanctæ sedis privilegio, et tu et fratres tui proprias recepistis Ecclesias, cum omnibus ad vos pertinentibus. His enim et aliis quam plurimis documentis, manifestum est, nullum damnari, aut suis exspoliari rebus debere episcopum, **614** qui hanc sanctam sedem interpellaverit, aut sibi defensatricem asciverit, donec judicium de eo nostræ apostolicæ auctoritatis, hoc est, principis apostolorum Petri agnoscat. Quia solum Christus Jesus huic sanctæ sedi, id est apostolicæ, hoc facere commisit. Utpote quoniam solus, atque præ omnibus prælatus princeps apostolorum creditus est, atque percipere meruit a Rege regum Christo claves regni cœlorum.

20. De induciis vero episcoporum super quibus consuluistis, diversas a Patribus regulas invenimus institutas. Quidam enim ad repellanda impetitorum machinamenta, et suas præparandas responsiones, et testes confirmandos, et concilia episcoporum atque amicorum quærenda, annum aut sex menses mundaverunt concedi; quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus vero quam sex menses non reperi, quia a laicis hæc indulta sunt, quanto magis Domini sacerdotibus? Nam et a nostris antecessoribus, atque reliquis sanctis Patribus multoties inhibitum est, ne quis Domini sacerdotibus detractiones irroget, quanto magis accusationes non ex radice charitatis prolatas? Quiescite, inquiunt, et nolite persequi eos, qui Deo perfecte ministrant, quorum orationibus et terrena bella sedantur, et recedentium a Deo angelorum pelluntur incursus, quippe omnes dæmones, qui corrupti sunt, precum assiduitate confundunt. Induciæ namque non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendæ sunt, ut accusati se præparare, et universos communicatores in provinciis positos convenire, et testes præparare, atque contra insidiatores se pleniter armare valeant.

21. Judices enim, et accusatores tales esse debent, qui omnium careant suspicione, et ex radice charitatis suam desiderent promere sententiam. His igitur tam legaliter, quam et canonice prolatis, etiam omnium Christianorum reverentiam congaudere deposcimus, spiritali intercedente dilectione, et timore Dominico, per quem humana removetur offensio, et Ecclesiarum ædificatio præponitur universis, ut magis universi ædificationem fratrum laborent, quam ad damnationem, quoniam ait Dominus : *In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem* [46]. Jam enim formam dedimus, et a prædecessoribus nostris datam esse cognovimus, ut si quis se agnoverit Christianum, illud servet, quod ab apostolis noscitur esse traditum, dicente apostolo Paulo : *Si quis vobis annuntiaverit, præter quam quod accepistis, anathema sit* [47]. Christus enim Dei Filius Dominus noster, humano generi propria passione salutem plenissimam condonavit, ut nos liberaret. Ut si in tantum nos dilexit, ut etiam proprio Filio suo non parceret, sed pro nobis omnibus illum traderet, ut nos liberaret, ut quid nos non diligimus

[45] Matth. XVI, 19; XVIII, 18. [46] Joan. XIII, 35. [47] Galat. I, 8.

(76) Item ex Adriano.

fratres, aut eos temere judicamus? cum prædictus A enim hanc præterierunt, non tantum læsi deci-
dicat Apostolus : *Nolite judicare invicem, sed hoc magis judicate, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum* [48]. Nam si illi qui fratres diligunt, ex Deo nati sunt, et vident Dominum : quid ergo erunt illi qui eos persequuntur, et eos detrahendo, machinando, accusando, infestando, damnare moliuntur? Si illi filii Dei, procul dubio filii sunt diaboli, qui ut semper *sicut leo rugiens circumit, quærens quem devoret* [49], ita fratres insequuntur, ut perdant. Qui vero adjuvare fratres refugiunt, majus peccatorum onus acquirunt, et fraterni solatii rei exsistunt : *Væ,* inquit Propheta, *qui potum dat amico suo, miscens fel suum* [50]. Et iterum sapientissimus Salomon ait : *Quoniam qui loquitur iniqua non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. In cogitationibus ergo impii interrogatio erit. Sermonum autem illius ad Deum præmeditatio, ad correptionem iniquitatum illius, qui auribus zeli audit omnia, et tumultus murmurantium non abscondetur* [51]. Hæc enim si amplecti voluissent, proprio et sano sensu, ad reprobum sensum minime laberentur, sed per Dei timorem sermonum suorum præcaventes custodiam, piam sanctorum Patrum definitionem sine quadam præsumptione nocumenti utrique conservarent, quoniam dicit sacrum eloquium : *Consilium bonum conservabit te, et mens bona custodiet te* [52]. Non enim de fontibus salutiferis spiritualiter ad acquisitionem æternæ vitæ procedunt, tales accusatores, et detractores, atque ideo competenter nos beatus Paulus apostolus admonens, ait : *Non debere plus* C *sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem* [53] in definitione pietatis perdurantes. Qui

dentes a corroboratione sua, sed insipientiæ suæ dereliquerunt omnibus memoriam, ut his, quibus peccaverunt, minime latere potuissent : *Gloria enim et contumelia in loquela, et in lingua hominis casus illius est* [53]. Ideoque conveniens est hanc ostentationem, et reprehensionem illorum nostris actibus inseri, ne ulterius jam talia patiamini, seminantibus eis zizania, et scandala, sed lætari in officiis et dogmatibus vestris mereamini. Igitur erubescant talia, et hujusmodi blasphema subtrahere festinent, si noluerint a sacerdotali nostro collegio segregari, et a totius Christiani populi societate divelli. Licet namque de his plura et pernecessaria, quæ in decretis sedis apostolicæ, et ab apostolis B eorumque successoribus nostris ubilibet prædecessoribus statuta inveniuntur, dicere et conscribere potuissemus, tamen melius nobis visum est, ut epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens, et unus unigenitus Filius et Salvator noster Jesus Christus, vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus et coepiscopis nostris, quibuscunque tribulationibus laborantibus, totis succurratis viribus, et cum eis compatientes, crucem ejusdem Domini Salvatoris portetis, ut veri ipsius discipuli coram omnibus apppareatis. Ut et vos, et qui vobiscum sunt, hic et in futuro meliora possideatis, *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se* [55]. Per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem et cum quo omnipotenti Deo Patri gloria C in sæcula sæculorum. Amen. Valere vos opto, fratres charissimi. Data Idibus Februarii, Agathio, et Juliano, viris clarissimis, consulibus.

[48] Rom. XIV, 13. [49] I Pet. v, 8. [50] Habac. II, 15. [51] Sap. I, 8-10. [52] Prov. II, 11. [53] Rom. XII, 3. [54] Eccle. v, 15. [55] I Cor. II, 9.

---

615 IN VITAM BEATÆ SYNCLETICÆ ADMONITIO.

Vitam beatæ Syncleticæ antiquissimum esse opus suadent Vitæ Patrum *lib.* V *et* VI, *apud Rosweidum, et ipsæ sane antiquissimæ, circa sextum sæculum Latine translatæ; ubi complura subinde occurrunt ex Vita beatæ Syncleticæ mutuata. Ejus auctores varii assignantur, ex quorum numero Athanasius, qui ut vi et præstantia nominis cæteris longe antecellit : inde sane contingit ut, neglectis pene aliis, quibus potiori forte jure hoc opusculum tribueretur, a multis nec ignobilibus scriptoribus Athanasio ascribatur. Nec prætermittenda Nicephori Callisti verba lib.* VIII, *c.* 40 : Τὴν Ἀντωνίου φιλοσοφίαν ὁ τὰ πάντα ἄριστος Ἀθανάσιος, καὶ αὐτῷ διαφερόντως φιλούμενος, πρὸς λεπτὸς ἱστορήσας ἐξέδωκε· τὰς μετὰ δαιμόνων πάλας αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐξευρημένας τέχνας· αὐτῷ κατ' αὐτῶν, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ βίου τεράστια, καὶ πάνθ' ἕκαστα διαγράψας· ὡς ὅρον εἶναι μοναδικῆς πολιτείας τὸ σύγγραμμα. Ὁποῖα δὴ ὁ αὐτὸς Ἀθανάσιος κἀν τῷ βίῳ Συγκλητικῆς ἔπραξεν· ἀνδρῶν μὲν πολιτείαν ἐντεῦθεν, γυναικῶν δ' ἐκεῖθεν ὑποτιθεὶς, ὡς ἐν πλάσματι διηγήσεως. *Id est,* Antonii philosophiam vir longe præstantissimus Athanasius, qui etiam ipsi fuit charissimus, pluribus descriptam edidit, conscripsitque ejus adversum dæmones certamina, quasve artes ad ipsos debellandos adinvenerit, necnon alia vitæ illius prodigia minutatim enarrata : adeo ut liber ille sit quasi vitæ monasticæ norma. Cujusmodi item sunt quæ idem Athanasius descripsit in vita Syncleticæ : in priore quidem libro virorum vivendi rationem; in sequenti vero mulierum proponens, quasi sub forma narrationis. *Præterea in codice Vaticano* 823, *teste Holstenio in animadversis ad Martyrologium Romanum, hæc vita Athanasii nomen præfert : itemque in bibliothecæ Scorialensis exemplari, quod memorat Alexander Barvoetius in cathalogo illius Bibliothecæ, ad cujus fidem David Colvillus Latinam interpretationem suam adornavit, editam a Bollando ad* 5 *Januarii. Hæc quantulacunque sint testimonia, exigui aut nullius momenti videbuntur iis qui vel primo-*

ribus labris Athanasii stylum orationisque genus attigerint; tantum scilicet abhorret hoc opusculum ab Athanasiana illa eloquentia, sale, gravitate. Ad hæc nullus assignatur scriptor, ad quinque sexve sæcula post Athanasii ætatem qui id operis tribuat Athanasio. Tradit autem Holstenius in alio codice vetustissimo Cryptaferratensi bibliothecæ Vaticanæ num. 1589, *eam Vitam adjudicari Polycarpo ascetæ. Codex autem quo est usus Cottelerius qui tomo I* Monumentorum ecclesiæ Græcæ *vitam Syncleticæ evulgavit, nullum præfert auctoris nomen. In schedis vero Combefisianis quarum perhumaniter nobis copiam fecit vir eruditus R. P. Lequien ex ordine Prædicatorum ad calcem operis hæc leguntur :* Hucusque qui ex sancta (Syncletica) per beatum Arsenium Pegadensem prodierunt sermones : *unde forte inferatur Arsenium illum gesta dictaque Syncleticæ collegisse. Qui Arsenius longe diversus esse videtur a prisco illo Arsenio monacho qui quarto sæculo floruit. Cæterum multa uti diximus in* v *et* vi *Rosweidi libro ex hoc Opere ad verbum excerpta leguntur, quæ nos ad marginem pro facultate notavimus. Similiter in Apophthegmatibus Patrum, et in Scholiis ad Joannem Climacum identidem laudatur Vita sanctæ Syncleticæ.*

—

VITA ET GESTA SANCTÆ BEATÆQUE MAGISTRÆ SYNCLETICÆ.

1. Par esset omnes homines bonarum rerum esse peritos. Ita enim in negoliis exercitati, vitam transigerent absque detrimento. Nam simplicioribus multæ perutiles res sunt occultæ, quod ideo illis obvenit, quod ex socordia hebetiore sint mente. Enimvero plerumque pretiosæ margaritæ, in pauperes vilesque viros inciderunt, qui ex artis imperitia, eas nihili naucique fecerunt. Nos itaque qui animo sumus puerili et imperito, cum incidissemus in hanc margaritam, non magni faciebamus illam, dum solam speciem attenderemus, et a naturæ dignitatisque illius notitia multum abessemus: ubi autem paulatim ejus propius pulchritudinem spectantes, præstantiam docebamur, divino erga perceptam rem amore accendebamur. Ipsæ namque res mentem nostram ad desiderium inflammabant.

2. Quorsum autem loquar de præsentibus, aut me illis adnumerem quasi nos aliquid sciamus,aut eloqui valeamus de præclara et beata Syncletica ? Omnium quippe hominum naturam,bonis ejus operibus recensendis imparem arbitror. Quod si quis de illa loqui aggrediatur, quantumvis sapiens sit ac peritus, longissime aberit a re proposita exsequenda. Quemadmodum enim qui solem intentius respicere volunt, oculorum damno afficiuntur, ita etiam qui ejus vitam contemplari nituntur,ob præclare gestorum præstantiam, **616** vertigine correpti, cedentes demum ac viribus destituti, in mentis incidunt perturbationem.

3. Nos autem pro viribus nostris ejus vestigia consectati, et ab ejus æqualibus de primæva ejus ætate paucis eruditi, ex ipsisque rebus aliquantulum illustrati, scribere ingredimur, nobisque ipsis salutarem cibum recondimus. Nam pro dignitate illius eloqui, non impossibile modo nobis est, sed multis aliis perarduum ac difficile.

4. Quæ cœlestis συγκλήτου seu senatus nomen habet, ex Macedonia oriunda est. Majores siquidem ejus audito Alexandrinorum erga Deum et Christum amore,ex Macedonia in Macedonis urbem

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥ ΣΥΓΚΛΗΤΙΚΗΣ.

1. Ἔδει πάντας ἀνθρωπους τῶν καλῶν μὴ ἀμυήτους ὑπάρχειν. Οὕτω γὰρ ἐγγεγυμνασμένοι τοῖς πράγμασιν εἰ εἶεν, τὸ ἀζήμιον εἶχον ἐν βίῳ· καὶ γοῦν τοὺς ἀκεραιοτέρους τὰ πολλὰ τῶν χρηστῶν διέλαθεν. Τοῦτο δὲ πεπόνθασιν ἐκ τοῦ τὴν διάνοιαν αὐτοῖς ἀμβλυωτέραν καθεστάναι ὑαὸ τῆς ἀμελείας. Πολλάκις γὰρ καὶ μαργαρῖται πολύσιμοι εἰς πένητας παρῆλθον ἄνδρας. Οἱ δὲ ἀδοκίμαστον τὴν περὶ τούτων τέχνην ἔχοντες, ὡς μικρῶν τινων καὶ οὐδαμινῶν κατεφρόνησαν. Ἡμεῖς γοῦν, νηπίαν καὶ ἀνάσκητον ψυχὴν ἔχοντες, τῷ παρόντι ἐντυγχάνοντες μαργαρίτῃ, οὐδὲν μέγα τοῦτον θεωροῦμεν, τῷ σχήματι μόνῳ ἐνατενίζοντες, τῆς δὲ φύσεως αὐτῶ, ὅσον πρὸς γνώσιν, μακρὰν τυγχάνοντες. Ὡς δὲ κατ' ὀλίγον ἐκ τῶν πέλας ἐδιδασκόμεθα τὸ κάλλος αὐτοῦ, θεῖος ἔρως καὶ ἡμῖν ἐνεγεννᾶτο πρὸς τὸ ὀφθέν· καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ πράγματα ἐζωπύρει ἡμῶν πρὸς τὸν πόθον τὴν διάνοιαν.

2. Τί δὲ λέγω τοὺς παρόντας, ἢ καὶ ἑαυτὸν συγκαταριθμῶ τούτοις, ὡς τι εἰδότων ἡμῶν καὶ λεγόντων περὶ τῆς ἀοιδίμου καὶ μακαρίας Συγκλητικῆς ; Οἶμαι γὰρ πᾶσαν ἀνθρώπων φύσιν λείπεσθαι πρὸς διήγησιν τῶν ἀγαθῶν αὐτῆς πράξεων. Εἰ δὲ καί τις ἐπιχειρήσειε λέγειν τι περὶ αὐτῆς, πολὺ μὲν καὶ ἄπειρον ἀπολειφθήσεται τῶν ζητουμένων, κἂν σοφὸς, κἂν ἐπιστήμων τυγχάνῃ. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῷ ἡλίῳ ἀτενίσαι βουλόμενοι τὰς ὄψεις βλάπτονται, οὕτω καὶ οἱ κατοπτρίζεσθαι τῷ βίῳ ταύτης πειρώμενοι, ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν κατορθωμάτων ἰλιγγιάσαντες, ὑπενδόντες ἢ καὶ ἀτονήσαντες, σύγχυσιν ὑφίστανται τῇ διανοίᾳ.

3. Ἡμεῖς δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν ἰχνηλατοῦντες τὰ κατ' αὐτὴν, καὶ ἐκ τῶν συνηλίκων δὲ αὐτῆς τὰ κατὰ τὸν πρῶτον βίον ἀκροθιγῶς ἀκούσαντες, καὶ ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν πραγμάτων ἀμυδρῶς καταυγασθέντες, ἐπὶ τὸ γράφειν ἤκμεν, ἑαυτοῖς τροφὰς σωτηριώδεις ἀποθησαυρίζοντες. Τὸ μὲν γὰρ κατ' ἀξίαν αὐτῆς λέγειν οὐ μόνον ἡμῖν ἀδύνατον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς δυσχερές.

4. Ἡ τῆς οὐρανίου συγκλήτου ἐπώνυμος, χώρας τῆς Μακεδονίας τυγχάνει. Ἀκηκοότων γὰρ τῶν προγόνων αὐτῆς τὸ φιλόθεον καὶ φιλόχριστον τῶν Ἀλεξανδρέων, κατελάμβανον ἐκ Μακεδονίας τὴν τοῦ Μακεδόνος πό-

λιν. Ἐπιβαντων δὲ αὐτῶν τῇ χώρᾳ, καὶ μείζω εὑρόντες τῆς φήμης τὰ πράγματα, φιλοφρόνως ᾠκουν αὐτήν. Πῦ πλήθει δὲ δήμων συνέχαιρον, οὔτε μὴν οἰκημάτων ἐθαύμαζον μέγεθος· πίστιν δὲ μονότροπον εὑρόντες σὺν εἰλικρινεῖ ἀγάπῃ, δευτέραν ἔθεντο τὴν οἰκείαν τῆς μετοικίας

5. Ἦν δὲ καὶ τῷ γένει περίβλεπτος ἡ μακαρία Συγκλητικὴ, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ τοῖς κατὰ τὸν κόσμον τερπνοῖς νομιζομένοις ἐκεκόσμητο. Παρῆν δὲ αὐτῇ καὶ ἀδελφὴ ὁμόφρων ἅμα, καὶ ἀδελφοὶ δύο, σεμνοτάτῳ καὶ αὐτοὶ ἀναχθέντες βίῳ· ὧν ὁ μὲν εἷς, ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ τυγχάνων, ἀπεγένετο· ὁ δὲ ἕτερος, ἐπιβὰς πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ ἔτει, παρὰ τῶν γονέων εἰς γάμον παρεκαλεῖτο· καὶ πάντων πρὸς τὸ ζητούμενον εὐτρεπισθέντων. καὶ τῶν ἐξ ἔθνους συμβολικῶν ἐκτελουμένων, ἀπέπτη ὁ νέος ὥσπερ ὄρνεον ἐκ βρόχων, ἀνταλλαγὴν ποιησάμενος τῆς ἐπιγείου νύμφης, τὴν ἄμωμον καὶ ἐλευθέραν τῶν ἁγίων σύνοδον.

6. Αὕτη δὲ ἔτι ἐν ταῖς πατρῴαις ἀγκάλαις τυγχάνουσα, φιλοθεΐᾳ μὲν τὸ πρῶτον τὴν ψυχὴν ἠσκεῖτο· καὶ οὐχ οὕτω τὰς τοῦ σώματος ἐπιμελείας ἐποιεῖτο, ὡς τὰς τῆς φύσεως ὁρμὰς ἐπετήρει.

sunt ista, ob hoc nimirum, quia forma hominis et ὁ Λόγος, id est, persona esse αὐτοτελής, id est, per semetipsum perfecta, non possunt. Quia vero forma Dei et Verbum ejus, Deus et Filius confitendus est. Ostensum igitur impossibile esse et istud tuum sophisma dicentis hominem esse formam hominis, ob hoc quia sit Deus forma Dei : qui autem ex mortuis resurrexit Christus, vivorum et mortuorum Dominus est, et ipsi vivunt omnia : *Sive vivimus*, inquit, *sive morimur, Domini sumus* [65]. In hoc enim ait, Chistus mortuus est et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur. Deus est enim natura, qui dominator est omnium, sicut ex mulieribus agnitus prædicatur, dicente Thoma : *Dominus meus et Deus meus* [66]. Deus autem sanctorum apostolorum, non qui natura homo, sed qui natura Deus est, qui hæreditavit gentes et judicat, sicut dictum est, omnem terram : *Exsurge* enim, inquit, *Domine, judica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus* [67]. Filius autem et hæres mortuus est postea ; post servos et prophetas, sicut ipse ait in Evangelio. Quomodo ergo homo Christus, et non Deus verus, et adorandus ab omni creatura ? Incorporatum est enim Dei Verbum ex sancta Virgine, unde et passionem pro nobis suscepit, evacuans semetipsum et humilians usque ad mortem, mortem autem crucis : æqualis Deo exsistens, sicut dictum est, et obediens Deo factus, et sublege divinus legislator. Et quid multa, unus est Christus, una personna visibilis et invisibilis, id est divina et sensibiliter simplex desursum et deorsum, compositus ex Deo et ex muliere. Conditor ergo et Creator passibilis et impassibilis erat, mundum sanctificans, et sanctificatus, et credimus quia proprium ejus est sanctificare et sanctificari : *Et pro ipsi* enim, inquit, *sanctifico me ipsum* [68]. Quod impossibile est homini ut sanctificetur, soli autem Deo istud possibile est, homini facto secundum carnem, quia et Deus est et homo idem ipse singularis personæ. Istis ergo sine contentione ita se habentibus, expulsa tibi sunt omnia sententialiter et juveniliter dicta. Alium virum dicente te Christum præter Deum Verbum, ab alio Christo dignitate et honore et operatione differentem, et unum Christum in Christo habitantem, et operantem divinæ justitiæ opera. Erubesce igitur quia irrationabile est aliquam et inanimatam materiam Christum exponens quæ a sole operari posse [γῆν ὑπὸ ἡλίου ἐνεργουμένην]. Terra enim sine voluntate species est. Sic enim dixisti : Infirma filii a Deo auferri dicimus, sicut humectationem terræ ab arido. Vides in quantam inconsiderationem deponas, sicut dicis virum absumptum a Deo Verbo ut nec homo esse possit ; liberum ei offerens arbitrium. Non enim secundum propriam potestatem : hominum enim hoc tantum et angelorum est. Desertum autem dicis factum Salvatorem Christum despiciens semetipsum, propter hoc quod dixit in cruce : *Deus meus, Deus meus, utquid me dereliquisti* [69] ? Et in quo natura Dominus est et Verbum Patris, per quem omnia, et consubstantialem Patri a Patribus dictum. Sic enim dixisti, filium hominis Christum non esse Filium Dei, nec Petrum reveritus qui per revelationem Patris filium hominis, Filium Dei viventis confessus est, et Thomam, Dominum suum et Deum Christum ex vulneribus ejus agnoscentem : pro nobis enim dolet, sicut qui carnales passiones sustinuit pro nobis, sicut Isaias dicit : *Ipse debilitates nostras accepit, et infirmitates portavit* [70]. Ipse nobis utique Deus Verbum. Volens enim incarnatus est, nec enim aliter possibile erat pati Dominum nostrum Jesum Christum, nisi incarnaretur in similitudine hominis animati intelligibilis, ut quod non correxerat homo, hoc Verbum Dei incarnatum corrigeret. Neque enim ex muliere totum exstitit Christus, sed secundum humanitatem, ex Deo autem secundum spiritum, nec enim aliter Dei genitrix Maria vocari potest. Aliquando nec Domini interfectores Judæi, si non erat Deus Christus secundum Deum Verbum, sed nec præter peccatum esse poterat : sine abstinentia et sapientia absque magistris, nisi Deus esset continens proprium corpus, et operans ut Deus ; propter quod et volens mortuus est, et sponte surrexit a mortuis. Filius exsistens Dei unigenitus et divinam gloriam petens antequam mundus factus esset, non vacuus ejus et antequam peteret ; sicut et Sanctus exsistens sanctificationem suscipiebat, qui Spiritum sanctum largitur secundum inspirationem propriam, et præexsistens ex Deo sempiterne, divina generatione initium essendi corporaliter ex muliere accipiens, et propter hoc natura justus sicut Deus, non secundum abstinentiam laboris sicut omnis homo, et delicta ex 652 necessitate subsequitur : *Non est* enim, inquit, *justus super terram, qui faciet bonum et non peccet* [71]. Propter quod et certamina et labores venerantium Deum, et intercessiones pro his qui culpabiles sunt, et omnimodam bonitatem Dei et miserationem indigenus omnes homines. Christus autem non abstinentia, nec ex fide ostensus est, sicut jam prædictum est : naturalis enim justitia divina virtus exstitit, et ipsa est solus qui creditur Deus verus et reposcens ab hominibus eam quæ in ipso est fidem : *Qui* enim, inquit, *credit in me, vivit in æternum* [72]. Et, *Qui diligit me, mandata mea servat* [73], et reliqua. Quid ergo confiteris Christum, dic : neque unum, neque duos potes dicere, nec Deum nec hominem. Ista est enim definitio eorum quæ a te dicta sunt : neque enim natura cum justum dicis sicut Deum ; Deus est enim hoc natura quod bonum dicitur de ipso, Justum eum dicis sicut hominem justitia abstinentiæ, sic enim homo justus, nec indefinito decedens appares nil habens quod dicas de Christo. Deinde di-

[65] Rom. XIV, 8. [66] Joan. XX, 28. [67] Psal. LXXXI, 8. [68] Joan. XVII, 19. [69] Matth. XXVI, 46 ; Psal, XXI,1. [70] Isa. LIII. 4. [71] Psal. XIII, 3 ; Rom. III, 10-12. [72] Joan. XI. 26. [73] Joan. XIV, 21.

cis secundum communionem justificari Christum, non natura exsistentem justum, non prævalens intelligere modum communionis quæ ad omnem et acceptionem significat, sicut dixit et sapientia Dei : *Da mihi cor tuum, ut sapiens fias in novissimis tuis* [74]. Convertens alius propheta dicit : *Voluntatem timentium se faciet* [75]. Voluntas utique Dei sanctorum voluntati rependitur, et qui confitentur eum coram hominibus, confitebuntur ab ipso coram Patre ejus qui in cœlis est, sicut ipse dicit [76] : et qui compatiuntur Christo, in conformationem venient gloriæ ejus. Ista enim verax communio hominis ad Deum non sine fide ostendi potest et dignissimis operibus. »

EADEM EPISTOLA AD EPISCOPUM PERSARUM GRÆCE ET LATINE.

Ex Bibliotheca Coisliniana, *pag.* 269. — *Epistolam Athanasii ad episcopum Persarum, inquit Montfauconius, Latine edidimus inter spuria Athanasii Opera tom. II, p.* 649; *estque vetus interpretatio Græcæ quam hic damus, epistolæ : et in fine quædam habet quæ in textu Græco non observantur : Græcus porro ille textus, licet Athanasium in titulo ementiatur, quia tamen antiqua est hæc epistola, et Græce nunquam edita, hic locum habere commode potest.*

Ἀγαπητῷ πάπᾳ, καὶ τῷ ὑπ' αὐτὸν κλήρῳ τοῖς τὴν Περσῶν οἰκοῦσι χώραν, Ἀθανάσιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Dilecto papæ et clero ipsi subdito, iisque qui Persarum regionem incolunt, Athanasius, in Domino salutem.

Ἡ ἁγία θεόπνευστος Γραφὴ τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων ἡμῖν διηγεῖται πράξεις, ποδηγοῦσα ἡμᾶς ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τὰ χρήσιμα τῶν πρακτέων, βδελυττομένους πᾶν εἶδος πονηρίας καὶ δυσσεβείας. Ἐν γοῦν τοῖς Βασιλείοις φησὶν ἠνομηκέναι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ προσκυνεῖν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Ἴστε δὲ ὅσον κακὸν, τὸν Δημιουργὸν καταλιπόντας καὶ τὴν αὐτῷ ὀφειλομένην δόξαν, προσάπτειν εἰδώλοις καὶ κτίσμασι. Τοῦτο δρασάντων ἐκείνων, ἀφίστησιν ὁ Θεὸς τὴν αὐτοῦ βοήθειαν ἐξ αὐτῶν, καὶ παραδίδονται εἰς δουλείαν τοῖς ὑμετέροις βασιλεῦσιν. Αἰχμάλωτοι δὲ γενόμενοι, καταδικάζονται ὑπὸ Σαλαμανασάρου βασιλέως Ἀσσυρίων οἴκησιν ἀντὶ τῆς αὐτῶν γῆς, Παλαιστίνης φημὶ, τὴν Ἀσσυρίων ἐν Ἀλαὲ καὶ ἐν Ἀμὼρ, ποταμοῖς Γιζὰν, καὶ ὄρῃ Μήδων. Εἰσάγει ἀντ' αὐτῶν οἴκησι τὴν Σαμάρειαν, Βαβυλωνίους ἐκ Χουθὰν, καὶ ἀπὸ Αἰὰν, καὶ ἀπὸ Ἐμὰθ, καὶ Σεφαρουὲμ, καὶ κατῳκίσθησαν ἐν ταῖς πόλεσι Σαμαρείας ἀντὶ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Καὶ ἐγένετο ἐν ἀρχῇ τῆς καθέδρας αὐτῶν, οὐκ ἐφοβήθησαν τὸν Κύριον, καὶ ἀπέστειλεν εἰς αὐτοὺς τοὺς λέοντας, καὶ ἦσαν ἀποκτείνοντες αὐτούς. Καὶ εἶπαν τῷ βασιλεῖ Ἀσσυρίων λέγοντες· Τὰ ἔθνη ἃ ἀπῴκισας, καὶ ἀντεκάθησας (*sic*) ἐν πόλεσι Σαμαρείας, οὐκ ἔγνωσαν τὸ κρῖμα (*sic*) τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς, καὶ ἀπέστειλε τοὺς λέοντας εἰς αὐτούς, καὶ ἰδοὺ εἰσι θανατοῦντες αὐτοὺς, καθότι οὐκ οἴδασι τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς. Καὶ ἐνετείλατο ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων, λέγων· Ἀπαγάγετε ἐκεῖθεν, καὶ πορευέσθωσαν, καὶ κατοικείτωσαν ἐκεῖ, καὶ φωτιοῦσιν αὐτοὺς τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς. Καὶ ἦγαγον ἕνα τῶν ἱερέων, ὧν ἀπῴκισαν ἀπὸ Σαμαρείας, καὶ ἐκάθισεν ἐν Βαιθήλ. Καὶ ἦν ὁ ἱερεὺς φωτίζων αὐτοὺς, ὅπως φοβηθῶσι τὸν Κύριον. Καὶ διδαχθέντες οἱ μετοικισθέντες τὸν δεδομένον νόμον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, οὐκ ἐφύλαξαν εἰς τέλος· ἀλλ' ἦσαν καὶ τῷ νόμῳ δουλεύοντες ἐκ μέρους καὶ τοῖς ἔθεσι. Τούτοις κέχρηνται ἐκβεβλημένοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ μὴ καθαρὰν, ἀλλὰ μεμιγμένην ἔχειν τινὰ λατρείαν, οὔτε τῷ νόμῳ Μωσέως, οὔτε τοῖς ἔθεσι τοῖς

Sancta et divinitus inspirata Scriptura antiquorum nobis gesta enarrat, ex iis nos ad utilia opera deducens, ut omnem nequitiæ et impietatis speciem aversemur. In Regnorum itaque libris ait, prævaricatum fuisse Israelem, et adorare maluisse creaturam quam Creatorem. Scitis autem quantum malum sit Creatorem relinquere, debitamque ipsi gloriam idolis et creaturis attribuere. Id cum illi agerent, aufert Deus ab illis auxilium suum, et in vestrorum regum servitutem traduntur. Et captivi abducti damnantur a Salmanasare. Assyriorum rege ad sedes mutandas, ita ut, relicta terra sua, Palæstina nempe, in Assyriorum regione habitarent, nempe in Aliæ et in Amor, in fluviis Gizan et in montibus Medorum. Eorum autem loco Samariam inducit Babylonios ex Chusthan, et ex Aian, et ex Emath, et ex Sepharvem, et habitare jussi sunt in uribus Samariæ pro filiis Israel. Et factum est initio habitationis eorum, cum non timerent Dominum, immisit in eos leones qui occidebant eos. Et dixerunt regi Assyriorum : *Gentes quas transtulisti et habetare fecisti in urbibus Samariæ, non noverunt judicium Dei terræ, et immisit in eos leones, et ecce occidunt eos, quia nesciunt judicium Dei terræ. Et misit rex Assyriorum dicens ; Ducite inde (sacerdotes) et accedant et habitent ibi, et illuminent eos judiciis Dei terræ. Et adduxerunt unum ex sacerdotibus, quos transtulerant ex Sumaria, et sedit in Bæthel. Et erat sacerdos illuminans eos ut timerent Dominum. Et edocti ii, qui translati fuerant, legem filiis Israel traditam, eam non perfecte custodierunt, sed simul et legi ex parte serviebant et patriis consuetudinibus* [77]. Ita se gesserunt, ejectique a Deo sunt, quod non purum, sed mistum cultum exhiberent, neque legi Moysis, neque patriis consuetudinibus perfecte servientes. Hæc cum sciamus, dilecti, purum Deo cultum exhibeamus, nulloque impietatis genere permistum, sed immaculatum et pium, cui Deus sibi complacet. Nullum enim admittit, imo

[74] Prov. XIX, 20. [75] Psal. CXLIV, 19. [76] Matth. X, 32. [77] IV Reg. XVII, 26-33.

potius condemnat eum qui duobus dominis serviat. Aversamini a patribus traditam vobis idololatriam, hæreticis ne conjugamini. Optabilius enim illis fuisset veritatem non cognovisse, quam postquam cognoverant retrocedere [79]. Dicendum enim illis est, *Canis reversus ad proprium vomitum, et sus lota in volutabro luti* [78]. Nos autem non sic, *Unus enim Deus nobis ex quo omnia* [80]; Trinitas perfecta, consubstantialis, æqualis virtutis, æqualis gloriæ; Pater omnium bonorum fons, ex quo Filius natus est, ex quo Spiritus sanctus procedit, sicut scriptum est : Una deitas in tribus hypostasibus cognita. Sed in novissimis temporibus misertus generis humani quod lapsum erat, quod creatum fuerat ad imaginem et similitudinem Dei, et conversum fuerat ad adorationem operura manuum suarum, demisit seipsum ad voluntariam evacuationem unigenitum Dei Verbum, consubtantiale Patri secundum deitatem, et consubstantiale quoque nobis secundum humanitatem : et incarnatur ex sancta et Deipara Virgine, vitamque nostram ad rectum ordinem deducit, docens per evangelicarum prædicationum doctrinam, quomodo oporteat vivere ; et patitur propria sua carne, et postquam spoliasset infernum, triduanus revixit, ascenditque in cœlos, sedetque ad dexteram majestatis in excelsis. Ipsum venturum exspectamus in gloria Patris, judicantem vivos et mortuos; reddentem unicuique secundum opera ejus, piis quidem quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit; impios autem mittentem in ignem, ubi vermis qui non moritur, ac fletus et stridor dentium.

A πατρῴοις λατρεύοντες εἰς τέλος. Ταῦτα γνόντες, ἀγαπητοὶ, καθαρὰν προσάγωμεν τῷ Θεῷ λατρείαν, μὴ μεμιγμένον ἔχουσαν δυσσεοείας εἶδος, ἀλλ' ἄσπιλον καὶ εὐσεβῆ, ᾗ Θεὸς ἥδεται:. Οὐδένα γὰρ ἀποδέχεται, μᾶλλον δὲ κατακρίνει δυσὶ κυρίοις δουλεύοντα. Ἀποστράφητε τὴν πατροπαράδοτον ὑμῶν εἰδωλολατρείαν , αἱρετικοῖς μὴ συνάπτεσθε . Κρεῖσσον γὰρ τοῖς τοιούτοις μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ἀλήθειαν, ἢ ἐπιγνοῦσιν ἐπὶ τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι. Λεκτέον γὰρ αὐτοῖς · Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου . Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως· Εἷς γὰρ Θεὸς ἡμῖν, ἐξ οὗ τὰ πάντα· Τριὰς τελεία, ὁμοούσιος, ἰσοδύναμος, ἴσοκλεής· Πατὴρ ἡ πάντων τῶν ἀγαθῶν πηγὴ, ἐξ οὗ ὁ Υἱὸς ἐγεννήθη, ἐξ οὗ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται κατὰ τὸ

B γεγραμμένον· Μία θεότης ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι γνωριζομένη. Ἀλλ' ἐν ἐσχάτοις καιροῖς κατελεήσας τὸ ὠλισθηκὸς εἰς ἀσέβειαν γένος τῶν ἀνθρώπων , τὸ κτισθὲν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ, τραπὲν εἰς προσκύνησιν τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς ἐκούσιον κένωσιν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ὁ αὐτὸς ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· καὶ σαρκοῦται ἐκ τῆς ἁγίας καὶ Θεοτόκου Παρθένου· καὶ ῥυθμίζει τὸν ἡμέτερον βίον, διδάξας πῶς δεῖ βιοῦν διὰ τῆς τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων διδασκαλίας· καὶ πάσχει τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ σαρκὶ, καὶ σκυλεύσας τὸν ᾅδην, ἀνεβίω τριήμερος, ἀνελήλυθέ τε εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. Αὐτὸν ἤξειν προσδοκῶμεν ἐν δόξῃ τοῦ Πατρὸς κρίνοντα ζῶντας καὶ νεκρούς· ἑκάστῳ ἀποδιδόντα κατὰ

C τὰ ἔργα αὐτοῦ, τοῖς μὲν εὐσεβέσιν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ἀσεβεῖς δὲ ἀποστέλλοντα εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ὅπου ὁ ἀτελεύτητος σκώληξ, καὶ ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

[79] II Petr. II, 21. [78] ibid. 22; Prov. XXXVI, 11. [80] I Cor. VIII, 6.

DIATRIBE IN SYMBOLUM *QUICUNQUE*.

De Symbolo *Quicunque* præterito ac præsenti sæculo a multis acriter est disputatum, aliis Athanasio vindicantibus, aliis a Latino scriptore adornatum fuisse pugnantibus. Et sane tanta est opusculi dignitas, tam concors omnium Ecclesarium in eo, non solum recipiendo,sed etiam alternantibus choris publice recitando consuetudo; ut non mirum si in ejus investigando scriptore eruditorum desudet industria; in diesque novæ prodeant de ejusmodi argumento lucubrationes. Prolixum ac fortasssis lectori injucundum et fastidiosum esset, si omnia recenseremus quæ ea de re nostro patrumque nostrorum ævo a variis auctoribus conscripta sunt; ex quorum numero qui argumentum fusius accuratiusque pertractarunt, docti viri sunt, Usserius, Vossius *De tribus Symbolis*, Quenellus, Gundlingius,Tentzelius,ac novissime omnium Anthelmius.Quamobrem paucis nos pro instituti nostri ratione rem indagamus, ea tamen lege, ut nihil eorum prætermittamus quæ ad rectum tantæ controversiæ κριτήριον pertinent. Quare primo veterum de Symbolo testimonia, habita temporum ratione, recensemus; 2° Agimus de codicum, in quibus exstat hoc opusculum, ætate, conditione, ac inscriptionum varietate; 3° Cui sit auctori ascribendum quærimus; 4° De variis agimus Symboli formulis, cum Latinis tum Græcis, quæ a quibusdam hujus ævi scriptoribus observatæ editæque fuerunt.

I. *Testimonia veterum de Symbolo.*

Non desunt qui ex quarti sæculi scriptoribus testimonia petant, ut Athanasium Symboli Patrem asserant; ejusmodi est illud Gregorii Nazienzeni Orat. 21, Πρῶτος καὶ μόνος, καὶ κομιδῇ σὺν ὀλίγοις,

ἀποτολμᾷ τὴν ἀλήθειαν, σαφῶς οὕτωσὶ καὶ διαῤῥήδην τῶν τριῶν θεότητα καὶ οὐσίαν ἐγγράφως ὁμολογήσας· Id est : « Primus ille (Athanasius) et solus, vel cum admodum paucis, veritatem palam apertisque « verbis profiteri ausus est, trium personarum Deitatem et substantiam scripto confessus. » Quæ autumant illi de Symbolo *Quicunque* dici. Sed, ut nemo non videt, levissima imo nulla ratione. Quid causæ enim est ut ad symbolum *Quicunque* id referatur, cum binæ exstent Athanasii confessiones fidei; quarum prima ἔκθεσις πίστεως titulum habet, secunda *ad Jovianum* nuncupatur; et in utraque pariter trium personarum deitas et substantia prædicatur? Quinetiam illo Gregorii loco, nulla indicatur fidei confessio; sed dicitur duntaxat trium personarum deitatem et essentiam prædicasse Athanasium : quod in suis ille scriptis fuse et naviter exsecutus est.

Testatur Ughellus tom. IV *Italiæ sacræ*, Gaudentium Brixiensem, qui quarto sæculo vixit, Commentiones edidisse in Symbolum Athanasii, quas extare ait in veteri PP. Bibliotheca. Verum illæ Commentationes nusquam comparent, nec ab alio quopiam scriptore animadversæ sunt. Quamobrem nihil hinc argumenti elici potest.

Afferebatur olim locus ex Augustino in psalm. CXX, in hæc verba : « Per diem sol non uret te, « neque luna per noctem [81], » ubi ita legitur in quibusdam editis : « De hoc sole Pater Athanasius « Alexandrinus episcopus ita pulchre locutus sit : Filius, *inquit*, Dei a Patre solo, non factus, nec « creatus, sed genitus. » Verum hæc, ut jam pridem observatum fuit, adulterata sunt : et, ut aiunt nostri in postrema Augustini editione, nulla est in codicibus Athanasii, ejusque Symboli mentio. Affertur item concilium IV Toletanum anno 673 celebratum, in cujus capitulo 1 dicitur Patrem a nullo factum, etc. Quæ verba ex Symbolo *Quicunque* excerpta putantur. Et vero constat jam illo ævo Athanasii in nonnullis saltem locis nomen prætulisse.

Exstat inter Isidori Hispalensis opera epistola ad Claudium, ubi Athanasii Symbolum memoratur. At concors est omnium pene sententia eam epistolam necnon alias permultas a Breulio Isidori nomine publicatas, esse suppositiitias.

Certius affertur testimonium ex canonibus Æduensibus a Sirmondo editis, qui ad annum **653** referuntur a quibusdam 670, ab aliis vero 673, ubi ita legitur : « Si quis presbyter, diaconus, « subdiaconus, vel clericus, Symbolum, quod sancto inspirante Spiritu apostoli tradiderunt, et « fidem sancti Athanasii præsulis irreprehensibiliter non recensuerit, ab episcopo condemnetur. »

Regino, qui octavo sæculo floruit, libro I « De ecclesiastica disciplina, » hæc habet « Si sermo- « nem Athanasii episcopi de fide sanctæ Trinitatis, cujus initium est : « *Quicunque vult salvus* « *esse*, » memoriter teneat.»

Hatto, episcopus Basileensis, cujus capitulare *Spicilegii* tom. IV edidit Dacherius noster : « Quarto, *ait*, ut fides sancti Athanasii a sacerdotibus discatur, et ex corde die Dominico ad Pri- « mam recitetur » : quimos hodieque viget in Ecclesia.

Accedit annonymi testimonium, qui sub Carolo Magno vixit, a Sirmondo allatum in notis ad Theodulphum : « Incertus auctor, *ait Sirmondus*, quem diximus, hoc ipso utens testimonio : Bea- « tus, *inquit*, Athanasius in *Expositione catholicæ fidei*, quam ipse egregius doctor conscripsit, et « quam universalis confitetur Ecclesia, processionem Spritus sancti a Patre et Filio declarat, ita « dicens » : « *Pater a nullo est factus.* » etc.

Idem Theodulphus, libro « Testimoniorum de Spiritu sancto » ad Carolum Magnum, nomine Athanasii affert illud : « Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus, » etc., usque ad : « Qui « vult ergo salvus esse. »

Nono sæculo Agobardus, a cl. v. Baluzio editus, cap. 3 sic habet : « Beatus Athanasius ait » : « *Fidem catholicam nisi quis integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit.* »

Anscharius eodem sæculo, ut in Vita ejus apud Petrum Lambecium legitur, cum instaret obitus, præcepit ut fratres canerent fidem catholicam a beato Athanasio compositam.

Ratramnus, Corbeiensis monachus, libro II « contra Græcorum opposita : Beatus Athanasius « Alexandrinus episcopus, *ait*, multa propter catholicæ fidei constantiam ab Arianis perpessus, « frequenter etiam exsilio eorum factione pulsus, et in Nicæna synodo episcopo suo beato Alexan- « dro diaconus assistens, adversus vesaniam Arii singulariter dimicans; in libello *De fide*, quem « edidit, et omnibus Catholicis proposuit tenendum, inter cætera sic ait » : « *Pater a nullo est factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, non creatus, non genitus, sed procedens.* »

Æneas, Parisiensis episcopus, librum suum *adversus Græcos* his auspicatur verbis : « Sanctus « Athanasius, sedis Alexandrinæ episcopus, Græcæ linguæ experientissimus, ubi beatus Marcus « evangelista præsedit, » etc. Exinde vero novemdecim capitula ex eodem Athanasio profert, quorum postremum ita habet : *Item idem in fide catholica :* « *quod Spiritus sanctus a Patre procedat et a Filio. Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus,* » etc.

Hincmarus Remensis, nono item sæculo, primo capitulo ita loquitur : « Ut presbyteri discant « expositionem Symboli et Orationis Dominicæ, *etc.*, cum Symbolo Athanasii..... necnon et ser-

[81] Psal. CXX, 6.

« monem Athanasii *de Fide*, cujus initium est : « *Quicunque vult salvus esse*, » memoriæ quisque « commendet, et sensum illius intelligat, et verbis communibus enuntiare queat. »

Ratherius, Leodicensis episcopus, ita loquitur in admonitione synodali « Si Sermonem Atha- « nasii episcopi de Fide sanctæ Trinitatis cujus initium est: « *Quicunque vult salvus esse*, » memo- « riter teneat. »

Abbo Floriacensis in *Apologia* ad Francorum reges Hugonem et Robertum : « Fidem quam « alternantibus choris et in Francia et apud Anglorum Ecclesiam variari audivi; alii enim dicunt, « ut arbitror, secundum Athanasium » : « *Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, non creatus, sed procedens.*

Sæculo undecimo Gualdo, monachus Corbeiensis, qui *Vitam* Anscharii carmine conscripsit editam a Lambecio, hæc de Symbolo habet :

« Catholicamque fidem quam composuisse beatus. »
« Fertur Athanasius. »

Otho autem Frisingensis ita loquitur : « Athanasius manens in Ecclesia Treverorum sub Maximo « ejus Ecclesiæ episcopo : « *Quicunque vult*, » *etc.*, a quibusdam dicitur edidisse.

Infinitæ pene operæ esset cæteros sequioris ævi scriptores recensere qui Symbolum *Quicunque* ascribunt Athanasio; quorum testimonia, quantacunque afferentur, parvi aut nullius momenti sunt ad illud Athanasio vindicandum vel abjudicandum. Adjicere non pigeat non visum hactenus fuisse Græcorum quodpiam monumentum, certum scilicet ac indubitatum, quo ab annis plus quingentis notum Ecclesiæ Græcæ fuisse Symbolum *Quicunque* possit comprobari. Græci porro sequioris ævi, Latinis ex Symboli auctoritate pro Spiritus sancti ex Patre Filioque processione comprobanda urgentibus, vel negarunt Athanasii esse, vel inconsulte Symbolum a sancto Doctore compositum fuisse confessi, addititiam esse vocem, *et Filio*, non minus inconsiderate commenti sunt, cum constet in omnibus Latinis codicibus etiam antiquioribus qui ab annis mille exarati sunt, eam haberi vocem. Alii autem impudentius effutiebant Athanasium, cum id operis ederet, ebrium fuisse, quos ita carpit Gennadius cap. 1 *De Spiritu sancto :* Οὐκ αἰδοῦνται λέγειν, ὡς ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος μέθυσος, καὶ, ὅτε ταῦτ' ἔγραφε, πλήρης ἦν οἴνου. « Non verentur dicere Athanasium ebrium « fuisse cum hæc scriberet, et vini plenum. »

II. *De codicibus in quibus exstat Symbolum* Quicunque.

Codicum omnium qui hactenus visi memoratique sunt, antiquissimus ille est qui ab Usserio laudatur, ævo Gregorii Magni conscriptus, si tamen ea vere sit ejus manuscripti ætas : nam addit Usserius scripturam ævo Gregorii longe esse posteriorem. Hic nullum præmittit scriptoris nomen, sed solum inscribitur, *Fides catholica.*

654 Nongentos superat annos Colbertinus codex 784, Saxonicis descriptus litteris, et mea quidem sententia ante ætatem Caroli Magni editus. Hic media parte ab initio mutilus est, non amissione folii cujuspiam, sed quia librarius qui exscripsit, se ita mutilum Treviris reperisse testatur, nullo enuntiato auctoris nomine. Quamobrum non sua modo ætate eximius est, sed etiam quia ex antiquiore descriptus fertur. Sunt qui codicem illum 1100 annorum esse affirmarunt. Verum periti quique ævo circiter Pipini exaratum arbitrantur.

Paris saltem antiquitatis est Sangermanensis noster num. 257, Saxonicis pariter litteris exaratus, qui titulum habet : « Fides sancti Athanasii episcopi Alexandriæ.

Regius codex num. 4908, annorum pene nongentorum, nullum habet titulum, nullumque auctoris nomen. Æqualis ipsi est, qui memoratur a Lambecio, extatque in Bibliotheca Cæsarea, Caroli Magni jussu conscriptus, cujus titulus sic habet : « Fides sancti Athanasii episcopi Alexandrini. »

Codex qui ab Usserio dicitur fuisse Æthelstani Anglorum regis, ita inscribitur : « Fides sancti Athanasii Alexandrini.

Colbertinus num 1339, qui fuit Caroli Calvi imperatoris, inscribitur : « Fides Athanasii. »

In alio Sangermanensi 700 circiter annorum, et in tertio ejusdem monasterii, multum sequioris ævi, Symbolum nihil fere discrepat ab editis.

Duos quoque vidimus codices in cœnobio Sancti Theoderici prope Remos, in quibus Symbolum *Quicunque* nihil ferme differt ab editis.

Exstat item hoc Symbolum in codice Colbertino num. 3133 nullo prævio scriptoris nomine, annorum circiter 600. E regione vero conscripta legitur ejusdem ætatis Gallica versio, in fine mutila, quam nos edendam duximus. Ejus nobis copiam fecit suaque manu exaratam dedit vir clarissimus nobisque amicissimus Baluzius.

Alius habetur codex in Bibliotheca RR. PP. Fratrum minorum, ab annis quadringentis exaratus, ubi Symbolum exstat Latine cum versione Gallica e regione παραφραστικῶς adornata. Codex autem est Psalterium olim ad usum dominarum de Brebant, ut indicatur in fronte libri, hisce verbis recentiore manu conscriptis : « Ce Psautier qui est en Latin et en Frençois est au couvent « des Sereurs Meneurs de Longchamp, et fu aux Dames de Brebant. » Earum nomen erat, Mar-

garita et Joanna, quarum pater Godefridus de Brebant frater erat Mariæ conjugis regis Philippi Audacis. In hujusmodi codice, quod per mihi mirum visum est, Latino Symbolo hic titulus præmittitur : « Canticum Bonefacii » : in fronte autem Gallicæ versionis e regione istiusmodi legitur inscriptio : « Ce chant fut saint Anaistaise qui opostoilles de Rome. » Hujus porro versionis manu sua exscriptæ nobis copiam fecit vir eruditus Petrus Pelester, ejus cœnobii bibliothecarius.

Felckmannus de codicibus quibus ipse est usus ita loquitur : « Exstat hoc Symbolum in nostro « codice 2 anonymo, seb absque titulo et nomine auctoris, unde et sic editum. Invenitur id simi- « liter in fragmentis Hilarii historicis in cod. veteri part. II sub finem. Invenimus idipsum etiam « post in codice quodam Palatinæ Biblioth. expresse Athanasio inscriptum (licet id recentiores « Græci nolint, ut videre est ex Epistola Meletii Constantinopolitani patriarchæ ad Douzam), ex « quo etiam discrepantias quasdam notabimus. » Hæc Felckmannus.

De Græcis autem codicibus pauca suppetunt dicenda, cum unum tantum nobis inspicere licuerit, scilicet Reg. 2502, in quo exstat Symbolum superiore sæculo exaratum. De variis Græcis formulis infra agimus.

III. *Symbolum* Quicunque *cui sit auctori ascribendum.*

Ut colligere est ex veterum testimoniis, atque ex codicum inscriptionibus superius recensitis, ab annis plus mille Symbolum *Quicunque* Athanasio fuit ascriptum. At id non sine controversia admissum fuisse suadet codicum multorum, etiam antiquissimorum, auctoritas, in quibus Athanasii nomen minime comparet : suadet item ille superius a nobis memoratus codex, qui Bonifacium auctorem exhibet. Probe quippe conjectare licet Bonifacio attributum fuisse, quia verus germanusque auctor non notus esset : nam si pro Athanasii fetu vulgo habitum fuisset, nequaquam ejus loco substituendus fuerat alius. Nam solent ad commendationem opera obscurorum minusque notorum hominum præclaris attribui scriptoribus ; atqui tantum est Athanasii nomen ut ne cogitarit quidem quispiam majorem ex alio mutuari auctoritatem. Accedunt præterea multorum præsertim undecimo sæculo scriptorum testimonia, qui diserte aiunt a quibusdam tantum tribui Athanasio Symbolum *Quicunque*, innuuntque non esse rem vulgo receptam. Unde consequi videtur, Symbolum, quo tempore in lucem prodiit, Athanasii non prætulisse nomen. Sed ubi a nescio quo attribui Athanasio cœptum fuit, exinde manasse ut in multis codicibus nomen ejus præmitteretur. Et vero ex tribus codicibus qui Caroli Magni ætatem superare existimantur, solus Sangermanensis nomen exhibet Athanasii, quo innuitur minus frequentem tunc fuisse ejusmodi inscriptionem.

Falso itaque ascriptum Athanasio arbitrantur, tum ea quam supra memoravimus, tum multis aliis de causis. Ex quibus illa maxime urget, quod a nemine antiquorum ante septimum sæculum commemoretur. Sane tam egregium opusculum, a tanto scriptore concinnatum, nequaquam silentio prætermittendum erat ; in illis maxime disceptationibus quæ cum Nestorianis, Eutychianisque obortæ sunt. Athanasii quippe auctoritatem magni faciebant hæretici illi. Quid causæ igitur erat, quod nec a Græcis nec a Latinis afferrentur loca ex hoc Symbolo excerpta, quibus errores ejusmodi **655** confutantur? Nec est quod reponatur, eam totam partem Symboli quæ incarnationem Domini respicit, nonnisi post illas exortas hæreses symbolo fuisse adjectam : nam id gratis omnino dicitur, cum in omnibus qui hactenus visi sunt codicibus integrum exstet Symbolum, ut hodieque recitatur. Præterea in catholicæ fidei professionibus omnibus atque Symbolis, non de Trinitate modo, sed etiam de Incarnatione agitur, ut videre est in Symbolo Apostolorum in Nicæno et in aliis quibusque. Quamobrem non potuit in tam prolixo Symbolo mysterium Incarnationis ab initio prætermitti.

Ad hæc, si quis fidei formulas vel ab Athanasio, vel Athanasii ævo conscriptas cum hoc Symbolo conferat, tantum animadvertet inter illa discriminis, ut vel hinc solum nihil cunctetur, alii ævo quam Athanasiano, alii scriptorii quam Athanasio Symbolum adjudicare. Percurrat qui voluerit quas Athanasius accurate collegit sui ævi fidei confessiones. An formulam istam, *tres personas*, aut Græce, τρεῖς ὑποστάσεις in Catholicorum symbolis admissam et promulgatam reperiet? Licet enim una eademque semper fuerit ea de re Ecclesiæ doctrina, nondum tamen hæ formulæ in Ecclesia receptæ vel in confesso erant, ut fusius comprobamus in Præfatione generali. Ille item Symboli versiculus : « Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, « sed procedens, » non est, ut nemo peritus non fatebitur, sæculi Athanasiani. Quanquam enim Athanasius Spiritum sanctum ex Patre atque ex Filio manare non semel docuerit in suis quæ jam exstant operibus, his tamen formulis nunquam est usus : multoque minus illæ in symbolis fideique confessionibus locum habuere. Non olet item Athanasium sed Eutychianum ævum illa clausula : « Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ. » Licet enim quidpiam simile in ejus scriptis compareat ; nondum tamen obtinuerat ut in professionibus fidei hujusmodi sententia usu veniret.

Huc accedit Symboli verba sententiamque Latinum indicare scriptorem, neque ullam versionis

ex Græco factæ notam præferre. Si versum ex Græco fuisset, multa Græcæ dictionis in Latina interpretatione comparerent, uti solet in ejus ævi versionibus observari. Neque dici posse videtur ab Athanasio fuisse Latine editum : namque scriptoris est pro illa ætate Latine peritissimi, non solum quippe verbis, sed etiam numeris modulisque Latinis constat hoc Symbolum, vixque credatur tantum tamque familiarem Latinæ linguæ usum Athanasio fuisse.

Demum si hujusmodi Symbolum adornasset Athanasius, nunquam erat omissurus consubstantialis vocem, cujus causa toto vitæ suæ curriculo concertavit, tantisque periculis perfunctus est. Hisce nos argumentis permoti, Symbolum *Quicunque* Athanasio incunctanter abjudicandum arbitramur. Jam disquiramus utrum aliorum qui ejus auctores esse feruntur, cuipiam sit ascribendum.

Hilario nonnulli ascriptum voluerunt, quia nimirum in codice quodam exstat post Hilarii fragmenta. Quasi vero id non vulgo et in plerisque codicibus observetur, ut multa diversorum opera consequenter in manuscriptis describantur. Cum autem in ejusmodi codice post Hilariana opera nullo præmisso auctoris nomine compareat, hinc, uti jam supra diximus, inferendum, tum exaratum fuisse, cum pro Athanasiano nondum vulgo haberetur.

Eusebio Vercellensi tribuere nonnulli. At, præterquam quod nullo fundamento, nulla auctoritate nititur hæc opinio, videtur Symbolum a recentiore prodiisse scriptore. Nam quæ in eo exstant de divina et humana Christi natura, sæculum redolent Nestorianum ; ipsaque tota fidei formula, iis est vocibus et clausulis composita, ut ad Eusebii ævum minime pertinere valeat.

Sunt item qui Symbolum tribuant Anastasio, quam sententiam subaugurari licet obortam ex nominum similitudine ; nimirum in codice quodam facile substitui pro Athanasio potuit Anastasius. Verum sive Sinaita ille, sive Bibliothecarius Anastasius intelligatur, neutri potest assignari ; non priori, quia recte comprobatur a Latino scriptore editum opusculum fuisse, imo etiam ipso Anastasio antiquius esse, ex codicum ætate, et ex Æduensibus superius allatis Canonibus commonstratur ; unde etiam liquet multo minus Anastasio tribui posse Bibliothecario.

Bonifacio cuidam uti supra diximus ascribit codex unus. Sed nec quis sit ille Bonifacius, nec unde librarius ejusmodi auctorem expiscatus sit, in promptu est ediscere. Quare nihil ulterius de Bonifacio disseremus.

Vigilio ascripsit nuperus quidam scriptor (3) ; qui tamen, ut valet sagacitate et eruditione, nonnisi conjectando loquitur. Hæ vero causæ sunt quod hanc ille opinionem sit amplexus 1° Quod soleret Vigilius suas lucubrationes Athanasio ascribere : cujusmodi est Dialogus adversus Sabellianos, Arianos et Photinianos. 2° Quod Eutychetis haud ita pridem insurgentem hæresin oppugnare aggressus sit Vigilius. At ejusdem errores hoc in Symbolo exploduntur. 3° Quod frequentes apud eumdem Vigilium occurrant loquendi rationes in Symbolo usurpatæ. Verum hæc argumenta probe confutavit laudatus vir Anthelmius. Et sane, ut animadvertit ille, ruunt hæc omnia, ubi ostenditur Dialogos illos qui inter Athanasiana comparent opera, et Chiffletius Vigilio adjudicavit, nequaquam esse Vigilii. Quod probe superius suo loco commonstrabamus. Etiamsi vero Vigilii essent Dialogi, non statim hinc consequeretur ejus esse Symbolum. Nam, quod animadvertisse juvabit, pro explorato habendum, Symboli scriptorem, iis loquendi modis, iis usum sententiis fuisse, quæ suo ævo a Latinis Patribus, Catholicisque viris frequentius usurpabantur : neque putandum novas illum dicendi formulas commentum esse : sed eas ut in confesso tunc erant collegisse. Hinc palam res est, quod apud Augustinum, ejusque suppares, Vincentium Lirinensem, Vigilium, et alios inferius notandos, haud semel occurrant ejusmodi sententiæ. Unde manifestum est nullam congruentem hactenus allatam esse causam, quare Vigilio ascribatur.

Afro itaque Vigilio nihil est quod Symbolum *Quicunque* tribuatur. At huic Gallum auctorem, **656** Vincentium nempe Lirinensem, substituit laudatus vir Anthelmius, qui suam hisce argumentis hisce verbis sententiam asserit : « 1° Quod ille tempestatis istius, qua digestum est Sym- « bolum, nobilissimus scriptor exstiterit ; 2° quod hæresibus bellum indicere scopus ipsi fuerit « unicus ; 3° quod errores, Symboli confessione sigillatim perstrictos, eosdem specie, nec alios, « scriptis suis impugnare delegerit ; 4° quod sub alieno nomine in hac palæstra mereri affectarit ; « 5° quod ipsi Trevirense solum, seu Belgica prima, in qua primo repertum est Symbolum, patria « fuerit ; 6° quod ipse cum ejusdem metropoliticæ urbis antistite tum sedente, necessitudine « videatur obligatus ; 7° quod in aliquam M. Athanasii similitudinem a patriis finibus velut « extorris egerit ; 8° quod in aliquo suo priori opere Symboli locutiones, insignioresque formulas « occuparit, nec verbis solummodo vel characteristicis, ut ita dicam, vocibus, sed transitionibus, « sed comparationibus, sed iisdem postremum tenore, contexturaque ratiocinii, cum Symboli « methodo et artificio progressus fuerit ; 9° quod in ejus a se tum expositæ fidei confessionem, « miris ac iteratis mentis excessibus raptus, ejusdem aliquando retractandæ, et elegantius expo- « nendæ indicium prodiderit ; 10° quod postremo ad hanc exponendam operam solemni promis- « sione sese constrinxerit. Quæ gemina tandem et urgens elucubrandi Symboli occasio fuit. »

(3) Quesnell. in edit. S. Leonis.

Hæc erudite sane observata, si alias certum quodpiam suppeteret pro Vincentio testimonium vel codicis vel scriptoris alicujus, eum probe commonstrarent eximii opusculi auctorem. At donec certius aliquid emergat, sub judice litem pendere necesse est. Nam quod primo loco dicitur, etiamsi exploratum esset, infirmum tamen esse nemo non fateretur. Quod enim Vincentius eo floruerit ævo, quo prodiit Symbolum : ea sane non satis apta conjectura fuerit, ut ejus auctor existimetur. Non ægre quidem concesserim Vincentii ætate editam fuisse illam fidei professionem, nec tamen codicis Colbertini auctoritate nititur hæc opinio, quem arbitratur Anthelmius 1100 annorum. Etenim (quod pace viri eruditissimi et amicissimi dicatur) multo minoris ætatis codex esse comprobatur : nemo enim peritus cui librum exhibuerim, octavo eum sæculo antiquiorem æstimavit. Quæ consequuntur autem argumenta ad octavum usque, non controvertenda : nam ita compertum est potuisse hominem, cui hæc convenerint, edere Symbolum, ut non minus exploratum sit potuisse alium, cui nihil eorum competat, illud adornare. Quare ad octavum quod alicujus sane momenti est accedamus. Petitur illud ex quibusdam loquendi formulis magnam cum Symboli particulis quibusdam similitudinem referentibus, quas accurate ex Vincentii Commonitorio collegit laudatus vir, et quia nec paucæ nec spernendæ illæ sunt, eas hic exhibere non pigeat.

TABULA PRIMA.

Excerptum ex Symbolo.	A	*Excerptum e Commonitorio.*
I. Fides autem CATHOLICA hæc est, ut UNUM Deum IN TRINITATE, et TRINITATEM IN unitate VENEREMUR.		I. Ecclesia vero CATHOLICA UNAM Divinitatem IN TRINITATIS plenitudine, et TRINITATIS æqualitatem IN UNA atque eadem Majestate VENERATUR.
II. NEQUE CONFUNDENTES PERSONAS, NEQUE SUBSTANTIAM SEPARANTES.		II. UT NEQUE singularitas SUBSTANTIÆ, PERSONARUM CONFUNDAT proprietatem, NEQUE item Trinitatis distinctio, unitatem SEPARET Deitatis.
III. ALIA EST enim PERSONA PATRIS, ALIA FILII, ALIA SPIRITUS SANCTI.		III. Quia scilicet ALIA EST PERSONA PATRIS, ALIA FILII, ALIA SPIRITUS SANCTI.
IV. SED PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI UNA est divinitas, æqualis gloria, coæterna Majestas.		IV. SED PATRIS ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI non alia et alia, sed UNA eademque natura.

TABULA SECUNDA.

Excerptum ex Symbolo	B	*Excerptum e Commonitorio.*
I. Est ergo fides recta UT credamus et CONFITEAMUR, quia Dominus noster Jesus Christus DEI FILIUS, DEUS ET HOMO EST.		I. Vehementer enim præcavere debemus, UT Christum non modo unum, sed semper unum CONFITEAMUR. . . . unus idemque Christus, FILIUS DEI, unus idemque Christus, DEUS ET HOMO.
II. Deus est EX substantia PATRIS ANTE SÆCULA GENITUS, et homo est EX substantia MATRIS IN SÆCULO natus.		II. Idem EX PATRE ANTE SÆCULA GENITUS, idem IX MATRE IN SÆCULO generatus.
III. PERFECTUS DEUS, PERFECTUS HOMO, EX ANIMA rationali et humana CARNE SUBSISTENS.		III. PERFECTUS DEUS, PERFECTUS HOMO, in Deo summa Divinitas, in homine plena humanitas : quippe quæ animam simul habeat et CARNEM . . . . EX duplici diversaque SUBSISTENS animi corporisque natura.
IV. ÆQUALIS PATRI sdcundum Divinitatem MINOR PATRE secundum humanitatem.		IV. Duæ substantiæ sunt, una coæterna, et ÆQUALIS PATRI ; altera ex tempore et MINOR PATRE.

657 TABULA TERTIA.

Excerptum ex Symbolo.	C	*Excerptum e Commonitorio.*
I. Qui licet DEUS sit et homo, NON DUO tamen. sed UNUS EST CHRISTUS.		I. UNUM Christum Jesum, NON DUOS, eumdemque DEUM pariter atque HOMINEM.... et hoc totum UNUS EST CHRISTUS.
II. UNUS AUTEM NON CONVERSIONE DIVINTATIS in carnem, sed assumptione HUMANITATIS in DEUM. UNUS omnino NON CONFUSIONE substantiæ, SED UNITATE PERSONÆ.		II. UNUS AUTEM NON.... DIVINITATIS et HUMANITATIS CONFUSIONE, SED UNITATE PERSONÆ.... NON CONVERSIONE naturæ, SED PERSONÆ.
III. Nam SICUT ANIMA rationalis et CARO unus EST HOMO, ITA DEUS et homo UNUS EST CHRISTUS.		III. Igitur SICUT ANIMA connexa CARNI, non imitatur hominem, sed EST HOMO, ITA etiam, Verbum DEUS, uniendo se homini.... factus EST HOMO... et ex duabus substantiis UNUS EST CHRISTUS.
IV. Qui PASSUS est pro salute nostra, etc.		IV. Ecclesia Deum secundum hominem credit factum, PASSUM, etc.

Hæc in Vincentii Commonitorio sparsim posita, in unum collegit laudatus vir Anthelmius : validum hinc elici ratus argumentum, quo Symbolum Vincentio eidem Lirinensi ascribatur. Et sane d probe eruditi viri argumentis conficitur, nihil repugnare scilicet, ut sit illud Vincentii Lirinen-

sis opus. Quæ enim gravior ea in re occurrere videtur difficultas, ex confutata nempe in Symbolo Eutychetis hæresi hisce verbis : « Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ, » plane levatur ex simili Commonitorii loco superius posito : ex quo palam est, ante Chalcedonensem synodum in usu fuisse eam loquendi formulam. Siquidem Vincentius in Communitorio aliquot ante eam synodum annis a se conscripto, iis est usus vocibus. Fatemur tamen nobis nondum prorsus constare, fuisse Symbolum a Vincentio Lirinensi conscriptum : id solum liquet : ut Vincentius in Commonitorio voces passim in Ecclesia suo ævo observatas pro fide exponenda usurpavit, ita auctorem Symboli, quisquis tandem ille sit, vocibus usum esse suo ævo in Ecclesia receptis ; imo conspicuum est neutrum aliam tenere viam, aliis uti dictis debuisse. Ea enim est consuetudo, ut in cudendis Symbolis et Fidei confessionibus, loquendi solum genera vulgo a Catholicis usurpata adhibeantur, nec nova introducantur, nisi in synodis, ac ne in synodis quidem, nisi gravissima de causa.

Quod postremo loco dicitur, Vincentium ad fidei confessionem denuo tractandam et explanandam sese solemni promissione constrinxisse, id sane de Symbolo hujusmodi adornando intelligi non posse liquet ex ejus verbis : « Hæc in excursu, *inquit*, dicta sunt, alias, si Deo placuerit, uberius tractanda et explicanda. » Quis enim non videat, his prolixiorem promitti tractatum, non ipso symbolo tantum, sed etiam commonitorio : quod multo prolixius est Symbolo, *Quicunque* ?

Cæterum cum ex allatis supra testimoniis videatur in Galliis primum celebrari cœpisse hoc Symbolum, haud abs re conjectant eruditi viri, in Galliis illud fuisse elucubratum. Quod item forte suadeat antiquissimus ille in Galliis et in Anglia mos Symboli alternatim concinendi : itemque mss. Gallicanorum copia et antiquitas. Treviris autem ab Athanasio fuisse adornatum testantur Otto Frising. et post illum Durandus *De off. div.* lib. IV, cap, 2. Sed Baronius ad ann. 340, opinatur ab Athanasio Romæ catholicam fidei professionem coram Julio pontifice fuisse recitatam. Qua de re quid sentiendum sit ex superioribus liquet.

IV. *De variis Symboli formulis, cum Latinis, tum Græcis.*

Latini codices plerique omnes Symbolum exhibent cum perpaucis varietatibus, uno excepto Colbertino antiquissimo, qui non sententia, sed verbo tantum tenus multum discrepat ab editis.

Græcæ vero formulæ ita inter se dissonant, ut a variis interpretibus ex Latino Græce versas fuisse conspicuum sit. Quatuor afferimus inferius : Gudlingius vero in notis ad Zialowiskium sex edidit formulas, ex quarum tamen numero tres ita inter se sunt affines, ut paucis duntaxat lectionibus differant, quas nos adnotavimus ad tertiam formulam.

Prima ita formula Græca, ea est quam ad finem Palatinorum codicum editi Felckmanuus, de qua superius actum fuit.

Secunda, quam edimus, formula, jam olim publici juris facta per Genebrardum anno 1560, quam ait ille esse Ecclesiæ Constantinopolitanæ, exstat in Regio codice num 2502, olim ex Bibliotheca Joannis Huralti Boistallerii a Carolo IX Venetias legati. In quo codice hæc leguntur ante Dialogum S. Athanasii cum Ario : Τὸ παρὸν βιβλίον ἐγράφη παρ' ἐμοῦ Ζαχαρίου ἱερέως τοῦ Κρητὸς τοῦ Μαραφαρᾶ διὰ συνδρομῆς καὶ μισθοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου κυρίου Ἰωάννου Βοϊσταλλερίου, πρέσβεως Ἐνετίησι τοῦ ἐκλαμπροτάτου καὶ γαληνοτάτου αὐθέντου σύρου Κάρλου βασιλέως Γάλλων. Καίτοι, ἐὰν εὕρητέ τι λάθος, σύγγνωτε. ἀνθρώπινον πάθος τὸ ἁμαρτάνειν. Ἔρρωσθε. Id est, « Hic Liber a me descriptus est Zacharia Maraphara, presby- « tero Cretensi, ope ac mercede accepta clarissimi domini Joannis 658 Boistallerii, Venetiis ver- « santis, legati præclarissimi ac serenissimi domini Caroli regis Gallorum. Si quem porro lapsum « deprehendatis, ignoscite. Humanæ est infirmitatis peccare : Salvete. *Et inferius* ; Transcriptus « et recognitus liber hic est, ex vetustissimo exemplari Cretico ; Venetiis anno 1552, impensa facta « aureorum X. Zacharias sacerdos transcripsit et habuit. » Incertum autem utrum ex illo quod memorat vetustissimo exemplari Symbolum etiam sit mutuatus : codex quippe amplæ molis multa et varia complectitur, quæ dubitare licet ex unone codice exscripta fuerint an ex compluribus. Sane nullum vidimus Græcum hujus Symboli codicem qui trecentorum sit annorum, nec antiquum aliud a quopiam visum fuisse novimus.

Tertia, primum edita fuit ab Henrico Stephano anno 1565. Deinde vero a Gilberto Genebrardo ex codice Lazari Baiffii, éum varii lectionibus ex editione Henrici Stephani quæ in nonnullis ab ea discrepat. Itemque ex postrema conciliorum editione, quæ in pluribus differt ab utraque.

Quarta Fidei formula, seu versio Symboli *Quicunque* in postrema Conciliorum editione cusa est, ex Usserio desumpta, quam Usserius ex Patricii Junii apographo mutuatus, publicam fecerat anno 1647. Hæc plane παραφραστικῶς conscripta fuit. Estque notatu dignum, in prima et formula Spiritum sanctum dici solum ex Patre procedere, in secunda et tertia, ex Patre Filioque : unde fortassis suspicio veniat fuisse illas a Latinis editas, cum hanc Græci doctrinam proterve ac temere contra sanctorum Patrum etiam Græcorum sententiam repudient.

Non ingratum lectori fore putamus, quod binas Gallicas versiones his adjecerimus : quarum prior, uti dictum est, ex codice Colbertino 3133 a 600 anuis conscripta est. Altera vero ex codice RR. PP. Fratrum Minorum 400 annorum. Videturque ex antiquiore codice exscripta : non con-

sonat enim illa interpretatio cum Latino Symbolo e regione posito ; ita ut etiam inscriptio Latina a Gallica penitus discrepet, in prioreque Bonifacii, in posteriore vero Athanasii esse dicatur.

His subjungimus Symboli explicationem Latine compositam ex codice hujusce Sangermanensis cœnobii annorum dlus quingentorum exscriptam, non indignam, ut arbitramur, quæ in lucem prodeat.

Agmen claudit Græca fidei confessio,ex codice Regio 2356 excripta. Quæ item præfert Athanasii nomen, multisque, ut existimamus, post Athanasium sæculis edita est.

—

ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.

—

SYMBOLUM S. ATHANASII DE FIDE CATHOLICA (4), *VULGO IN ECCLESIA RECEPTUM.*

—

PRIMA FORMULA.

Εἰ τις θέλει σωθῆναι, πρὸ πάντων χρὴ αὐτῷ τὴν A καθολικὴν κρατῆσαι πίστιν· ἣν εἰ μή τις ὑγιῆ καὶ ἄμωμον τηρήσειε, πάσης ἀμφιβολίας ἐκτὸς εἰς τὸν αἰῶνα ἀπολεῖται. Πίστις δὲ καθολικὴ αὕτη ἐστὶν, ἵνα ἕνα Θεὸν ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι σέβωμεν, μήτε συγχέοντες τὰ πρόσωπα, μήτε τὴν οὐσίαν διαιροῦντες. Ἄλλη φάρ ἐστιν ἡ τοῦ Πατρὸς ὑπόστασις, ἄλλη τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἄλλη τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἀλλὰ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, μία ἐστὶ θεότης, ἴση δόξα, συνδιαιωνίζουσα ἡ μεγαλειότης. Οἷος ὁ Πατὴρ, τοιοῦτος καὶ ὁ Υἱὸς, τοιοῦτον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἄκτιστος ὁ Πατὴρ, ἄκτιστος ὁ Υἱὸς, ἄκτιστον καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἄμετρος ὁ Πατὴρ, ἄμετρος ὁ Υἱὸς, ἄμετρον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Αἰώνιος ὁ Πατὴρ, αἰώνιος ὁ Υἱὸς, αἰώνιον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ ὅμως οὐ τρεῖς αἰώνιοι, B ἀλλ' εἷς αἰώνιος· ὥσπερ οὐ τρεῖς ἄκτιστοι, οὐδὲ τρεῖς ἄμετροι, ἀλλ' εἷς ἄκτιστος, καὶ εἷς ἄμετρος. Ὁμοίως παντοκράτωρ ὁ Πατὴρ, παντοκράτωρ ὁ Υἱὸς, παντοκράτωρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ὅμως οὐ τρεῖς παντοκράτορες, ἀλλ' εἷς παντοκράτωρ. Οὕτω Θεὸς ὁ Πατὴρ, Θεὸς ὁ Υἱὸς, Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλ' ὅμως οὐ τρεῖς θεοὶ, ἀλλ' εἷς Θεός. Ὡσαύτως Κύριος ὁ Πατὴρ, Κύριος ὁ Υἱὸς, Κύριος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ὅμως οὐ τρεῖς κύριοι, ἀλλ' εἷς ἐστι Κύριος. Ὅτι, ὥσπερ μοναδικῶς ἑκάστην ὑπόστασιν Θεὸν καὶ Κύριον ὁμολογεῖν Χριστιανικῇ ἀληθείᾳ ἀναγκαζόμεθα, οὕτω τρεῖς θεοὺς ἢ τρεῖς κυρίους λέγειν καθολικῇ **659** εὐσεβείᾳ κωλυόμεθα. Ὁ Πατὴν ὑπ' οὐδενός ἐστι πεποιημένος, οὔτε δεδημιουργημένος, οὔτε γεγεννημένος. Ὁ Υἱὸς ἀπὸ μόνου τοῦ Πατρός ἐστιν

29. *Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, et homo est ex substantia matris in sæculo natus.* Deus est ex substantia Patris, id est, ex æqualitate naturæ, ante sæcula genitus, id est, ante omnem creaturam sicut dicit in Psalmo : *Ex utero ante luciferum genui te* [95]. Ex utero, id est, ex mea substantia ; ante luciferum, id est, ante omnem creaturam. *Et homo est ex substantia matris in sæculo natus*, id est, totus homo cum corpore et anima, in omnia nobis similis, absque peccato. Ex substantia matris, id est, de æqualitate naturæ matris in sæculo natus, id est, in his temporibus. Non aliunde nisi de semine mulieris sine coitu viri carnem suscepit. Unde Salomon : *Sapientia ædificavit sibi domum* [96], hoc est, ædificavit Christus sibi carnem de beata Maria, de qua legitur : *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem* [97].

30. *Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali et humana carne subsistens. Perfectus Deus*, id est, plenus, quia nihil indiguit. Perfectus homo, qnia nihil minus habuit extra peccatum, quam homo. *Ex anima rationali.* Christus veram animam habuit unde Sapientia crescere potuisset, sicut dicit in Evangelio : *Jesus autem proficiebat sapientia et ætate* [98]. Sapientia in anima, et ætate in corpore. *Et humana carne subsistens.* Quia humus terra dicitur, de humanitate carnem assumpsit.

31. *Æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Æqualis Patri secundum divinitatem* secundum illud : *Ego et Pater unum sumus. Minor Patre secundum humanitatem* [99], juxta quod dicit : *Pater major me est* [1]. In quo homo est minor a divinitate.

32. *Qui licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus.* Ideo sic conjungi voluit Dei Filius cum humana natura, ut ex his duabus substantiis fieret una persona.

33. *Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deo.* Non quod illa divinitas quæ est Filius Dei se convertisset in humanitatem, ut quod erat divinum, hoc fieret humanum ; sed assumendo naturam nostram sic est unus effectus, ut non amitteret quod erat, sed assumeret quod non erat. Assumpsit humanitatem, et non amisit divinitatem.

34. *Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ.* Non in eo naturæ commistio est, ut vel divinitas mutaretur in naturam humanitatis, vel humanitas converteretur in naturam divinitatis, sed utrique naturæ manet proprietas in perpetuum. Tanta tamen conjunctio est naturarum, ut idem qui æternaliter ex Deo Patre genitus est, homo sit verus. Homo propter susciplentem Deum, Deus verus, Deus Dei Filius ; propter susceptum hominem, homo verus. Personam quippe Filii Dei non ex duabus personis unitam, sed ex duabus naturis existere credimus, de duabus personis compositam credere, ut nefas vetamus.

35. *Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus.* Sicut enim ex carne et anima unum dicimus hominem, et unusquisque habet duos homines in se, unum carnalem, alium spiritualem, unum visibilem, alium invisibilem, unum mortalem, alium immortalem, ita Deus et homo unus est Christus.

36. *Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.* In quo passus ? in quo videbatur, in quo homo erat, in quo crucifixus, in quo mortuus, in quo sepultus, in quo resurrexit. Quia divinitas impassibilis est, sed in conjunctione personæ Filius Dei dicitur passus. *Descendit ad inferos*, id est, anima cum Verbo, quia priusquam humanitas assumpta est a divinitate, non est separata a Verbo, sed ipsa anima a corpore separata est. Quia si non esset separata, non posset mori. Et iste descensus ad solam animam pertinet. *Tertia die resurrexit a mortuis*, ut nobis exemplum resurrectionis ostenderet sicut propheta ait : *Post duos dies suscitabit nos et tertia die resurgemus, et in conspectu ejus vivemus* [2].

37. *Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram omnipotentis, inde venturus est judicare vivos et mortuos.* Ascendit ad cœlos ipsa humanitas quæ fuit passa, sicut angeli dixerunt : *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum ? Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cœlum sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum* [3]. Quia secundum divinitatem ad nullum potest ascendere locum, sed ubique totus est. *Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.* Dexteram autem Dei non carnalem, non corporalem, sicut humana habet natura, sed in hoc pro gloria Dei convenit accipere. Ac si aperte dicat : regnat in gloria Dei, et sedere pro regnare dicitur. *Inde venturus est judicare vivos et mortuos.* Venturus est in eadem forma in qua crucifixus, in qua mortuus, in qua sepultus est, in qua resurrexit, non in ea tantum humanitate in qua antea fuit, sed in gloria et majestate. Et ideo in eadem forma, ut videat Herodes et Pilatus quem judicaverunt, et videant Judæi quem tradiderunt, ut videant milites quem crucifixerunt, ut videant impii quem negaverunt. *Vivos*, quos ejus adventus invenerit in corpore viventes. *Mortuos*, qui mortui erunt ab initio usque in illum diem. Vel aliter. Vivos, id est, sanctos ; mortuos, id est, peccatores cum peccatoribus suis [sic codex].

667 38. *Ad cujus adventum omnes homines resur-*

[95] Psal. CIX, 4. [96] Prov. IX, 1. [97] Rom. I, 3. [98] Luc. II, 52. [99] Joan. X, 30. [1] Joan. XIV, 28. [2] Ose. VI, 3. [3] Act. I, 11.

gere habent cum corporibus suis, et reddituri sunt de factis propriis rationem. In adventu Christi unusquisque, sive justi, sive peccatores resurgere habent cum corporibus suis, et reddere de factis propriis rationem. Reddet autem rationem non fabulæ verborum, sed recordatione omnium quæ fecit, sive bonum, sive malum. Et secundum hoc unusquisque recipere debet, boni bona, mali mala.

39. *Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui vero mala in ignem æternum. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam.* In vitam æternam erunt boni sine fine in gloria regnaturi. *Qui vero mala in ignem æternum.* Quia semper erit malis sine fine pœna inferni, et sine ulla misericordia cum corpore et anima non consumpturi, sed semper arsuri, et nunquam deficient.

40. *Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit,* sicut superius diximus. Ista est fides catholica. Hic rogat et admonet ut unusquisque sacerdos hoc sciat et prædicet. *Quam,* id est, quam fidem, *nisi quisque,* id est, unusquisque, *fideliter,* ut de ea non dubitet, *firmiterque crediderit,* ut nullus a sua fide removeri possit, nullus schismate vel hæresi. *Et ita non crediderit, salvus esse non poterit.*

Explicit Tractatus de fide catholica.

MONITUM.

Opusculum De Trinitate *prodit ex ms. Regio* 2358, *videturque conscriptum post Chalcedonensem synodum; quo autem ævo, ignoratur.*

EJUSDEM (ATHANASII) DE TRINITATE.

Unam esse naturam existimate Patris et Filii et Spiritus sancti, et hasce tres hypostases, Patrem, Filium et Spiritum sanctum, quemadmodum et baptizati sumus. Nam *euntes,* inquit, *docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*[4]. Unam quidem naturam, quia plures celebrare et in multos deos dividere, ethnicorum est: tres autem hypostases, sive personas; ut ne locum habeat Judæorum sententia, et ne absque prole et absque Verbo sit Pater: *Ex quo omnis paternitas*[5]. Et Verbum nostro verbo indigentius, si non habeat Spiritum. Et ut perfectum illud in tribus sit perfectis hypostasibus. Nam juxta imaginem ejus qui in nobis est intellectus, verbi ac spiritus, ita est Pater, Filius et Spiritus. Spiritum porro cum audis, sanctum et hypostaticum intellige. Nos quidem corruptibiles sumus, et spiritus solvitur (a corpore). Ejus autem qui immortalis est, plane immortalis est Spiritus, utpote substantia quædam hypostatica. Una igitur est trium hypostasium natura, una deitas, una voluntas, una operandi vis, una potentia, unum placitum, unus motus, unus splendor ex tribus exsiliens. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, hæc tria unus. Deus perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus sanctus: ejusdem honoris, ejusdem potestatis. Qui res omnes crearunt, easque continent et curant. Iis tribus omnia similiter, sine discrepantia, eadem ratione conveniunt, sive quod esse, sive quod non esse spectat, sive quoad rationem qua se habent erga creaturas, sive quoad operationem, sive quoad potentiam, sive quoad æternitatem, sive quod excellentiam spectat et causæ rationem. Quale est, idem esse, incorporeum

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ (ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ)

Μίαν φύσιν δόξατε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος τὴν θεότητα, καὶ τρεῖς ταύτας τὰς ὑποστάσεις, Πατέρα, Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, καθὼς καὶ βεβαπτίσμεθα. Πορευθέντες γὰρ, φησὶ, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Μίαν μὲν φύσιν, ὅτι τὸ πλείους δοξάζειν καὶ κατατέμνειν εἰς πολλοὺς θεοὺς τὴν μίαν θεότητα τῶν Ἑλλήνων ἐστί· τρεῖς δὲ ὑποστάσεις, ἤτουν πρόσωπα, ἵνα μὴ σχῇ χώραν τῶν Ἰουδαίων ἡ δόξα, καὶ ἵνα μὴ ἄγονος ᾖ καὶ ἄλογος ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ· καὶ ὁ Λόγος τοῦ ἡμετέρου λόγου ἐνδεέστερος, μὴ ἔχων Πνεῦμα· καὶ ἵνα τὸ τέλειον ᾖ ἐν τρισὶ τελείαις ταῖς ὑποστάσεσι. Καὶ γὰρ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐν ἡμῖν νοῦ, λόγου τε καὶ πνεύματος, Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα. Πνεῦμα δὲ ἀκούων, ἅγιον ἐνυπόστατον νόει. Ἡμῶν μὲν φθαρτῶν ὄντων, καὶ τὸ πνεῦμα λυόμενοι· τοῦ δὲ ἀθανάτου πάντως τὸ πνεῦμα ἀθάνατον, ὡς οὐσία τις ἐνυπόστατος. Μία οὖν ἐστι τῶν τριῶν ὑποστάσεων φύσις, ἡ θεότης, καὶ μίαν θέλησις, καὶ μία ἐνέργεια, μία δύναμις, ἓν βούλημά τε καὶ κίνημα, καὶ ἔξαλμα τῆς λαμπρότητος τῶν τριῶν. Θεὸς ὁ Πατὴρ, Θεὸς ὁ Υἱὸς, Θεὸς τὸ Πνεῦμα, εἷς τὰ τρία· Θεὸς τέλειος ὁ Πατὴρ, τέλειος ὁ Υἱὸς, τέλειος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τῆς αὐτῆς τιμῆς, τῆς αὐτῆς ἐξουσίας. Δημιουργὰ τῶν ὄντων ἁπάντων, καὶ συνεκτικὰ, καὶ προνοητικὰ, ὁμοίως πάντα τοῖς τρισὶ, καὶ ἀπαραλλάκτως καὶ ταυτῶς, ὅσα τοῦ εἶναι, καὶ ὅσα τοῦ τι μὴ εἶναι, καὶ ὅσα τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὰ κτιστὰ, καὶ ὅσα τῆς ἐνεργείας, καὶ ὅσα τῆς δυνάμεως, ὅσα τῆς ἀϊδιότητος, καὶ ὅσα καθ' ὑπεροχὴν, ἢ κατ' αἰτίαν εἶναι λέγεται. Οἷον τὸ εἶναι ταυτὸν, τὸ ἀσώματον εἶναι τὸν ἀκατάληπτον, τὸ βασιλεύειν, τὸ δημιουργεῖν, τὸ θεοῦν, τὸ δύνασθαι, τὸ ἀΐδιον εἶναι,

[4] Matth. xxviii, 19. [5] Ephes. iii, 15.

τὸ ἀρχὴν εἶναι ὑπεράρχιον, τὸ οὐσίαν εἶναι ὑπερ- A
οὐσιον, τὸ φῶς λέγεσθαι. Το δὲ σκότος τὰ συμβολικῶς
λεγόμενα, οἷον θυμοῦσθαι καὶ ὀργίζεσθαι, ὑπνοῦν
καὶ ἐγρηγορέναι. Ταῦτα πάντα τῇ μιᾷ φύσει προσ-
αρμόζοντες, οὐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτὴν δηλοῦμεν, ἢ
νοοῦμεν αὐτὴν, ἀλλ' ἐν τῶν περὶ αὐτήν. Μίαν δ' οὖν
τὴν φύσιν εἰδότες τῶν τριῶν ὑποστάσεων, οὐδενὶ τῶν
ἄλλων διαφερουσῶν ἢ ταῖς ἰδιότησι ταύταις, τὸ γεννᾷν
λέγω καὶ τὸ γεννᾶσθαι, καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι, καὶ
ὅτι τὸ μὲν Πατὴρ, τὸ δὲ Υἱὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα· καὶ ὅτι
ὁ μὲν Πατὴρ, γεννήτωρ καὶ προβολεὺς, γεννήτωρ μὲν
τοῦ Υἱοῦ, προβολεὺς δὲ τοῦ Πνεύματος· ὁ δὲ Υἱὸς
γέννημα, τὸ δὲ Πνεῦμα πρόβλημα. Καὶ ὁ μὲν Πατὴρ
ἀγέννητος, ὁ δὲ Υἱὸς γεννητὸς διὰ δύο νν, τὸ δὲ
Πνεῦμα ἐκπορευτόν. Καὶ ὁ μὲν Πατὴρ αἴτιος, ὁ δὲ
Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα αἰτιατά. Καὶ ὁ μὲν Πατὴρ προ- B
βολεὺς, ὁ δὲ Υἱὸς Υἱὸς μόνον, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκπο-
ρευόμενον· οὐ γὰρ ἐξίστανται τῶν ἰδιοτήτων, οὔτε
ὁ Πατὴρ τοῦ εἶναι Πατὴρ, οὔτε ὁ Υἱὸς τοῦ εἶναι
Υἱὸς, οὔτε τὸ Πνεῦμα τοῦ εἶναι Πνεῦμα, ἀλλ' ἡ μὲν
οὐσία κοινὴ, μία τῶν τριῶν ἡ θεότης, ὡσπεροῦν
φῶτα τρία ἀλλήλοις ἑνούμενα καὶ οὐ συγχεόμενα.
Ταῦτα μὲν ἱκανὰ εἰδέναι περὶ τὴν θεολογίαν.

esse qui comprehendi nequeat, regnare, creare, posse, æternum esse, principium esse supra omne principium, lumen dici. Tenebræ autem sunt quæ symbolice (de Deo) dicuntur, scilicet indignari, irasci, dormire, vigilare. Hæc omnia uni naturæ congruenter attribuentes, non ex iis quæ ad eam pertinent significamus aut intelligimus, sed ex iis quæ circa illam sunt. Unam itaque scimus esse naturam trium hypostasium, quæ nullo alio differunt, quam hisce proprietatibus, generare scilicet, generari, et procedere, et quod illud sit Pater, illud Filius, illud Spiritus, et quod Pater quidem sit genitor et productor, genitor Filii, productor Spiritus : Filius proles, Spiritus productus. **668** Et Pater quidem ἀγέννητος, seu *non genitus;* Filius γεννητός cum duobus νν, seu *genitus*, Spiritus vero procedens. Pater causa est, Filius et Spiritus causati. Pater est etiam productor. Filius tantum Filius, Spiritus procedens : neque suis excedunt proprietatibus, Pater scilicet a ratione Patris, Filius a ratione Filii, Spiritus a ratione Spiritus ; sed essentia communis est ; una trium est divinitas ; sicut tria lumina invicem unita nec confusa. Hæc sunt ad theologiæ notitiam satis.

Τέλος καὶ τῷ Θεῷ χάρις.

Finis et gratia Deo.

IN OPUSCULUM DE PASCHATE MONITUM

Hic libellus nobis a clar. viro Antonio Muratorio, in bibliotheca Ambrosiana præposito transmissus nuperrime fuit. Et quidem, ut mihi videtur, a Latino quodam scriptore Athanasii nomine exaratus est. Nihil enim Græcum olet quod orationem spectat, etsi ut legentibus fucum faceret scriptor iste, et Athanasio hoc ascribi opusculum curaret, rationem Paschatis computandi quæ apud Græcos obtinet sequi videatur. Verum nonnulla hic comparent quæ minus peritum ψηφιστὴν arguant, ut quod ait : Sic Pascha nec ante XI Kalendas Aprilis, nec post XI Kalendas Maii celebrari posse decretum est. ***Quod vel unum sufficiat, ut Athanasio abjudicemus : qui cum apud Ægyptios, computatores omnium accuratissimos vitam ageret, et curam ordinandi Paschatis post decessorem suum Alexandrum, synodi Nicænæ jussu accepisset (nam Alexandrinis præsulibus hæc provincia demandata fuerat) ; in hujusmodi errorem nunquam delapsus esset. Quamobrem inter spuria merito oblegatur. Opinamur autem octavo vel nono sæculo adornatum fuisse, quo ævo hujusmodi studia obtinebant.***

Incipit tractatus S. Athanasii episcopi Alexandrini de ratione Paschæ.

Mensis hic vobis initium mensium, primus erit vobis in mensibus anni. Loquere ad omnem synagogam filiorum Israel. Decima mensis hujus sumite unusquisque ovem per domus paternas, et per singulas domus ; ita ut si non sint satis ad ovem, assumant secum vicinum propinquum. Sument autem agnum masculum immaculatum anniculum de ovibus et hædis, et erit vobis observatum usque in quartamdecimam mensis hujus. Et occidet eum multitudo synagogæ filiorum Israel. Ad vesperam assument de sanguine et ponent super duos postes et limina domus, in quibus edent eum : et manducabunt carnes assatas agni et azyma cum amaritudine manducabunt. Et non manducabitis ex iis crudum neque coctum in aqua, sed assatas in igne. Sic autem manducabitis illum. Lumbi vestri accincti et calceamenta vestra in pedibus vestris, et edetis illum cum festinatione : Pascha enim est Domini [6].

Scio multos scrupulosius interrogare solitos, quare secundum morem Judæorum ad lunæ comparitionem diversis temporibus Pascha celebremus: dicentes rectius videri, ut si commemoratio sit Dominicæ passionis, unus anniversarius dies natalis in observatione teneatur, ut semper VIII Kal. Aprilis diem Paschæ celebrarent, in quo die Christi resurrectio traderetur. Itaque inquirentibus curiosius, quid majores nostri secuti videantur exponam. Passio Christi redemptio est creaturæ dicit, resurrexit Christus in æquinoctio veris luna plena die Dominico. De quo Apostolus ait quod conge-

[6] Exod. XII, 2-11.

miscat et doleat subjecta servituti, non sua sponte, sed per eum qui subjecit illam spem : quia et in ipsa liberabitur a corruptela servitutis cum libertate filiorum Dei [7]. Creaturam autem intelligimus esse vitam qua mundus amatur, in quo creatura omniaque gignuntur e terra : certum enim est nihil creari posse sine vita. Quæ utique creatura tunc subjecta est servituti cum mundus est captus. Quam Christus passione sua veniens liberum se servavit, ut in eo tempore pateretur in quo creatura subjecta fuerat servituti : ut quia dies ille tristitiæ fuerat, item lætitiæ redderetur. Resurrexit enim Christus in æquinoctio veris luna plena, die Dominica, quem in mundi convenire principio Genesis relatione cognoscimus, cum primum apparente arida, quam vocavit Deus terram, dictum est : *Germinet terra omne fenum, et omne viride lignum* [8]. In vere autem germinare omnia vidimus, atque in eo principium mundi esse comprehendimus. Propterea et Scriptura proprie mensem novorum appellat, in quo terræ facies innovatur. Sed cum tres menses vernum tempus accipiat, horum trium medium tempus initium mundo dedisse monstratur. Medium enim tempus veris est æquinoctium, in quo lux et tenebræ consistunt æquales, cum divisit Deus, ut scriptum est, inter medium lucis mediumque tenebrarum. Nec dubia fides est de justitia et benevolentia Dei, qui cum fecerit mundum, lumen et tenebras statuerit æquales, ut deinde lux cresceret, et tanebræ decrescerent. Cum ergo hic dies medium veris obtineat, non sine causa majores nostri VIII Kal. Aprilis tres addiderunt dies, ut primum diem mundi constituerent. XI enim Kal. Aprilis primum esse voluerunt, quia antequam sol in diei principio conderetur triduum ante præcesserat. Refert enim Genesis quarta die facta luminaria solis et lunæ. Propterea invenimus et in VIII Kal. quidem resurrexisse, verum in XI Kal. die Pascha cum discipulis inchoasse. Ita isti tres dies, cum passione et resurrectione communicant, et æquinoctium ad omnes intelligitur 669 pertinere, in quibus cursum nec sol nec luna conficit. Diem autem Dominicam, primam diem esse dubitare non possumus, quia dicit Scriptura sex diebus factum esse mundum, et septima die requievisse, quam septimam Sabbatum appellavit. Unde manifestum est primam diem in prima feria quæ est Dominica constitisse. Sive enim hoc secundum mundum, sive secundum spiritum computemus, ex una origine inveniemus computationis utriusque rationem, quia ad imaginem spiritus septiformis, et sæculi hujus, dierum septenarius numerus constitutus est. Similiter cum dicat Genesis facta esse duo luminaria in cœlo, ut lucerent super terram, solem in inchoatione diei, lunam in inchoatione noctis, plenam lunam intelligimus esse generatam, ut facta ad illuminationem terræ in inchoatione noctis, tota in terra nocte luceret, sic passionis Dominicæ resurrectio, quæ creaturam servitio liberavit, in æquinoctio veris luna plena, Dominica die, traditur exstitisse. Sed quia, sicut computatio invenit, concurrere sibi per singulos annos in universitate non poterat ut scilicet æquinoctium et luna plena et dies Dominica convenirent ; sequenti enim anno in eodem die luna vicesima quinta secunda feria deprehensa est, judicatum est æquinoctium ad natale Paschæ (37-38), cum duæ illæ partes et dies et luna deessent, non sufficere. Itaque rectius statutum est ad natalem Paschæ diem, mensem integrum *relari* in quacunque ejus parte et dies et luna concurrerent. Neque hoc sine auctoritate Scripturæ, ut enim Moyses cum Pascha mandaret : *Mensis hic vobis initium mensium primus erit vobis in mensibus anni*. Quo verbo tantum mensem ad celebrationem Paschæ intelligitur consecrasse. Ita majores nostri, qui II Kal. Aprilis principium anni invenerunt, mensem exinde computantes in II Kal. Maii extenderunt. Sic Pascha nec ante II Kal. Aprilis, nec post II Kal. Maii celebrari posse decretum est. Sed cum in hoc mense et luna et dies convenirent, luna scilicet plena et Dominica dies, tunc Pascha censitum est celebrandum. Sane quia frequenter rursus cum Dominica die lunæ plenitudo convenit, extendi in septem dies maluerunt, dummodo etiam Dominicam in resurrectionis memoriam retinerent. Ita quando dies sic venerit usque ad vicesimam primam lunam propter Dominicam diem Pascha differimus, quod ipsum non sine Scripturæ auctoritate ; dicit enim Moyses, a decima quarta usque ad vicesimam totos septem dies Paschæ sanctificatos esse debere. Unde ad hunc numerum extendi posse lunam decretum est. Prudentes autem magis ad lunam et diem quam ad æquinoctium natalem Paschæ diem *redierunt*. Luna enim plena totius noctis illuminat tenebras, sicut nos a corruptela tenebrarum illuminatio spiritus liberavit, et post æquinoctium Pascha celebretur, in majori jam luce, et in minori jam nocte celebrabitur. Dominica vero dies resurrectio est dierum ; ad initium enim redit et finem revocat ad vitam. Ita hæc magis visa in natali lætitiæ, et creaturæ liberatione servanda, maxime cum intra primi mensis terminos retinentur. Rursus majorem diei religionem quam lunæ indicaverunt, si quando non posset utrumque servari. Decimam quartam enim lunam, quam diem Dominicam egredi maluerunt, quia tota salus in resurrectione est, quam in die Dominica esse monstravimus, in qua et ortus dierum et resurrectio continetur, propterea quod in ipsa Dominus resurrexit. Luna vero licet ad vicesimam

[7] Rom. VIII, 22. [8] Gen. I, 11.

(37-38) *Natale Paschæ*, vox Latinis usitata.

primam partem non totam impleat noctem, plurimum tamen noctis illuminat et superat, in quo prudenter majores nostri maluerunt usque ad vicesimam primam extendi, quam ante decimam quartam Pascha celebrari, quia post ergum [*l.* tergum] tenebras viæ illius est relinquere, quam antecedentes non posse superare. Itaque hanc summam et hanc conclusionem in penace[pinace]constituto a majoribus, invenimus Pascha nec ante XI Kal. Aprilis, neque post XI Kal. Maii posse celebrari. Cujus observationis narratione narrata, reliqua prosequamur, ut imagini illi in qua Judæis Pascha mandatum est veritatem comperemus in Christo omnes masculos immaculatus anniculus in Pascha Judæis mandatur occidi. Hic est Christus patiens injuriam, qui sicut agnus ductus est ad occisionem: masculum non tantum ad sexum, sed et ad animi firmitatem referre debemus. Immaculatum ostendit Scriptura, quæ dicit quod peccatum in eo non fuit, nec inventus est dolus in ore ejus (39). Anniculus ex eo dicitur, quod in eo totus totius orbis spatia continentur, et sicut anni ætas in quatuor temporibus et duodecim mensibus computatur, sic fides in quatuor Evangeliis et duodecim apostolis continetur. Hic ex ovibus et hædis jubetur assumi, quod Hebræi ita intellexerunt, ut si agnus non fuisset inventus, hædus immaculatus immolaretur in Pascha, quod longe aliter est dictum. Nam ex permisto semine hædorum et ovium postulatus est agnus, quod quidem natura non recipit, sed in Chriti figura monstratum est, quia genus ejus ex Israelitis et alienigeuis Moabitis inveniturresse permistum. Dominus autem agnus istis, hædus[*l.* agnum...hædum] peccatoribus comparavit, ita quia ipse originem secundum carnem non solum a Deo, sed ex peccatoribus gentibus esset habiturus, agnus ex hædis et oxibus postulatnr; qui ad vesperam mandatur occidi. In occasu enim et fine mundi passus ostenditur: nam tempus hoc nostrum novissimos sæculi dies Dominus apostolique docuerunt. Quod vero de sanguine agni domus superlimen consignari jussit, ne a vastatore angelo tangeretur, ostendit crucis signum quo frontem signamus figuram sanguinis obtinere. Hoc autem signaculo ab angelo vastatore defendimur. Comedere hujus agni carnes jubemur, quia liberandus est populus, sicuti Christus ait: *Nisi quis comederit carnem meam non habet vitam* manentem [9]. Caro autem Christi verbum est Dei, qui [quia] *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [10] sic istas carnes assatas comedere mandamur crudas elixasque prohibemur. Cocta enim Christi verba non cruda, probata in multo tentationum ardore, nec mollia, nec fluxa, nec labi facilia. Hæc cum azymo pane sumenda sunt, sicut Apostolus ait: *Pascha nostrum immolatus est Christus; itaque celebremus illud, non in fermento malitiæ et nequitiæ, sed in azymis sinceritatis et veritatis* [11]. Addi azymis amaritudines herbarum docet, quia angustia et tribulus est via quæ ducit ad vitam. Lumbos præcipit zona constringi, ne in libidinis luxuriam resolvantur. Calceamenta in pedibus esse, sicut Apostolus mandat, calceare pedes nostros in evangelio pacis oportere: constanter enim evangelizare non possumus, nisi gressus nostros contra omnes injurias et dolores quodam sensus munimine vestiamus. Baculus debet esse in manibus, quia in hac via vitæ sicut baculus stabilimentum est et disciplina; ideo Salomon non vetat baculum **670** de filii capite removeri, ostendens disciplinam. Hæc autem monet, omnia in festinatione facienda, quia tardus et lentus in Dei gratia non probatur. Stare ergo nos in procincto oportet similes hominibus profecturis, ut cum vocaverit nos Dominus, non moremur. Ita demum enim evadentes interitu a servitute, perveniemus ad regnum Dei; in quo præparavit nobis delectabiles mansiones, qui nos vocavit per Christum Jesum Deum et Dominum nostrum, cujus est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit feliciter.

[9] Joan. VI, 54. [10] Joan. I, 14. [11] I Cor. V, 7, 8.

(39) Vide Gaud. Brixianum in serm. 3, de Pascha.

LEXICON ATHANASII.

(CRAMER, Anecdota Græca ex codd. mss. Bibliothecæ Regiæ Pariensis, Oxonii 1841, in 8, tom. IV, p. 201. — Prodit excerptum sequens ex cod. 2617, qui est sæc. XIV, et plura glossaria continet. Prius dicitur esse interpretatio vocum ex Athanasio depromptarum, sed multæ sunt quæ procul dubio aliunde insertæ sunt, sicut in omnibus his glossariis evenit.)

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ, ΛΕΞΕΙΣ ΕΡΜΗΝΕΥΜΕΝΑΙ.

Ἀρχὴ τοῦ ἄλφα.

Ἄβδια, θάλασσα.
Ἀβελτηρίας, ἀνοίας.
Ἀβέλτερος, ἀνόητος, τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων.
Ἀβίνθη, βάθη.
Ἀβής, ἀσύνετος, ἀνόσιος.
Ἄβιοι, μὴ ἔχοντες, τόξα, ἀπόλε (ἀπόλοι),
Ἄβρωτον, κακὸν, ἀηδῆ, ὀδυνηρόν.
Ἀβλεπήματι, ἁμαρτήματι ἄνευ βουλῆς.
Ἀβλεψία, καρδίας πόρωσις.
Ἀβλήχρην, ἀσθενῆ· καὶ τὸ ἀσθενὲς κατεπέκτασιν τοῦ ἄλφα.

Ἀβουλία, ἀπαιδευσία, ἄνοια.
Ἀβάϋλιτον, κακὸν ὃ οὐ θέλει τις.
Ἀβούλως, ἀφρόνως, ἀμαθῶς.
Ἄβρικτον, δύσκολον, ἢ ἀνύστακτον.
Ἀβρόταξις, ἁμαρτία.
Ἀβρότητι, τρυφερότητι, ἀπαλότητι.
Ἀβροτήμων, ἁμαρτωλός.
Ἁβρός, λαμπρὸς, τρυφερὸς, ἀνθηρὸς, τρυφηλός.
Ἀβροδίαιτος, τρυφητὴς, τρυφερόβιος.
Ἀβροδιαίτη, τρυφερὰ ζωή.
Ἄβρομος, ἀνευ θορύβου.
Ἀβένθη, πολυβαθῆ, ἢ βάθη μυχείτατα.
Ἀβραβένων, θρυπτόμενος, βλακευόμενος.
Ἀβροχίτων, τρυφερὸν χιτῶνα φορῶν.
Ἀβρύεται, κοσμεῖται, θρύπτεται.
Ἀβρύνεται, λαμπρύνεται.
Ἀβροκομᾶ, ὁ τὴν κόμην φαιδρὰν ἔχων.
Ἀβραιβαῖος, γιγαντιαῖος, ἱερυπρεπέστερος.
Ἄβραι, νέαι δοῦλαι, κόραι.
Ἀβόρβηλον, ἀναίσχυντον· ποῦ ἀπαχθές·
Ἀβλοθρίδια, ἀτελῆ, ἐκτρώματα ζωῆς δίχα.
Ἄβλαστον, ἀκίνητον, ἀπρόσιτον.
Ἄβδελον, ταπεινόν.
Ἀβίλλιον, οἶνον.
Ἀβροδίαστον, δαψιλὲς, εὐθυνούμενον.
Ἀβρίζεσθαι, καλλωπίζεσθαι.

Τὸ α μετὰ τοῦ γ.

Ἄγαν, πάνυ, πολύ.
Ἀγαλλόμενος, εὐφραινόμενος, χαίρων.
Ἀγανώπιδος, πραείας, εὐοφθάλμου καλῶς βλεπούσης.
Ἀγάλματα, ξόανα, εἴδωλα, ἢ ἀνδριάντες.
Ἄγαμαι, θαυμάζω, ἐπαινῶ, ἀποδέχομαι.
Ἀγάμενοι, θαυμάζοντες.
Ἀγασάμενοι, θαυμάσαντες.
Ἀγάκλειτος, ὁ ἄγαν ἔνδοξος.
Ἀγάσαιτο, θαυμάσειεν.
Ἀγάστονος, πολυστένακτος.
Ἀγάλμητον, ἀσθενές.
Ἀγαλλίαμα, καύχημα, δόξασμα.
Ἀγαυοί, λαμπροί, ἔνδοξοι, ἀγαθοί.
Ἀγαυρίαμα, ἔπαρμα, ὕψωμα.
Ἀγακλεεῖς, ἄγαν ἔνδοξοι.
Ἀγανόφρων, ἀγαθὸς, πραότατος.
Ἀγάννα, ἄμαξα, ἡμερὰ, καὶ ἡ ἄρκτος.
Ἀγάσυρτος, ἀκάθαρτος.
Ἄγγαρος, ἐργάτης, ὑπηρέτης, ἀχθροφόρος· ὅθεν ἀγγαραίαν τὴν ἀναγκαίαν καὶ ἀκούσιον λέγομεν, καὶ ἐκ βίας γενομένην ὑπηρεσίαν,
Ἄγγορον, ῥογὴν σταφυλῆς.
Ἀγείρατο, ἀνεκτήσατο.
Ἀγείρει, συνάγει.
Ἀγγελιαφόρος, πρεσβευτής.
Ἄγγελός, ἄγγελος.
Ἀγγελία, ἀκοὴ, φήμη.
Ἄγε, φέρε, βλέπε, κόμιζε.
Ἀγελαῖον, ὀχλώδες.
Ἀγέλαστον, ἄτιμον.
Ἀγελαίων, ἰδιωτῶν, ἀμαθῶν, ἀγροίκων.
Ἀγεννῶς, ἀσθενῶς, ἀνάνδρως.
Ἀγενές, ἀνελεύθερον.
Ἄγευστοι, ἄπειροι.
Ἀγείρει, συναθροίζει.
Ἀγέροχοι, ὑπερόπται, ἔντιμοι, ὑπερήφανοι, αὐθάδεις, ὑβρισταί.
Ἀγερωχίας, ὑπερηφανείας.
Ἀγέραστος, ἄτιμος.
Ἀγετός, ὁ θαυμαστός.
Ἀγγενές, ἀνελεύθερον.
Ἄγε δῆτα, δεῦτε δή.
Ἄγειν καὶ φέρειν, τὸ ληστεύειν καὶ ἁρπάζειν· ἤγετο μὲν γὰρ τὰ ἔμψυχα, ἐφέρετο δὲ τὰ ἄψυχα.
Ἀγελιδόν, ἠθροισμένως.

(1) Leg. ἐπισκοπούντων.
(2) Leg. προσαίτης.

A
Ἀγερωπῆ, ἐφορᾶ.
Ἀγερώσσει, ἀγρυπνῆ.
Ἀγερώψατο, ἠμέλησε.
Ἀγῆ, αι, σεμνύναι θεὸν εὐχαῖς.
Ἀγείνωρ, ὑπερήφανος, αὐθάδης.
Ἄγειρος, ἀγείρατος, μὴ ἔχων τέλος.
Ἁγνιστείας, καθαρότητος, ἢ λατρείας.
Ἁγιάσατε, προευτρεπίσατε, κπρύξατε.
Ἀγείρατος, ἀνανδρος, ἀσθενής.
Ἁγιστεία, ἁγιασμὸς, κάθαρσις.
Ἁγιστείαν, εὐσέβειαν, ἔσθ' ὅτε καὶ μιαρότητα.
Ἁγιόχασιν, ἠνέγκασιν.
Ἁγιοπρεπῶς, ὡς πρέπει ἁγίοις.
Ἀγκαλέει, ἀνακαλεῖ.
Ἀγκύλον, σκολιὸν, δυσχερὲς, ἐπιμαμπές.
Ἀγκυλομήτης, σκολιὰ βουλευόμενος· μῆτις γὰρ ἡ βουλὴ εἴρηται.
Ἀγκυλόχειλον, σκολιόχειλον.
Ἀγκαλίδα, μερίδα.
B
Ἀγκηθῆς, ἀβλαβεῖς.
Ἀγκαλεῖ, ἀναγινώσκει.
Ἀγκάπης, βόθρος.
Ἀγλαοί, λαμπροί.
Ἀγλαΐα, λαμπρότης.
Ἀγλαΐαις, καλλοναῖς.
Ἀγλαότιμον, λαμπρῶς τετιμημένον.
Ἀγλαός, λαμπρὸς, καλός.
Ἀγλαονέδραν, τὴν λαμπρὰν καθέδραν.
Ἀγλαΐζει, θάλλει, φαιδρύνει.
Ἀγνίας, καθαρότητος.
Ἄγνωστος, ὁ μὴ ἐπιγινωσκόμενος.
Ἀγνῶτας, ἀγνοοῦντας, ἢ μὴ γνωρίζοντας.
Ἀγνῶτες, ἀνεπιστήμονες, ἀμαθεῖς.
Ἀγνωμόνως, ἀχαρίστως. ἀνοήτως.
Ἄγνυται, κλᾶται.
Ἁγνός, ἅγιος, καθαρὸς, ἀμίαντος.
Ἄγξαι, πνίξαι.
Ἀγοριτής, πραγματευτής.
C
Ἀγορανομίας, λογιστείας· εἴρηται δ' ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων (1) τὰ τῶν πόλεων ὠφια.
Ἄγος, μίασμα, βδέλυγμα.
Ἀγοραῖοι, οἱ ἐν ἀγορᾷ ἀναστρεφόμενοι.
Ἄγορα, τὸ ἄγαν ῥεῖν ἕκαστον πρᾶγμα·
Ἄγονος, ἀγέννητος.
Ἀγορήν, ἐκκλησίαν, συναγωγήν.
Ἀγορηταί, σύμβουλοι φρόνιμοι.
Ἀγρονόμοι, οἱ ἐν ἀγρῷ ἢ ἀκροῖς διάγοντες.
Ἀγραυλοί, οἱ ἐν ἀγρῷ διανυκτερεύοντες.
Ἀγριόθυμος, ἄγριος τῇ ψυχῇ.
Ἀγροικώτατος, ἀπαιδευτότατος.
Ἄγρας, θήρας.
Ἀγρύτη, ὀβρίζει.
Ἀγριστίναι, νύμφαι.
Ἄγριος, θυμώδης, ἄγροικος.
Ἄγραφα, ἀδικήματα, ὑπὲρ ων νόμος οὐ γέγραπται.
Ἀγύρτης, προσέτης (2) συρφετώδης.
Ἀγυρτικά, χυδαῖα ψεύσματα.
D
Ἀγύρτας, τοὺς συνάγοντας μαντείας, τοὺς ἀπατῶντας.
Ἄγυρις, ἐκκλησία.
Ἀγυιαί, ἄμφοδα, αἱ ῥύμαι.
Ἀγχίθυρεν, γείτονα, πλησίον τῆς θύρας.
Ἀγχινύας (3), ὀξυτάτης νοήσεως.
Ἀγχιστείας, συγγενείας.
Ἀγχίνους, συνετός.
Ἀγχιστεύς, ἐγγὺς τῷ γένει.
Ἀγχί, ἐγγύς.
Ἀγχιτέρμων, ὁ γείτων.
Ἀγχίστροφος, εὐπερίστροφος.
Ἀγχέμαχος, ὁ ἐγγὺς μαχόμενος.
Ἀγχοῦ, ἐγγύς.
Ἄγχων, κατέχων, πνίγων.
Ἀγχόμαλον, εἰσόπεδον ἐγγὺς ἔχων τὴν ὁμαλότητα.
Ἀγωγήμων, φορτίων.

(3) Leg. ἀγχινοίας.

'Αγωγή, τρόπος, ἀναστροφή.
'Αγωνιῶ, κινδυνεύω.
'Αγωγοῖς, τοῖς ἄγουσιν ὁδηγοῖς.
'Αγῶνα, στάδιον.

Τὸ ἄλφα μετὰ τοῦ δ.

'Αδαῆ, ἄπειρον.
'Αδαμάντινα, στερρά.
'Αδας, πονηρός.
'Αδανόν, ξηρόν.
'Αδαρκις, οὐ βλέπων.
'Αδεῶς, ἀφόβως.
'Αδμόδης, ἄπειρος.
'Αδεάζων, ἀναβοῶν, ἀναστένων.
'Αδειμον, ἄφοβον.
'Αδαλές, ὑγιές.
'Αδάμαστον, ἀνυπότακτον.
'Αδαίομαι αἰσχύνομαι.
'Αδαῶν, ἀμαθῶν.
'Αδαήμονας, ἀμαθεῖς, ἀπείρους.
'Αδεάζω, ἀναβοῶ, ἀναστένω.
'Αδάκρυτος, ἄλυπος.
'Αδεῶς, ἀφόβως.
'Αδεκάστως, ἀμερίστως, δικαίως, ἀδωροδοκήτως.
'Αδει, ὑμνεῖ.
'Αδείμαντον, ἀνοικοδόμητον.
'Αδελφιδός, ὁ τοῦ ἀδελφοῦ υἱός.
'Αδελφά, ὅμοια, παραπλήσια.
'Αδευκέα, πικρά.
'Αδειμον, ἄφοβον.
Αδερκές, ἀόρατον.
'Αδηφάγος, πολυφάγος γαστρίμαργος.
'Αδηνόν, κῆρ, ποικνὴν ψυχήν.
'Αδιάθρυπτα, ἀμάσητα.
'Αδιαιρέτων, ἀτμήτων, ἀχωρίστων.
'Αδία, ἄνεσις, ἀφοβία.
'Αδμήτην, παρθένον.
'Αδίρητον (4), ἄμαχον, ἀπολέμητον, ἀπόρθητον.
'Αδιάρθρωτον, ἄσιμον (5), ἀτράνωτον.
'Αδιάστατον, ἀδιαχώριστον.
'Αδιαφθορία, ἀμέλεια χωρὶς παρτηρήσεως.
'Αδιάκριτος, ἀδιαχώριστος· λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ μὴ γινωσκόντων τὰ δέοντα, ἢ ἀφρόνως φλυαρούντων.
'Αδανόν, νεκρόν.
'Αδόνητον, ἀσάλευτον, ἀτάραχον.
'Αδολεσχεῖ, φλυαρεῖ, ματαιωρίζεται.
'Αδόκητος, ἀπροσδόκητος, ἀνυπονόητος.
'Αδόκητον, ἄχρηστον, ἀπόβλητον.
'Αδολεσχία, ἡ ἐγκαρδία λύπη ἐπὶ πολύ· λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ φλυαρίας.
'Αδος, ἡδονή, πλησμονή, κόρος.
'Αδονήτους, ἀσαλεύτους·
'Αδρόν, μέγα, δαψιλές·
'Αδρανές, ἀσθενὲς, ἀδύναμον.
'Αδράνοιτο, αὐξάνοιτο.
'Αδροί, πλούσιοι.
'Αδρανέων, μὴ ἐνεργῶν.
'Αδρανέα, ἀσθενῆ, μὴ ἐνεργοῦντα.
'Αδυτα, τὰ ἐνδότατα τὰ ἀποκρυφότατα.
'Αδύς, ἡδύς.
'Αδυτον, σπήλαιον, ἢ τὸ ἀπόκρυφον μέρος τοῦ οἴκου.
'Αδωροδοκήτως, ἀδωρολήπτως.
'Αδωναός, ὑπὸ τὸν ᾄδην.
'Αδύτω, τὸ ὑποκάτω τοῦ ἱεροῦ.

Τὸ α μετὰ τοῦ ε.

'Αεθλεύων, ἀγωνιζόμενος.
'Αεθλοφόρους, ἀγωνιστάς.
'Αέθω, ἀπέλθω.
'Αειλογία, πολυλογία.
'Αείρας, ἄρας, κουφήσας.
'Αεικέλιον, ἀπρεπές.
'Αειδε, ᾄδε καὶ λέγε.
'Αειθαλλές, τὸ πάντοτε θάλλων.
'Αΐων, ἀκούων.

(4) Leg. ἀδήριτον.

A 'Αειδίνητον, ἀεικίνητος, ἀείστροφος.
'Αείῤῥυτον, τὸ ἀεὶ ῥέων.
'Αεικελίους, ταλαιπώρους, εὐτελεῖς. οὐδενὸς λόγου ἀξίους.
'Αελλόπους, ταχύτατος. ὀξύπους.
'Αένναος, ἀεὶ ῥέων· λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀεὶ ὄντος ἀϊδίου.
'Αεργός, ἀργὸς, ὀκνηρός.
'Αεροβατῆν, εἰς τὸν ἀέρα περιπατεῖν.
'Αειρομέναις. κουφιζομέναις.
'Αεθλοσύνας, ἀγωνίας.
'Αειρᾶται, καταρᾶται.
'Αείσομεν, ἀκούσομεν.
'Αεισμος, οἶκος διὰ πάντος ἀεί.
'Αειδεεῖς, ἀφανεῖς.
'Αεικῶς, ἀπρεπως.
'Αεῖραι, ἄραι, βαστάσαι.
'Αειρόμενος, ἐπαιρόμενος.
'Αεὶ δέ, διὰ παντὸς δέ.
B 'Αείθες, παμφόλυγες.
'Αεισέβαστος, διὰ παντὸς τιμιώμενος ἢ σεβόμενος.
'Αεκούσιον, ἄκουσι καὶ μὴ βουλομένοις.
'Αέκοντας, ἀοιμωμένους.
'Αέκοντος. μὴ βουλομένου.
'Αελπον, ἀπροσδόκητον.
'Αελλαι, ἄνεμοι, πνοαί.
'Αελλήθεις, μετ' ἀνέμου ὁμιχλώδους.
'Αένναον, ἀεὶ βλύζων, αἰώνιον.
'Λερθῆς, μετεωρισθείς.
'Αεσίφρων, ὀξύφρων.
'Αελπον, ἀνέλπιστον.

Τὸ α μετὰ τοῦ ζ.

Αζαλαί, νέαι καὶ ἀπαλαί.
Αζαλαίας, ξηράς.
'Αζεο, ἐνπρέπου, τίμα.
'Αζηλοι, ἄτιμοι, ὑβρισταὶ, ἐξουδενωμένοι.
'Αζηχές, ἀδιαλήπτως.
'Αζηχής, σκληρὰ καὶ χαλεπὰ παρὰ τὸ ἀζαλεῖν.
C 'Αζομαι, αἰσχύνομαι.
'Αζόμενος, ἐντρεπόμενος.
'Αζυξ, μονάζων.
'Αζυγες, ἄζευκτοι, παρθένοι.

Τὸ α μετὰ τοῦ η.

'Αηδές, στυγνὸν, λυπηρόν.
'Αηδής, ἀμαθής.
'Αηδών, στρουθὸς οὕτω καλούμενος·
'Αηθής, ἀτριβὴς, ἄγριος.
'Αήτης, ἄνεμος.
'Αημα, πνεῦμα.
'Αητο, ἔπνεεν. ἐφέρετο.

Τὸ α μετὰ τοῦ θ.

'Αθαμβεῖς, ἄφοβος.
'Αθεσμος, ἄδικος, ἄνομος.
'Αθαμάντη, ὄνομα κύριον.
'Αθαρσῶς, ἀκριβῶς.
D 'Ασερίζει, ἀποδοκιμάζει.
'Αθέριζε, ἐξουθένει.
'Αθέσφατον, πολύν.
'Αθεμήτοις. ἀδίκοις.
'Αθετίαν, παραβασίαν.
'Αθερώσσει, ἀγρυπνεῖ.
'Αθεμις, ἄδικος.
'Αθήλυντος, ἀνδρώδης.
'Αθήναζε, εἰς 'Αθήνας·
'Αθλον, ἀγώνισμα, τιμή.
'Αθμονεύς, ἀπόδημος.
'Αθρήσας, θεωρήσας.
'Αθήνησιν, ἐν 'Αθήναις.
'Αθηρον, ἀθήρατον.
'Αθηκτον. ἀψηλάφητον.
'Αθλοθέτης, ἀγωνοθέτης.
'Αθλύνδωρος, νικητήρια ἐκ πολέμου.
'Αθλον, τὸ ἐπὶ τῇ νίκῃ διδόμενον.

(5) Leg. ἄσημον.

Ἄθλα, βραβεῖα.
Ἀθλεῖν, ἀγωνίζεσθαι.
Ἀθλεύων, κοπιῶν.
Ἀθλοφόρους, ἀγωνιστάς.
Ἀθλοθέτης, βραβευτὴς διατιθής.
Ἀθρόως, ταχέως, σφοδρῶς, αἰφνιδίως.
Ἀθροίζει, συνάγει.
Ἄθρει, θεώρει. βλέπε, σκόπει, νόει.
Ἄθροισμα, πλῆθος.
Ἄθραυστον, ἰσχυρὸν, ἄκλαστον.
Ἄθρησον, θεώρησον.
Ἀθροίσθητε, συνάχθητε.
Ἀθυμῶσι, λυποῦνται.
Ἀθύρων, παίζων.
Ἄθυρμα, παίζων παίγνιον.
Ἀθυρόντων, παιζόντων.
Ἀθυρογλωττείας, φλυαρίας, ἐκ τοῦ μὴ θύραν ἐπιθέναι τῇ γλώσσῃ.
Ἄθρος, ἄφοβος.
Ἄθρη δ' οὖν, νόησαν οὖν.
Ἀθροῦν, ὁμοῦ ἢ ἄφωνον.
Ἀθυμῶσι, λυποῦνται.
Ἀθύροντας, παίζοντας.
Ἀθυρονόμοι, ὡς ἔτυχε χρώμενοι τοῖς νόμοις.
Ἀθυροστομεῖ, φλυαρεῖ.
Ἀθόπεττον, ἀκολάκευτον, ἄσπλαγχνον.
Ἀθῶος, ἀναίτιος.
Ἀθώπευτον, ἀκολάκευτον, ἄσπλαγχνον.

Τὸ α μετὰ τοῦ ι.

Αἶαψ, ματαίως.
Αἴγλη, λαμπηδών.
Αἴδης, ᾅδης.
Αἰδίων, αἰωνίων.
Αἰδοῦς, αἰσχύνης, ἐντροπῆς, εὐλαβείας.
Αἰδεσιμώτατος, αἰδοῦς ἄξιος, τουτέστι τιμῆς.
Αἰδήμονα, αἰδέσιμον, ἀξιοτίμητον.
Αἰδόνια. θανάσιμα.
Αἰδῶ. αἰσχύνη, εὐλάβεια.
Αἰέν, διὰ παντός.
Αἰοῦλος, ποικίλος.
Αἰαλεάς, οἶμοι, οἴμοι τὰς σάς.
Αἶα, μήτιγε.
Αἴγεον ἁλμιόντων, πέλαγος.
Αἴγλαι, φωτὸς μαρμαρυγαί.
Αἰγανέεις, τοῦ δόρατος.
Αἰγυπτιοῖσι, τοῖς γυψί.
Αἰγλήεσσαν, λαμπράν.
Αἰζηός, ἀκμάζων νεανίας.
Αἶης, Γέης.
Αἰθρία, γαλήνη, εὐδία.
Αἴθρος, ὑπὸ τὸν ἀέρα ἐκτὸς σκέπης.
Αἰθέρος, ἀέρος.
Αἰθάλη, σποδὸς ὁ ἐκ καμίνου μέλας.
Αἶθος, καῦμα φλογός·
Αἰθήρ, ὁ ἐν ὕψει ἀήρ.
Αἰθαλώδη, σκοτώδη.
Αἰθόμενος, καιόμενος, φλεγόμενος.
Αἰθιόπα, μέλανα.
Αἰθεριονόμων, τῶν ἐν ὕψει νόμον ἐχόντων.
Αἰθήρων, τρίχων.
Αἰθρεμβόλα, τμητικὰ ὄργανα μαχαίραις ὅμοια.
Αἶαψ, ματαίως.
Αἴθονα, ἔνθερμον, λαμπρόν.
Αἶθε, εἴθε.
Αἰθύσουσαν, λάμπουσαν.
Αἰθριοποιόν, καθαρὸν, ἀθύλωτον.
Αἰσρίσομαι, ἐπιβλέψομαι.
Αἴθριον, οὐράνιον.
Αἰθριάζουσα, γαληνιῶσα.
Αἰθῶνας, λεμπροὺς, ξανθοὺς, πυρώδεις.
Αἰκίαι, ὕβρεις, πληγαὶ, μάστιγες.
Αἰάζω, θεωρῶ.
Αἰκίζει, κακοῖ, τύπτει.
Αἴλινον, ἐθρῆνον.
Αἰλιοι, σύγγαμβροι.
Αἱμασιαί, οἱ φραγμοί.

A Αἴμυλος, κόλαξ ἀπαταιών.
Αἷμα, γένος, σπέρμα, γάλα· καὶ τὸ ἀπὸ πληγῶν ῥέων.
Αἱμοβόρου, αἷμα ἐσθίοντος· βορὰ γὰρ ἡ τροφή.
Αἰνίζομαι, ἐπαινέσω.
Αἰνήν, δεινήν.
Αἴνιγμα, ζήτημα.
Αἰνιγματωδῶς, δυσχερῶς, ἀσυμφανῶς.
Αἰνιττόμενος, δι' αἰνιγμάτων καὶ παραβολῶν λαλῶν.
Αἰνέσαιμι, ἐπαινέσαιμι, ἢ ἀναπείσαιμι.
Αἰνίησιν, ἐπιδίδωσιν.
Αἴνους, ἐπαίνους.
Αἰνίττεται, ἀσήμως λέγει.
Αἰνόν, δεινόν.
Αἰνότατος, δεινότατος.
Αἰνόμορον, ταχυθάνατον.
Αἰνίξαι, ὑποφῆναι.
Αἰνοτόκον, κακὰ γεννώσης.
Αἰόνες, αἰγιαλοί.
Αἰνοτόκος, ὁ ἐπὶ κακῶν τεχθείς.
B Αἰνίζομαι, ἐπαινῶ.
Αἴξας, ὁρμήσας, κινήσας, ἐπεκδραμῶν.
Αἰξέρετοι, ἐπίλεκτοι.
Αἰνόνες, αἰγιαλοί.
Αἰόλα, ποικίλα.
Αἰσυλλαρέξεις, ἀπρεπῆ πράττεις.
Ἀολλήσασα, ἀθροίσασα.
Αἰόλους, ποικίλους.
Αἰπόλος, ποιμὴ αἰγῶν.
Αἰπύ, τὸ ὑψηλόν.
Αἰπύς, μέγας, δεινός.
Αἰπολίαι, ἀγέλαι αἰγῶν.
Αἱ πορίαι σου, αἱ ὁδοί σου.
Αἱρετόν, ἐπιθυμητόν.
Αἱρήσομαι, σκέψομαι, βουλεύσομαι, ἐκλέξομαι.
Αἱροῦμαι, βούλομαι, προκρίνω.
Αἱρετεῖται, προτιμωτέραν με ἡγήσεται.
Αἰνόν, ὀξύτερον.
Αἱρήσομεν. πορθήσομεν, ἐξερημώσομεν.
C Αἱροῦμαι, ἐπικαλέσομαι.
Αἱρομένη, ἐπιγομένη.
Αἰσθητά, τὰ ὁρώμενα.
Αἰσθητήρια, τὰ μέλη δι' ὧν αἰσθανόμεθα, εἰσὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ αἰσθήσεις ε' ὅρασις, ὄσφρησις, γεῦσις, ἀκοὴ, καὶ ἁφή, ἁφὴ δὲ λέγεται ἡ διὰ τῶν χειρῶν ψηλάφησις.
Αἴσχιστος, αἰσχρὸς, κάκιστος, μυσαρώτατος.
Αἴσια, γνήσια, δεξιά.
Αἰσχίω, χείρονα.
Αἶσχος, λοιδορία, μῖσος, αἰσχύνης ἄξιον καὶ σαπρίας μύσος.
Αἰστήτωρ, χοιροβοσκός.
Αἴσολα ῥέξεις, ἀπρεπῆ πράττεις.
Αἰσημοῦν, ἀναλίσκειν.
Αἰτιατῶν, ἐγκλημάτων.
Αἰεί, ἀεὶ, διὰ πάντος.
Αἰσθήμην, νοησοίμην.
Αἰστῶσθαι, φονεῦσαι, ἀφανῆσαι.
D Αἰχμάς, τὰς ἐποροδοτίδας τὸ σίδηρον τῶν δοράτων, αἵτινες λογχαι καλοῦνται, ἔνθεν αἰχμάλωτοι λέγομεν, καὶ δοριάλωτον καλοῦμεν τὸν ἐν πολέμῳ ληφθέντα, διὰ δόρατος ἢ αἰχμῆς, ὅ ἐστι λόγχης.
Αἰτιαμάτων, ἐγκλημάτων.
Αἴσσα, εἱμαρμένη, ἤγουν ἀθεότη καὶ ἀπρονόητος τύχη.
Αἴχις, αἰχιδνα.
Αἰχμητής, μάχιμος, πολεμιστὴς, ὁπλίτης,
Αἰψηρόν, ταχύν.
Αἰψακροταλέως, ταχέως, πάνυ, καὶ ἐντρεχῶς.
Αἱ ψελλίζουσαι, αἱ ἀσήμως λαλοῦσαι.
Αἰωροῦμαι, φέρομαι.
Αἰών, χρόνων πολλῶν συμπερίληψις.
Αἰωρία, ἀγχόνη.
Αἰάζω, θρηνῶ.
Αἴωλον, μάταιον.

Τὸ α μετὰ τοῦ κ.

Ἀκαλλές, ἄμορφον, ἀπρεπές.

ONOMASTICON

VOCUM

vel insolentium, vel quarum significationes peculiares aut inobservatæ sunt, quæ in hoc tomo occurrunt.

Revocatur Lector ad numeros crassiores

—

'Αβόλιστος qui non potest demergi in aquam, sed supernatat, 247.

'Αβραμιαιος, epitheton senibus ascriptum. De Hosio dicitur, 361. Item de prole Abrahæ dicitur, 45.

'Αγαπηταί, dilectæ.

'Αγιοποιός, sanctitatis effector, 176.

'Αγιόριζος, sancte radicatus, 345.

'Αδιάζευκτος, individuus, indivisibilis, 170.

'Αδιακρισια, inconsiderantia, 346.

'Αερόβατος, qui per aerem volat, 330.

Αἰδεστικὸν πρόσωπον, verecundus vultus, 347.

Αἰθεροδρόμος , qui per aerem currit, 359.

'Ακατάστατον, incompositum, 202.

'Ακεροπρίσπαστος, vel potius legendum ἀκαιροπρίσπαστος, qui levissima de causa et intempestive distrahitur, 304.

'Ακολακεύτως, citra adulationem, 373.

'Ακούβιτον , triclinium ubi sternebantur lecti pro cœna et prandio, 292.

'Ακράτητος τῷ θανάτῳ, qui mortis imperio liber est, 1.

'Άκροσσος, non fimbriatus, 88.

'Αμίσακτος, 391.

'Αναβόλαιον, vestis sacerdotalis, 348.

'Ανεγέρτως, 499.

'Ανείδεος θεός, formæ expers Deus, 339.

'Ανεξάρνητος, 391, qui abnegari non potest.

'Ανθρωπολάτρης, qui divinum cultum homini tribuit, 149.

'Ανθρωποϋπόστατος, 337. Ibi vide.

'Ανίκμως, sine humore, 363.

'Ανορθοπεριπατητικός , qui erectus ambulat . Hinc dicitur facta vox ἄνθρωπος, quia homo erectus ambulat, 193.

'Αντιθεία, inimicitia erga Deum, 399.

'Ανυπεσταλμένως, libere, sine coactione, 389.

'Ανυπόδητος, excalceatus, 306.

'Ανύψωσις, exaltatio, 133,

'Απάλωσις, mollities, 47.

'Απαράθραυστος, infractus, intemeratus, 659.

'Απέκδυσις τῆς γεννήσεως, cum quis exuit nativitatem, 44.

'Απερίγραφος, incircumscriptus, 8.

'Απόκρισις, responsum, negotium, 209. Sic apud S. P. N. Benedictum cap. 51 : *Fratres qui pro quovis responso proficiscuntur.*

'Αποκρισιάριος τῆς μονῆς, apocrisiarius monasterii, 209. Qui negotiis monasterii vacat. Vide in utroque Cangii *Lexico* ad vocem 'Αποκρισιάριος, et ad vocem *Ad responsum et Responsalis.*

'Αποχερσοῦμαι, exsiccor, 329.

'Απρόκοπτος, qui non proficit, 424.

'Απροσεξία, inconsiderantia, 134.

'Απροφυλάκτως, incaute, inconsiderate, 134.

'Άρραφος, inconsutilis, 64.

'Αρχάριος, novitius, 310.

'Αρχίθεος τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασις, 339. Ibi vide.

Βῆσσα, amphora, 291.

Βολιστικός, qui demergitur in aquam nec supernatat, 247.

Βουκάκρατον, vini poculum cui immissum est panis frustum, 191.

Βουλή, idem atque voluntas, quæst. 113, ad Antiochum. Et apud Photium lib. 195 ex Epist. Maximi ad Marianum.

Βρεφουργεῖται, ut infans curatur, 356.

Γελοιαστρία, faceta, ridicula mulier, 90.

Γένεσις, id est genethlialogia, 635.

Γεννητικῶς, per generationem, 411.

Γεννηταγέννητος, 445.

Γνησιάζειν τινί, familiariter cum aliquo agere, 134.

Δεκάπληγος ἡ. decem Ægypti plagæ, 101.

Δευτεράριος, secundarius, 210.

Διαβολότης, forma diabolica, 288.

Διαφύλαξις, custodia, 156.

Διαφώτισις, illuminatio, illustratio, 100.

Δικλήματος, duos habens palmites, 175.

Δικολογία, defensio, advocati officium, 389.

Δισκοκάλυμμα, disci operculum, 348.

Διχασμός, divisio, 364.

Δογματοθεσία, enuntiatio edicti, 348.

Δωδεκάθεον, templum duodecim deorum. Erant enim duodecim dii primarii et præcipui, de quibus Herodotum videsis l. II. Hinc δωδεκάθεον, 189. His alludens Joannes Chrysvst. hom. 26 *in Epist. ad Corinthios*, Οὕτως Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον ἐνόμισεν εἶναι θεὸν ἡ σύγκλητος Ῥωμαίων. Duodecim deos memorat Herodotus, in *Erato.*

Εἰδαίνω, scio, cognosco, 389.

Εἰλικρινῶς, sincere, pure, in dictis et interpretationibus parab., num. 24.

Εἰσοδιάζω, concludo, colligo ; ὅταν εἰσοδιάσῃ τὸν καρπόν, postquam collegerit fructum, 278.

'Εκκλησιάζεσθαι, in Ecclesia recipi, 410. Dicit Anomœus de Epistola B. Pauli ad Hebræos, οὐκ ἐκκλησιάζεται, non recipitur in Ecclesia.

'Εκκλησιαζόμενος · ἀλλ' οὐκ εἰσὶ νῦν ἤ μόναι αἱ ἐκκλησιαζόμεναι (παροιμίαι) , sed jam nulla exstant proverbia, nisi ea quæ in Ecclesia recipiuntur, 156.

'Εκλευκαίνω, declaro, aperio, explico, 354.

'Εκπορεύειν, emittere. Πατὴρ ἐκπορεύει τὸ Πνεῦμα, Pater emittit Spiritum . Spiritus vero dicitur , ἐκπορεύεσθαι, procedere, 284.

'Εκπόρευσις τοῦ ἁγίου Πνεύματος, processio Spiritus sancti, 285.

'Εκπορευτικῶς, per processionem, 411.

'Εκτρησις, perforatio, 640.

'Εκφαντορία, doctrina rerum reconditarum, 356.

'Εκφρύγομαι. nimio ardore exsiccor, 200.

'Εμβαθύνομαι, profunde penetro, 47.

'Εμπερίγραφος, 8. Circumscriptus, intra fines aliquos detentus; opponitur τῷ ἀπεριγράφῳ.

'Εμπερίσπαστος, distractionibus obnoxius, 308.

'Εμωδίασαν, obstupuerunt, scilicet, dentes, 128. Vide in 'Ωμοδίασαν.

'Ενδελεχέω, assiduus sum, 634.

'Ενδυομενία, vestimentum, 305.

'Ενστηθίζειν, in pectus seu in animum reponere, 192.

'Εξεφημερίαν ποιεῖν, vice sua officio fungi, 330.

Ἐπαγρύπνῳ σπουδῇ, studio pervigili, 620.
Ἐπιγαμβρία, uxor, 51.
Ἐπιγνωρισμός, agnitio, 221.
Ἐπικίνδυνος, qui in periculo versatur, 26.
Ἐπιτρίβεσθαι εἰς ὅρκους, juramentis assuefieri, juramenta frequenter adhibere, 63.
Ἐπώμιον, superhumerale, vestis virginum a tegendis humeris ita dicta, 88.
Ἐργατεύεσθαι, operari, 306.
Ἐργόχειρον, labor manuum, 320.
Ἑρπισις, reptatio, 196.
Ἑρπιστικὰ, τά, reptilia, 196.
Εὐγλώττως, eloquenter, 47.
Εὐθυβόλως, recto cursu, vel cito, 361 et 372.
Εὐκατάμικτος, mansuetus, mitis, 326.
Εὐκλήματος ἄμπελος, vitis multis palmitibus ornata, 174.
Εὐσεβοφρόνως, pie, 260.
Εὐώνως, vili pretio, 305.
Ἐφημερευτής, qui vice sua ministrat, 348.
Ζυμιόω, fermento, 274.
Ζωγραφητός, depictus, 330.
Ἡμεροφανής, qui de die lucet, 477.
Ἡμιφόριον, 311, vestis monachalis.
Θεαρχικαὶ ὑποστάσεις, 335.
Θεατρομανής, qui insano theatri amore tenetur, 50.
Θεοδόχος. Ita dicitur B. Virgo Maria quæ Deum exceperit, 352.
Θεολογεῖν τὸν Χριστόν, Christum prædicare Deum, 141.
Θεοπασχῖται, Theopaschitæ, hæretici qui dicebant ipsam deitatem in cruce passam fuisse, 287.
Θεοϋπόστατος, 337. Ibi vide.
Θεοχώρητον σκεῦος, vas quod Deum continet. Sic vocatur Maria Virgo, 349.
Θυσιοπάρεδρος, qui sacrificiis adest, 330.
Ἰδιόχροος, qui proprii et nativi est coloris neque tinctus est, 88.
Ἰχνοποιέω τὴν γῆν, terram vestigiis tero, 348.
Καθαρισμός, purificatio superstitiosa, 406.
Κακοσύνθετος τρόπος, mores incompositi, 48.
Κανονίζομαι, κανονιζόμενα βιβλία. Libri in Canone recepti, 96. Κεκανονισμένα ἔχει τὰ βιβλία, 98.
Κανονικὴ γυνή, mulier canonica, quæ sub regula vivit, 238.
Καρδιότρωτος, in corde vulneratus, 634.
Καστανᾶια, castanea, 195.
Καταζάω, κατέζησε τοῦ θανάτου, 776. Ibi vide.
Κατασπορεύς, seminator, 47.
Καταψυχή, simultas, odium, 304.
Κατηναγκασμένως, ex necessitate, coacte, 518.
Καυχίον, καὶ δίσκος μὲν καυχίον τοῦ ἡλίου. Orbis est receptaculum solis, 281.
Κέπφος, fulica, sive ut alii, larus, levissima et stulta avis, unde κεπφοῦσθαι, delirare, stulte, leviter agere, et participium, κεπφωθεὶς, κεκεπφωμένος, 187, ταῦτα γρεῶν πτύσματα, ἴσως ὡς κεκεπφωμένων, id est, delirantium.
Κεφαλοδέσμιον, vitta qua caput constringitur, 88.
Κλεψίγαμος, qui desponsatam vitiat, 347.
Κολόβιον, vestis monachalis, 311.
Κονδῖτος, conditus, ut vinum conditum, 423.
Κοσμοσωτήριος σταυρός, crux quæ salutem mundo parit, 287.
Κουκούλιον, cuculla, virginum vestis caput operiens, 88.
Κουπανίζω, ἀλεύρου κεκουπανισμένου, farinæ pistæ sive contusæ, 109.
Κρυφοτάλαντος, qui talentum abscondit, 619.
Κυνογλωσσοῦντες, canina lingua præditi, 346.
Κυριακὸς ἄνθρωπος, Dominicus homo, id est Christus, 166.
Κώδιξ, codex, 345.
Λαμπαδοφανῶς, splendide more lampadis, 281.
Λεπτύνω, decortico, 268.
Λεπτωθείς, vox dubia. Tabe confectus, 155. Vide ibid. in notis.
Λογοπείθεια. Ἀπὸ γὰρ λογοπειθείας, πολλοὺς φόνους ἀδίκους ποιοῦσι. Quod aliorum sermonibus credant, multas cædes injustas perpetrant, 244.
Λογύδρια, voculæ, verbula, 300.
Μακελλικὸς κύων, canis macelli, 237.
Μαφόριον, mafors, vestis superior virginum, qua tanquam pallio operiebantur, quæ monachis etiam imo et episcopis in usu fuit, 88.
Μεσιτεία, interventio, mediatio, 413.
Μετακόσμησις, transformatio, transmutatio in melius, 12.
Μετάνοια, genuflexio, 280. De μετανοίᾳ egimus in Typico Irenes. Vide item Cangii *Glossarium*, et Goari *Euchologium*.
Μοσχοποιεῖν, vitulum conficere, 101.
Νεκροκανῶς, instar mortui, 361.
Νεφελοσύστατος, nubis speciem referens, 330.
Νυκτοτριήμερος ταφή, trium dierum totidemque noctium sepultura, 393.
ὁμφοστόλος. Sic dicitur Lucas, quia de nuptiis B. Mariæ Virginis ornate locutus est, 355.
Ξενιτεία, hospitalitas, 308.
Ξενορρυές, 345. Ibi vide.
Ξενοφωνοῦμαι, novis et insolentibus vocibus deterreor, 458.
Ξυρίζω, rado, 191.
Ὀλιγοτίμως, vili pretio, 305.
Ὁλόστατος εἰκών, integra icon, imago, 289.
Ὀμματόω, visum restituo, 363.
Ὁμοιολεξία, simile dictum, simile vocabulum, 50.
Ὁμοουσιαστής, consubstantialista, qui tenet τὸ ὁμοούσιον, 414.
Ὀνοματοθέτης, qui nomina imponit, 193.
Ὀνυχίζων, ὁ ἐπὶ λύτης σου μέλας, μὴ βεβαμμένος ἐν βαφῇ, ἀλλ' αὐτοφυὴς ἰδιόχροος, ἢ ὀνυχίζων, id est, ependytes tuus niger, neque tinctus, sed nativi coloris, aut onychinus; ubi ὀνυχίζων, pro fusco colore usurpatum existimatur, 88.
Ὀνυχιστὴρ, ῆρος, ὀνυχιστῆρας ὀνυχίζοντα δύο χηλῶν, quæ ungulas dividunt in geminas partes, 102.
Ὀνυχοκοπέω, ungues præcido, 191.
Ὀξύδορκον τὸ βλέμμα, acutus visus, 91.
Ὀρθοδοξίας Κυριακή, sic vocatur a Græcis Dominica prima Quadragesimæ, 289, in notis.
Ὁροθετέω, terminos pono, 330.
Ὀστρακοδέρματα, conchilia, 286.
Πανάρετος σοφία, liber Sapientiæ Salomonis, 132. Vide ibid. in notis.
Παραγεγραμμένα, perverse scripta, dicitur de apocryphis libris qui Scripturarum nomine circumferebantur, 155.
Παράδοσις, versio, 155. Παραδόσεις τῆς θείας Γραφῆς, versiones divinæ Scripturæ.
Παραμονητικός, τάξις ἐν ἀνθρώποις παραμονητική, angelorum ordo qui cum hominibus permanere solet, 21.
Παραστήκω, asto, 377.
Παρατετηρημένως, accurate, caute, 305.
Παρδαλιαῖος, παρδαλιαίαν δορὰν, pantherinam pellem, 371.
Παροιμία, ῥῆμα παρόδιον ἀπό τινος ἑνὸς εἰς πολλὰ μεταλαμβανόμενον, dictum parodium (quasi dicas in via situm) ab uno quodam ad multa translatum, 118, et in notis.
Παρυφιζάνω, insidior, 634.
Πατραλεῖς, parricidæ, 259.
Πεθανολογέω, probabiliter loquor, 370.
Περικαθαίρειν, superstitioso quodam ritu sese lustrare, 304.
Περικουρεῖα (τά) circumtonsiones, 305.
Περιοδεύειν, curare languentem et ægrum, 370.
Περιοδευτής, curator, qui sanat et medelam affert, 372.

Περιοδία, curatio morbi, 369.
Περίχρισμα, circumlitio; unctio, 53.
Πηλοπλάττειν, ex luto efformare, 368.
Πίννα, pinna, genus conchylii, 286.
Πισσηρός, pice illitus, 631.
Πλατυόνυχος, latos ungues habens, epitheton hominis, 196.
Πολοτροφέω, nutrio, 329, ἐπολοτρόφησε παῖδα, nutrivit puerum.
Πολυσπλαγχνία, summa misericordia, 205.
Πολυποκοῦντα πρόβατα, admodum lanigeræ oves, 373.
Πονημάτιον, opusculum, 429.
Πορνοκόπος, scortator, 633.
Ποσοῦμαι. Ποσοῦνται οὖν οἱ πάντες κριταὶ εἰς ιγ', numerantur omnes judices ad tredecim, 108.
Προαγοραστής, annonæ præfectus, 130.
Προαπυφιμόω, prius obturo, 229.
Προμηνύτησις, præsignificatio, 391.
Προπαρηγορέω, primum cohortor, prius demulceo, 53.
Προσημάντωρ, prænuntiator, προσημάντορες τῶν μελλόντων, futurorum prænuntiatores, 66.
Προστοιβάομαι, compingor, 169.
Προτύπωσις, imago prius exsistens, 197.
Πρωτόβιος, antiquus, 113.
Πρωτοῦπνιον, primus noctis somnus, 94.
Πτερόβολος, alatus, 330.
Πυκτία (τὰ), libri, volumina, 95.
